This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PA 3563
B4

Hiatu in Scriptoribus Graecis.

PARS I.

SCRIPSIT

GUSTAVUS EDUARDUS BENSELER,

PHIL. DR. GYMN. FRIBERG. COLLEG. IV.

FRIBERGAE, MDCCCXLI.

SUMTUS FECIT J. G. ENGELHARDT.

GODOFREDO HERMANNO

S. P. D.

GUST. ED. BENSELER.



Diu haesitavi, num auderem Tuo clarissimo nomini, Vir Summe, hoc qualecunque opusculum inscribere. Quod tamen cur nunc fecerim pudoremque meum justum dimiserim, ejus rei causam velim cogites quum in insigni Tua humanitate, qua tirones in arena, in qua tot tantasque tulisti palmas, soleas amplecti, tum in laeta eorum temporum memoria esse positam, quibus mihi Societati Graecae adscripto contigerit ut Tua fruerer disciplina. Neque profecto ullo tempore hanc memoriam saepius recolui, quam quo haec de hiatu in scriptoribus graecis scribebam. Quicunque enim mecum in numerum illorum sodalium erant recepti, erant mihi modo hic modo illic in hoc libro commemorandi. Versabatur mihi in Isocrate Sauppii, in Demosthene Funkhaenelii et Westermanni, in Lysia Foertschii et Klotzii, in Isaeo Meutzneri, in Aeschine Frankii, in Plutarcho Sintenisii, Winckelmanni et Emperii imago ante oculos, eorumque omnium memoria una cum Hauptii, Zimmermanni, Jacobitzii et Urbani laetitiam, qua illius felicitatis meae reminisci soleo, denuo redintegravit. Quam cum Tibi debeam, pii et grati animi significationem hanc, qua simul magistri honores quinqua-

ginta per annos summa cum gloria actos Tibi gratulor, ne spernas, sed benigno excipias lumine, Te, Vir Praestantissime, etiam atque etiam rogo et obsecro atque ut haec solemnia semisaecularia hoc ipso anno laeto hilarique animo celebres maximopere opto.

PRAEFATIO.

Qui vocalium concursum, quem antiqui hiatum vocaverunt, vitiosum esse censet, cavet etiam, ne sine idonea causa ejusmodi vitium in scribendo admittat. Hoc ductus syllogismo id inprimis in hac de hiatu disputatione quaerendum esse putavi, quinam scriptores graeci istam vocalium concursionem ab orationis elegantia alienam esse duxerint. Id autem quum ex veterum rhetorum et grammaticorum testimoniis, tum ex scriptis oratorum, historicorum aliorumque ipsis perspici posse arbitratus sum. In Isocrate quo erat insignius et majus hiatus evitandi studium, id eo facilius poterat demonstrari, atque in hoc inprimis scriptore ii videbantur minime esse audiendi, qui contenderent, hunc politissimum oratorem interdum hac in re peccasse. Uti enim scriptorem qui diligenter et accurate in scribendo versetur, nemo facile credet, grammaticorum praecepta neglexisse et soloece scripsisse, ita etiam in Isocrate quae hiabant, potius librariorum, quam auctoris culpae tribuenda esse censebam. Minime autem ab eorum steti parte, qui etiam in apostrophis ponendis tam religiosos fuisse librarios opinarentur, ut nonnisi eorum auctoritate eos ponerent. Quum enim in interpunctionis signis ponendis jam dudum inter viros

doctos constet, libris non esse obsequendum, miratus sum, quod viri docti nonnulli de elisionis signis aliter sentiant, quippe quibus num antiqui ipsi usi sint, non satis liqueat. Qui igitur in poëtis, etiamsi in aliis rebus diligentissime librorum vestigia sequatur, tamen temeritatis crimen non timet, si librorum auctoritate neglecta apostropho utitur, cur is in scriptore quem et ex aliorum testimoniis et ex ipsa scriptorum ejus natura hac in re poëtas esse secutum appareat, idem facere nolit? Num probabile est, scriptorem qui verba ita elegit et composuit, ut per integras magnasque orationes non alius exsisteret hiatus, nisi qui elisione non adhibita oriatur, hac elisione noluisse uti? Annon potius id est verisimilius, librarios hic illic hujus signi ponendi esse oblitos? His ductus rationibus Isocratem nullum ejusmodi hiatum commisisse mihi persuasi aliisque id probare sum conatus, neque dubito, quin multi viri docti hac in re mihi sint assensuri. Quo de assensu magis dubius sum in Demosthene, quia hunc oratorem, qui gravitatem dicendi pluris aestimabat quam elegantiam, facilius hic illic hiatus admisisse credi potest, neque ego infitias iturum esse quemquam puto, in Demosthene revera hic illic vocales concurrere. Hoc tamen fortasse ex iis, quae de hiatu in Demosthenis scriptis disserui, disces, ubicunque id factum sit, non esse sine idonea causa factum, et ubi haec non appareat, etiam Demosthenem ne hiaret oratio, cavisse, ita ut plura sane notanda et elisione certe in ejus scriptis multo saepius esse utendum censeam, quam nunc est factum. Polybium autem Theopompi exemplum esse secutum non ex aliorum

testimoniis, sed ex sola scriptorum Polybianorum conditione poterat affirmari. Si autem iis quae ex hoc scriptore attuli, diligenter examinatis hoc mihi concesseris, Polybium revera suum esse duxisse hiatum evitare, in singulis fortasse aliud quid statues, in universum autem quae mutanda esse dixi, probabis, neque ne nimis audax in hujus scriptoris locis dijudicandis tibi fuisse videar, metuo. Solo in Plutarcho igitur fortasse crimen nimiae audaciae et temeritatis mihi attuli, maxime ab iis, qui in hoc quoque scriptore vel in apostrophis ponendis solos audiendos esse codices et qui eos conscripserint, libraries censeant. At si ex iis, quae de eo disputavi, didiceris, hunc scriptorem curam non parvam in hiatu evitando posuisse, id fortasse concedes, ejusmodi scriptorem in iis locis, in quibus elisionis ope hiatus posset evitari, eam etiam revera voluisse adhiberi, neque miraberis, quod non minus in ceteris locis, ubi vocales concurrant, num scriptor verba revera ita dederit, dubitavi. Hoc autem velim teneas, me nequaquam eas conjecturas, quas solius hiatus causa in hoc scriptore proposuerim, temere in textum, quem vocant, recipi velle, sed tantummodo id demonstraturum fuisse, potuisse hac vel illa ratione hiatum a scriptore vitari et quaerendum esse, annon revera etiam ab eo fuerit vitatus. Ceterum rem meam ita egi, ut in oratoribus Atticis Bekkeri exemplum Berolinense, in Polybio Schweighaeuseri, in Plutarchi vitis Schaeferi Teubnerianum, in ceteris scriptis Huttenii et in Dionysio Halicarnassensi Reiskii fundamenti loco ponerem et quos ibi invenerim hiatus, notarem. Quibus in exscribendis

me forte hic illic locus fugerit, imbecillitati humanae id condona. Quam veniam etiam ab aequis judicibus in ceteris locis me esse impetraturum spero, nam si quid peccaverimus, ut verbis Jacobsii, viri vere summe venerabilis utar, quod difficile est vitare in hoc literarum genere et in ejusmodi libro, veniam peccatorum nobis dabunt ii, qui non ex uno aut altero loco, in quo a nobis discedendum esse arbitrentur, sed ex universo libro quid praestiterimus judicabunt. Additurus autem sum, si haec a viris doctis probata erunt, alteram partem, in qua de hiatu in ceteris graecis et prosae et poëseos scriptoribus sum disputaturus. Scribebam Fribergae d. X. Cal. Octobr. MDCCCXL.

ARGUMENTUM.

In libri primi praecomio de diligentia antiquorum scriptorum in perpoliendis scriptis, p. 3—4. de hiatus natura p. 4—6., de Isocrate, qui maxime et primus in pedestris orationis scriptoribus eo sit usus 6—7., et de virorum doctorum sententiis de hoc usu 7—9. agitur. In capite primo de hiatu in Isocratis scriptis et quidem in Panegyrica oratione, quae emendatur p. 9—14. in or. ad Philippum p. 14—19. in Plataica p. 19. in Archidamo p. 20—21. in orat. de Pace p. 23—28. in Areopagitico p. 28—34. in Panathenaico p. 34—30. in Evagora p. 30—33. in oratione ad Nicoclem p. 33—34. in Nicocle p. 34—35. agitur singulaque ex iis emendantur. P. 35—40. ostenditur orat. ad Demonicum non ita uti nunc eam habeamus, esse ab Isocrate profectam, simulque p. 37—39. in orat. ad Nicoclem additamenta aliorum inesse demonstratur. De hiatibus in orat. in Sophistas p. 40. in Helenae Laudatione p. 40—41. in Busiride p. 41. in orat. de Permutatione p. 41—46. singulis correctis exponitur. Quatenus orationes forenses ab iis differant p. 46. ostenditur, et de locis in orat. de Bigis p. 47—48. in Aeginetica p. 48—50. in Lochitem p. 50—51. in Callimachea p. 51—54. agitur. P. 54—56. autem affirmatur, Isocratem Trapeziticum et orat. in Euthynum non scripsisse, simulque p. 55—56. probatur, orationes forenses ab Isocrate non in usum fori, sed scholae esse scriptas. P. 56—59. de locis epistolarum quibusdam agitur, simulque de auctore epist. IV. ad Antipatrum scriptae dubitatur p. 57 idemque fit de auctore ep. X. p. 58—59. Deinde p. 59—60. de elisionibus, p. 60—61. de hiatibus, quos Isocrates non fugerit et ib. p. 61. de crasecos usu in Isocrate agitur. P. 62. exponitur, quatenus Demosthenes hac in re ab Isocrate recedat et in capite secundo p. 62—63. de locis Olynthiacae primae, 63. Olynthiacae secundae, p. 63—65. Olynthiacae tertiae, p 65—67. Philippicae primae, p. 67. orat. de Pace, p. 67—68 Philippicae secundae agitur. P. 68—69. ostenditur, orat. de Haloneso non esse Demosthenicam, p. 69—73. autem de locis singulis orat. de Chersoneso, p. 73—76. Philippicae tertiae agitur. P. 76—81. de integritate or. Philippicae quartae disputatur et singulis locis emendatis p. 76—77. affirmatur, partem orat

esse ab alio insertam p. 78—79. neque tamen adhuc esse satis demonstratum, cur reliqua pars Demosthene indigna sit p. 80—81. Orationis ad Philippi epistolam dicendi genus non esse Demosthenicum, sed magis Isocraticum, si hiatus spectes, p. 81—83. in singulis locis exponitur, simulque in orat. de Pace p. 82—83. exemplum proponitur, quos hiatus Demosthenes admiserit. Ostenditur autem p. 83—85. neque hanc orationem Demostheni, neque epistolam Philippi Philippo esse tribuendam, quacum simul ceterae Philippi epistolae p. 84. comparantur. P. 85. oratio de Contributione Demostheni abjudicatur, p. 85—86. in orat. de Symmoriis Demosth. plures admisisse hiatus conceditur, p. 86. de singulis loc. or. de Rhodiorum libertate, p. 86—88. orat. pro Megalopolitis agitur, et p. 88—89. orationem de foedere cum Alexandro non esse Demosthenicam confirmatur. P. 89—95. singuli loci ex. or. de corona, p. 95—102. ex orat. de male gesta legatione, p. 102—108. ex or. advers. Leptinem, p. 108—114. adv. Midiam, p. 114—119. adv. Androtionem, p. 116—123. adv. Aristocratem tractantur. Sed p. 123—127. non solum de singulis orat. contra Timocratem locis agitur, sed etiam ostenditur, p. 123—127. hanc orationem ex tribus oratt. esse compositam, quarum una pars Demostheni abjudicatur. P. 127—129. de singul. loc. orat. contr. Aristogitonem primae agitur simulque de auctore dubitatur. Idem fit p. 129. in or. contr. Aristogitonem secundam, sed non minus p. 129—130. ostenditur, orat. contra Eubulidem p. 130—131. orat. contra Neaeram et p. 131. orat. contra Theocrinem non esse Demosthenicam. In capite tertio p. 131. singuli hiatus ex orat. contr. Aphobum secunda et tertia, p. 132. ex orat. contr. Onetorem prima et altera, adv. Pantaenetum, Nausimachum et Spudiam, p. 133. ex orat. contr. Cononem, Calliclem, Stephanum I. enumerantur et partim tolluntur. In orat. pro corona trierarchica nullos reperiri hiatus affirmatur p. 134. Ex or. adv. Boeotum de nomine, pro Phormione, contra Zenothemin et contra Aphebum prima hiatus afferuntur et partim removentur p. 134—135. Ex orat. contra Apaturium p. 135—136., contra Phormionem p. 136—137., adversus Lacritum p. 137., contra Macartatum p. 137—138., contra Leocharem p. 139., contra Boeotum de dote p. 139—140., contra Callippum p. 140., adversus Nicostratum p. 141., adversus Timotheum p. 141—142., adv. Olympiodorum p. 142—143., contra Dionysodorum p. 143—144., or. contr. Stephanum altera p. 144., contra Euergum et Mnesibulum p. 144—145., contra Phaenippum p. 145., contra Polyclem p. 145—146. hiatus enumerantur. P. 147. ostenditur, Demosthenem, qui primam contra Stephanum orationem scripserit, secundae non esse auctorem, conjicitur que hanc ut Apollodori epilogum primae antiquitus esse annexam p. 148. Ibid. affirmatur Demostheni qui orationem pro Phormione scri-

scrit, neque orationem contra Timotheum, neque tr. contra Callippum p. 149. neque contra Phormionem p. 149. esse tribuendas auctori. Abjudicatur porro Demostheni oratio contra Euergum et Mnesibulum p. 149—150., contra Nicostratum et contra Polycleem p. 150., contra Dionysodorum p. 150—151., contra Phaenippum et Lacritum p. 151. Neque minus p. 151—152. oratt. adv. Apaturium, Macartatum, Leochārem, Boeotum de dote et Olympiodorum non esse Demosthenicas demonstratur. Sed p. 152. oratt. adv. Onetorem et contra Aphobum Demostheni vindicantur, orationem tamen trierarchicam in schola exercendi causa esse confectam ex Isocratico dicendi genere concluditur p. 152—153. Orationes adversus Boeotum de nomine, contra Zenothemin, Callicleem, Cononem, Nausimachum, Spudiam et Pantaenetum esse Demosthenicas conceditur. In capite IV. de hiatu in Demosthenis ceteris scriptis et de apostropho p. 153—154. loci aliquot ex orat. funebri emendantur et orationem hanc sane suspectam quidem, non tamen adhuc satis idoneis argumentis Demostheni abjudicatam esse affirmatur. Amatorium non esse a Demosthene scriptum conceditur p. 154. Deinde p. 154—155. loci ex procoemiis I. III. XII. XXXI. XLIX. corriguntur, ex his et aliis hiatus quidam afferuntur, sed de auctore Demosthene non dubitatur. P. 155. epistolam tertiam et quintam non esse Demosthenicam affirmatur, de ceteris id minus facile posse probari adjicitur. Deinde p. 155—166. de apostropho in Demosthene agitur et primum p. 155—158. exemplis probatur, Reiskium bene ex libris multa huc pertinentia correxisse, lex quaedam de apostropho ponendo p. 156. affertur, pluresque Wunderlichii errores notantur. P. 158. auctoritas codicum hac in re addubitatur et Wunderlichii, Bremii, Buttmanni et Schaeferi sententiae commemorantur. Deinde Bekkerum frequentius quam ceteros editores apostropho esse usum ex or. de male gest. legat. probatur p. 159—161. De elisione disputatur p. 161—165. de crasi 166. In capite quinto p. 167. ostenditur Gorgiam hiatum non evitasse et inde concluditur eum orationem de Palamede, cujus loci aliquot corriguntur, non scripsisse p. 167—168. Helenae laudationem autem eum habere auctorem p. 168—169. probabile redditur. Antisthenī p. 169. oratt. Ajax et Ulyxes abjudicantur, sed Alcidamanti orat. de Ulyxe p. 169—170. tribuitur, or. in Sophistas autem singulis locis emendatis p. 170—172. non esse Alcidamantis probatur. Antiphontem hiatum non evitasse p. 172. affirmatur, idemque p. 172—173. de Andocide ex or. de Mysteriis et de reditu demonstratur. Orat. adv. Alcibiadem autem et de pace scriptam non esse Andocidi adscribendas p. 173—174. probatur deque loco, cujus verba in Aeschine sunt repetita p. 174—175. disputatur. Lysiam non magis hiatum fugisse ex singulis ejus orationibus, ex quibus hiatus enumerantur p. 175—183. ostenditur, eumque orationem de obtrectatoribus non scripsisse

nonnullis correctis locis p. 189—194. probatur. Orat. funebris, de milite, in Alcibiadem prima, pro Mantitheo, contra Dardanios, de invalido, in Ergoclem et Philocratem, atque or. Olympiaca addubitatur p. 184—185. In capite sexto Isaeum orat. de Dicaeogenis hereditate Ol. 102. ineunte scripsisse p. 185—187. ostenditur, deinde p. 187—191. hiatus ex ejus oratt. enumerantur et probatur, eum usque ad init. Ol. CV. hiatum non fugisse, sed postea operam in hac re collocasse p. 191—193., unde concluditur eum, postquam Isocratis discipulus sit factus, cujus de orationum tempore disputatur et orat. in Sophistas, Helenam et Busiridem ad primas ejus oratt. esse referendas et tempori ante Ol. XCIX. tribuendas demonstratur, oratt. de Cleonymi, Apollodori, Cironis et Hagniae hereditate scripsisse. P. 193—194. de Demadis hiatus fuga quaedam afferuntur et quatenus Lycurgus, Dinarchus, Aeschines hiatum non fugerint, p. 194. obiter additur.

In libro secundo primum p. 197. docetur Herodotum, Thucydidem et Xenophontem hiatum non evitasse; deinde pergitur ad Isocratis discipulum Theopompum, quem hiatum fugisse ex veterum testimoniis p. 189. demonstratur, idemque non minus in capite primo ex ejus fragmentis, p. 198—203. probatur. Tractantur autem p. 198. loci ex Athen. XIV, 657. b. Polyb. Exc. XII, 27, 8. P. 199. ex Athen. X, 443. a. b. c. XII, 526. d. 533. a. P. 200. ex Athen. XII, 532. b. Longin. de sublim. 230. Athen. XII, 526. c. X, 444. e. VI, 259, f. P. 201. ex Athen. VI, 261. a. Stephan. Byz. Athen. III, 85, a. X, 435. f. VI, 231. f. P. 202. ex Athen. X, 436. b. XII, 532. c. IV, 166. f. et 260. d. P. 203. ex Athen. IV, 166. f. X, 435. b. XI, 508. Theon. Progymn. c. 8. et schol. Arist. Ran. 220. In capite secundo corriguntur plures loci ex Polybii historiis et quidem ex Libr. I. p. 204—211. ex Libr. II. p. 211—214. ex Libr. III. p. 215—235. ex Libr. IV. p. 225—231. ex Libr. V. p. 231—239. In capite tertio loci tractantur ex Polybii fragmentis et p. 240. locus ex Dionys. Halic. Antiqu. I, 82. P. 241. ex Athen. X, 440. et deinde ex Excerptis ad libr. VI. pertinentibus p. 241—246. ex excerpt. Angel. Maji 246. Ex excerpt. l. VII. p. 246—248. Maji 248. Ex Suida et Herone p. 248—249. et ex cett. exc. l. VIII. et Maji 250. Ex excerpt. libr. IX. p. 251—253. et ex Herone 253. et Athen. X, 6. 254. Ang. Maj. 254. Ex exc. libr. X. p. 254—260. libr. XI. p. 261—263. et Ang. Maj. 263. Ex exc. libr. XII. p. 263—266. ex Athen. VI, 18. p. 264. et Ang. Maj. 266—267. Ex exc. libr. XIII. p. 268—269. et ex Suida ibid. Ex exc. libr. XIV. 269—270. ex Athen. VI, 13. XIII, 5. et exc. Ang. Maj. p. 270. Ex exc. libr. XV. 270—273. ex Suida 272. ex Ang. Maj. 273. Ex exc. libr. XVI. 273—274. et ex Suida, Josepho et Athen. III, 78. ibid. Ex exc. libr. XVII. p. 275., libr. XVIII. 275—277. et ex Suida 277. Ex exc. Ang. Maj. libr. XIX. 278. Ex exc. libr. XX. p. 278—279. et ex Athen. X, 10. Libr. XXI. p. 279—280. et Suid. ib. Libr. XXII. p. 280—284. et ex Heron., Suid. et Plut. de

mul. virt. ib. Libr. XXIII. p. 294—296. et Aug. Maj. 296. Libr. XXIV. p. 296—297., et Aug. Maj. 297. Libr. XXV. p. 298. et Aug. M. 299. Libr. XXVI. p. 299—290. et Athen. V, 4. X, 10. Libr. XXVII. p. 290—291. et ex Suid. et Aug. M. ib. Libr. XXVIII. p. 291—296. et ex Suid. et Aug. Maj. ib. Libr. XXIX. p. 294—296. et ex Suid. et Aug. Maj. ib. Libr. XXX. p. 296—297. et Aug. Maj. 297—298. Libr. XXXI. loc. ex Athen. V, 5. p. 298. (ubi simul ostenditur, quae c. III, a §. 6—19. ex Athen. leguntur, non esse Polybii) tractatur et p. 298—300. loci ex Exc. Pol. et Vat. Ang. M. emendantur. P. 301—306. ex Iisd. Exc. et ex Suida de locis libr. XXXII. disputatur. Idem est p. 306—304. locis libr. XXXIII. factum. P. 304—305. ostenditur, quae in Libr. XXXIV. ex Strab. et Athen. sint collecta, non esse vera Polybiana, sed secundum Polybium narrata. Excipiunt haec p. 305. quae ad libr. XXXV., p. 306. quae ad libr. XXXVI., p. 306—307. quae ad libr. XXXVII. et ad exc. Maj. h. l. p. 307—308. quae ad libr. XXXVIII. et ej. Exc. Vat. Maj., p. 308—309. quae ad libr. XXXIX. loc. Suid. Appian. et Exc. Maj., et p. 309—310. quae ad libr. XL. et loc. Strabon. pertinent. P. 310. de Polybii diligentia universa agitur, et exempla apostrophi et craseos in Polybio enumerantur. Transitur deinde p. 314. ad cap. IV. de hiatu in Plutarchi vitis ratioque Sintenisii et Kraneri improbatur. Agitur autem p. 315—316. de locis Thesei, p. 317—319. Romuli, p. 320—321. Lycurgi, 321—322. Numae et ib. de loc. compar. Lycurg. et Num., 323—324. Solonis, 324—325. Poplicolae, 325. Themistoclis, 325—326. Camilli, 327—328. Fabii Maximi, 328—330. Alcibiadis, 330—332. Coriolani, 332—333. Timoleontis, 333—334. Aemilii Pauli, 334—336. Pelopidae, 336—338. Marcelli, 338. Aristidis, 338—339. Catonis, 339. Philopoemenis, 339—343. Flaminii, 343. Pyrrhi, 344. Marii, 344—345. Lysandri, 345—346. Sullae, 346. compar. Lysandr. c. Sull., 346—347. Cimonis, 347—349. Luculli, 349—350. Niciae, 350—351. M. Crassi, 352. comp. Nic. c. Crass., ib. Sertorii et Eumenis, 353—356. Agesilai, 357—361. Pompeji, 361—362. compar. Ages. c. Pomp., 363—367. Alexandri, 368—370. Caesaris, 370—371. Phocionis, 371—373. Catonis minoris, 373. Agidis, 374—377. Cleomenis, 377—378. Tiberii Gracchi. 378. Caji Gracchi, 379. comp. Ag. et Cleom. c. Gracch., 379—381. Demosthenis, 381—382. Ciceronis, 382—383. Artaxerxis, 383—384. Demetrii, 384—385. Antonii, 385—387. Dionis, 387—389. Bruti, 389—390. Arati, 391—392. Galbae, 392—394. Othonis. In cap. V. de hiatu in Plutarchi moralibus agitur et quidem 394—398. de loc. Quaestionum Romanarum, 398—401. Quaestionum Graecarum, 401—402. ostenditur Parallela non esse Plutarchi, 402—403. de loc. libr. de fortuna Romanorum, 403—404. orat. 1. de Alexandr. siv. virt. siv. fortuna, 404. or. II. ejusd. arg., 404—405. libr. de gloria Atheniensium, 405—414. de Isiride et Osiride, p. 414. librum Aristophanis et Menandri comparationem continentem compendium esse ostenditur, et p. 414—416. de loc. libr. de Herodoti malignitate disputatur. P. 416—422.

demonstratur, librum de vitis X. oratorum non esse Plutarcheum. Idem p. 432. de libr. de educatione liberorum confirmatur. P. 433. loci e libro de audiendis poetis tractantur, 431. libr. de auditione, 435—436. de adulatoris et amici discrimine, 436—438. de profectibus in virtute, 438—439. de capienda ex inimicis utilitate, 439—440. de amicorum multitudine, 440. de fortuna, ib. libell. de virtute et vitio epitomen esse conceditur, 440—441. ostenditur consolationem ad Apollonium non a Plutarcho profectam esse, 442—443. de locis praecept. de tuenda sanitate agitur, p. 444. de conjugalibus praeceptis, 444—445. septem sapientum convivium non esse Plutarcheum contenditur, 445—446. de locis libr. de superstitione agitur. P. 446—450. locis singulis tractatis ostenditur librum, quo Regum et Imperatorum Apophthegmata continentur, non prorsus Plutarcho esse abjudicandum. Sed p. 450—452. demonstratur Apophthegmata Laconica, p. 452. Instituta Laconica, et Apophthegmata Lacaenarum, non esse Plutarchi. P. 452—454. de locis libri de mulierum virtutibus, p. 454—456. libri de ei apud Delphos, 456—461 de Pythiae oraculis, 461—468. de defectu oraculorum, 468—469. libri, quo demonstratur virtutem doceri posse, 469—461. de virtute morali, 461—463. de cohibenda ira, 463. de tranquillitate animi, 463—464. de fraterno amore, 464—465. de amore prolis, 465—466. libelli: an vitiositas ad infelicitatem sufficiat, 466. animine an corporis affectiones sint pejores disputatur. Sed 466—467. demonstratur Plutarchum librum de garrulitate non scripsisse. P. 467—468. de locis libri de cupiditate divitiarum, 468. de vitioso pudore, 468—469. de invidia et odio, de se ipso laude, 469—470. de sera numinis vindicta disputatur. Sed p. 470—472. liber de fato Plutarcho abjudicatur. P. 472—475. loci libri de Genio Socratis, 475. de exilio, ib. de consolatione ad uxorem, p. 475—480. Symposiacon libr. I., 480—483. libr. II., 483—486. libr. III., 486—491. libr. IV., 491—493. libr. V., 493—495. libr. VI., 496—498. libr. VII., 498—500. libr. VIII., 500—502. libr. IX., et 502—506. Amatorii tractantur. Sed 506—507. demonstratur amatorias narrationes non esse a Plutarcho profectas, 507—509. de locis libri philosophandum esse cum principibus, 509. libri ad principem ineruditum, 510. an senī sit gerenda respublica, 510—511. de reipublicae gerendae praeceptis, 511—512. de nnius in republica dominatione disputatur. P. 512. ostenditur, librum de vitando aere alieno non esse Plutarchi, 512—514. idem de libro de placitis philosophorum demonstratur. Deinde p. 514—516. de locis e quaestionibus naturalibus, p. 517—520. e libr. de facie in orbe lunae, p. 520—521. de primo frigido, p. 521—522. libr. de aquae et ignis comparatione excerptum esse demonstratur singulique loci emendantur. P. 522—523. loci ex libr. de solertia animalium, p. 523—524. e Gryllo, p. 525. ex orat. I. de usu carnium, et p. 525—526. ex or. II., quos libr. uti Grylium curtatos esse affirmatur, p. 526—527. ex Platonicis Quaestionibus, p. 528—529. e libr. de animae procreatione e Timaeo, p. 529. ex

epitome huj. I., p. 529—530. ex libro de Stoicorum repugnantiis, p. 531. de absurdis Stoicorum opinionibus disputatur. P. 531—532. libr. adv. Stoicos suspectum esse docetur. P. 532—533. loci libr. non posse suaviter vivi secundum Epicureos, p. 534—535. libr. adv. Coletem, p. 535. de occulte vivendo, tractantur. P. 535—536. demonstratur, librum de musica, p. 536—537. de nobilitate, p. 537. de fluviis, p. 537—538. libr. de vita et poësi Homeri utrumque, p. 538. libr. de proverbiis, ib. de metris esse spurium. P. 538—545. de fragmentis Plutarcho adscribendis et abjudicandis disputatur. Quâ disputatione finita Plutarchea scripta p. 545—548. in tres distribuuntur classes simulque quid de Lampriae catalogo sit statuendum additur. In cap. VI. de hiatu in ceteris historicis, qui praeter Plutarchum post Polybium vixerunt, agitur et Dionysium Halicarnassensem hiatum magis etiam quam hodie perspici possit, vitasse conjicitur p. 548. Deinde p. 549—550. hiatus ex Antiquit. Romanar. libris, p. 551. ex libr. de composit. verb., de veterum scriptt. censura, de orator. antiquis, ex ep. I. ad Ammaeum de Demosth. et Aristot., ep. ad Pompej. de Platone, p. 552. ex ep. II. ad Ammaeum de Thucyd., e judicio de Thucyd. et de admir. vi dicendi in Demosthene enumerantur. P. 553—554. hiatus ex arte rhetorica afferuntur, et p. 554—557. indo demonstratur, hoc opus Dionysio essè abjudicandum. P. 557. denique brevibus additur verbis, Diodorum Siculum, Josephum (libris ad Maccabaeos et de mundo universo exceptis) et Appianum eandem fere rationem quam Dionysium esse secutos, sed Arrianum, Dionem Cassium, Herodianum et Aelianum vocalium concursum non evitasse.

Liber primus.

De

Hiatu in Oratoribus Atticis.

LIBERTINUS.

OR

THE FREEDMAN'S ADOPTION.

Prooemium.

Quanta cum diligentia antiqui scriptores in componendis et perpoliendis scriptis suis versati sint, cum maxime idonei testes ipsi sint eorumque opera, tum Dionysius Halicarnassensis in libro praeclarissimo de compositione verborum (c. V.) his verbis confirmat: *Ἐπάνειμι δ' ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, ἀφ' ἧς εἰς ταῦτα ἐξέβην· ὅτι πολλὴ πρόνοια τοῖς ἀρχαίοις ἦν καὶ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι, φιλοσόφοις τε καὶ ῥήτορσι τῆς ἰδέας ταύτης· καὶ οὔτε τὰ ὀνόματα τοῖς ὀνόμασιν, οὔτε τὰ κῶλα τοῖς κώλοις, οὔτε τὰς περιόδους ἀλλήλαις εἰκῇ συνάπτειν ᾤοντο δεῖν· τέχνη δέ τις ἦν παρ' αὐτοῖς καὶ θεωρήματα, οἷς χρώμενοι συνετίθεσαν εὖ.* Cujus curae si quae in illo libro sequuntur praecepta legeris, jure cum admiraturus sis diligentiam in minutis etiam quae nobis esse videntur rebus positam, fidem habebis eidem Dionysio cap. XXV. narranti: *ὁ μὲν γὰρ* (sermo est de Isocrate, quem exemplum politae floridaeque compositionis satis perfectum reliquisse cap. XXIII. affirmaverat) *τὸν πανηγυρικὸν λόγον, ὡς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο· ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη.*

Viri docti tamen qui in edendis graecis prosae orationis scriptoribus operam posuerunt, usque adhuc minus

quam par est, ad hanc sermonis graeci elegantiam, cujus Dionysius multa affert testimonia, animos attendisse mihi videntur, ita ut, cum in singulis locis eorumque scriptura judicanda plura vitia eos commisisse opinarentur, quam quae ferri possunt, tum scriptis fidem haberent, quae tam austere tantaque cum incuria composita sunt, ut ab illis praestantissimorum librorum auctoribus profecta esse nequeant. Ipse quidem in iis quae ad Isocratis orationem Areopagiticam scripsi, pro virili parte quaedam huc pertinentia afferre conatus sum, plura tamen opportuno tempore mihi dato me esse additurum promisi. Quibus promissis nunc in eo sum ut eatenus stem, quatenus iis, quae ibi de hiatu ab Isocrate in orationibus demonstrati generis evitato disputata sunt, plura cum de Isocrate tum de ceteris graecis scriptoribus adjiciam atque ita doctrinam de hiatu in graecis scriptoribus, quantum in me est, absolvam. Quamvis autem concedendum sit, hanc in hiatu evitando a scriptoribus quibusdam positam curam parvam tantum partem artis illius esse, ex qua lumina graecae orationis orta sint, hoc tamen negari non poterit, inde etiam uti ex ungue leonem, eximium illud graecorum scriptorum studium ea, quae scripserant exornandi, et perpoliendi cognosci. Fortasse igitur mihi tam felici esse continget, ut virorum doctorum animos ad hanc componendi artem in graecis prosae orationis scriptoribus perspicuam advertam eosque moveam, ut etiam numeri sententiarumque conformandarum et sibi annectendarum rationem accuratius investigent, qua in re Dionysius iis optimus erit dux et auctor. Ne tamen lectores diutius morer, ad rem ipsam me convertam paucis verbis de hiatus natura praemissis.

Compositio autem est (quae verba in libri ad Herennium scripti IV, c. XII, §. 18 leguntur) verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt. Nam ut in legendo (inquit Cicero in Orat. c. XLIV, §. 150.) oculus, sic animus in dicendo prospi-

ciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesque sententiae, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum est judicium superbissimum. His addas verba Quintiliani Instit. Orat. IV. c. IV. §. 33 et 34. „Vocalium concursus, qui cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio. Pessime longae, quae easdem inter se literas committunt, sonabunt. Praecipuus tamen erit hiatus eorum, quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur. *E* plenior litera est, *I* angustior est, ideoque obscurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breves subjiciet et adhuc, qui praeponet longae brevem. Minima est in duabus brevibus offensio. Atque cum aliae subjunguntur aliis, perinde asperiores erunt, prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur.“ — Quid igitur sit, quod scriptores quidam e gente graeca concursionem vocalium (*σύγκρουσιν φωνηέντων* Graeci dicunt) evitaverint, quippe quia *διασπασμῷ τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον καὶ διαῤῥίψει ἔοικεν*, (vide libri qui Demetrio Phalereo falso adscriptus est de elocutione cap. LXVIII.) ex iis, quae allata sunt, perspicies, neque hoc te fugiet, non quemque vocalium concursum esse hiatum appellandum, quamvis Demetrius l. all. cap. LXIX. sub hoc nomine etiam ejusmodi vocalium concursiones intellexerit, quales sunt in *Ἀλαίη* et *Εὔιος*, sed illico addit: *οὐδέν τε δυσφωνότερα τῶν ἄλλων ἐστὶ ταῦτα, ἀλλ' ἴσως καὶ μουσικώτερα.* Nos contra in scriptoribus prosae orationis eos solos appellamus hiatus, ubi vocalis in fine vocabuli posita aliud verbum a vocali incipiens antecedit neque elisa est; vide Heynii Excursum de hiatu in Iliad. Vol. VII. p. 130—7., qui tamen male de poëtis idem censuit. Hoc autem ut ex ipsa fere rei natura poterit intelligi, neque omnibus temporibus neque in quoque scriptore deprehenditur, id quod Demetrius ille in libri nominati c. LXVIII. his verbis confirmat: *Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἔτυχε, συνέκρουσαν καὶ παντάπασι.* Accuratius etiam Cicero, quem

secutus est Quintilianus, de illo scriptorum usu disputat. Pergit enim in loco supra allato ita: „Quod quidem latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit conjungere. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit, etsi idem magister ejus Isocrates. At non Thucydides: ne illo quidem haud paullo major scriptor Plato: nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in praeliis interfecti: quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.“

Intelliges igitur jam ex iis, quae et Demetrius et Cicero et qui eum est secutus Quintilianus l. all. docent, Isocratem inprimis auctorem hujus artificiosae compositionis exstitisse. Quoniam tamen sunt, quibus pauca quamvis luculentissima testimonia non sufficiant, addam alia etiam ex aliis scriptoribus petita: veluti Dionysius Halicarnassensis in libri supra nominati cap. XXIII. haec de Areopagitica Isocratis oratione scripsit: *φωνηέντων μὲν γὰρ ἀντιτυπίαν οὐκ ἄν τις οὐδεμίαν εὕροι, ἐν γοῦν οἷς παριθέμην ἀριθμοῖς, οἶομαι δ' οὐδ' ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ, πλὴν εἴ τί με διαλέληθεν*, et in judicio de Isocrate cap. II. in universum: *τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας παραιτεῖται.* Accedant ex libro de admiranda vi dicendi in Demosth. c. IV. haec: *δι' εὐλαβείας μὲν λαμβάνει τὸ συγκροῦσαι τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων.* Idem etiam Plutarchus de glor. Atheniens. p. 350. e. tradidit in verbis: *πῶς οὖν οὐκ ἔμελλεν ἄνθρωπος* (i. e. Isocrates) *ψόφον ὅπλων φοβεῖσθαι καὶ σύῤῥημα φάλαγγος ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι καὶ συλλαβῇ τὸ ἰσόκωλον ἐνδεὲς ἐξενεγκεῖν;* Quibus addas Hermogenis de Ideis Tom. I. p. 111. (ap. Walz. Rhetor. III. p. 289) verba: *Κῶλα δὲ κεκαλλωπισμένα φύσει μὲν τὰ μετρίως μακρότερα, εἰ τῇ συνθήκῃ μὴ διεστήκοι μηδ' εἴη σύγκρουσίς τις ἐν αὐτοῖς*

φωνηέντων, ἀλλὰ συνέχοντο πάντοθεν τοῖς συμφώνοις, οἷόν ἐστι καὶ τὰ Ἰσοκράτους, οὗ γε οὐ μόνον τὰ κῶλα συνέχεται τοῖς συμφώνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ λόγος τοσοῦτον αὐτῷ τῆς εὐφωνίας καὶ τοῦ κάλλους μεμέληκε, collatis iis quae in Siccliotae Comment. ad Hermog. apud Walz. T. VI, 102. leguntur. At Isocrates ipse hoc praecepisse dicitur, uti tum Longinus memoriae tradidit de inventione p. 713. ap. Walz. T. IX. p. 560. his verbis: οὐκ ἀχρεῖον δὲ οὐδὲ τῶν Ἰσοκράτους παραγγελμάτων ἐντρέπεσθαι, μὴ τραχύνειν τὸν λόγον τῇ παραθέσει καὶ συμπλοκῇ τῶν καλουμένων φωνηέντων, ἃ τὴν ἀκρόασιν οὐκ ἀνέχεται καὶ τὸν λόγον οὐχ ὁμοίως συνυφαίνειν ἔοικεν, οὔτε λείως τε καὶ ἀπταίστως εἰς τὴν ἀκοὴν παρίησιν, ἀλλ' ἐπιλαμβάνεται τοῦ πνεύμονος καὶ ἐπίσχει τὸ πνεῦμα τῆς φωνῆς. tum Spengelius in libro: συναγωγ. τεχν. inscripto p. 161. ex scholiasta Anonymo p. 386. ut ex ipsa Isocratis arte affert: δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συνεμπίπτειν.

Primus autem editor qui animum ad hunc Isocratis usum attenderet, exstitit Hieron. Wolfius, qui certe apostrophis frequentius utebatur quam in antiquioribus exemplis factum erat, id quod Bergmannus in praefat. ad Areop. p. XI. negare non debebat. Vituperatus tamen est ea ipsa de causa Wolfius a Langio in praefat. ad Isocrat. p. 43. At quod Wolfius jure ex Ciceronis, Dionysii aliorumque locis concluserat, id Imman. Bekkerus in optimo codice Urbinate confirmatum vidit, cujus auctoritatem cum in ea re sequeretur Bekkerus, id quod ipse ad Nicocl. p. 15. e his professus est verbis: „ubicunque apostrophum posui, posui auctore G. (i. e. Urbinate)" factum est, ut de centenis hiatuum exemplis octoginta circiter remanserint in undeviginti orationibus: „nam (ita pergit G. Dindorfius ad Isocr. Paneg. p. 1. minus recte) Callimachea et Niciana caret G. quae non dubium est, quin ipsa quoque corrigi oporteat." Aliter sentit Pinzger. in annot. crit. ad Paneg. p. 37, recte quidem canonem Spohnianum refutans, quo δὲ in apodosi, quando respondent voculae μὲν in protasi positae vocalem non abjicere soleat; quando autem δὲ in protasi positum sit aut

non praecesserit μὲν, elidatur vocalis, non recte autem addens: „mihi hac quidem in re non certam quandam legem, sed aurium judicium secutus esse videtur Isocrates. Rarissima apud eum est vocalium concursatio, quamvis ea non prorsus abstinuerit," quod vel ex Dionysii Halicarnassensis verbis, ab aliis in contrariam partem adhibitis patet de comp. verb. c. 23. (quae supra exscripsi). Quia haec ita scripsisse putet rhetorem, si nulli omnino apud Isocratem reperiantur hiatus? Quae cum ita sint, quid sequi debeat editor, difficile est dictu. Quidam pro arbitrio apostrophis usi sunt, quorum tamen temeritatem spernet cautior quivis. Equidem ex boni codicis manuscripti auctoritate pendere malim, quam arbitrio me dare recentiorum editorum, quorum quam varium de rebus orthographicis vario tempore fuerit judicium, nemo est, quin sciat." Quibus ipse in Areopagitico meo haec jam opposui p. 392. „At haec Pinzgeri ratio (quam etiam nuper Baiterus et Sauppius secuti sunt) multa habet quibus laborat. Primum enim videat, ne, dum respuit rationes editorum, se tradat temeritati librariorum, quos non credibile est tam anxie secutos esse manum scriptoris, ut non hiatum saepius quam par ex negligentia quadam admitterent. Recte enim Schaeferus ad Demosth. T. I. p. 186. affirmavit, nullam in talibus librorum esse auctoritatem. Deinde hoc ut Pinzgero concedam, Isocratem aurium judicium esse secutum, sed quid? si habuit tam teretes aures, quae hiatum omnino respuerent? Loco Dionysii autem ne ii quidem refelli possunt, qui opinantur, nullos prorsus reperiri in Isocratis scriptis hiatus, quod tamen, quod sciam, nemo adhuc contendit. Dindorfius enim, qui ne particulam καὶ quidem ante vocalem sine crasi in Isocrate ferebat, eos tamen tulit hiatus, qui in tragicis quoque poëtis reperiuntur. Baiterus autem, qui excursum undecimum ad Bremii exempl. Isocrat. scripsisse dicitur, plures etiam ab eo commissos esse hiatus demonstraturus fuit, veluti περὶ, τί ἂν et ὅτι ἄν, τί οὖν, ὅτι οὐδέν, τι ἐν et in universum quae in ι finiantur vocabula, ita καὶ, deinde αι in prima

Liber primus.

De

Hiatu in Oratoribus Atticis.

Prooemium.

Quanta cum diligentia antiqui scriptores in componendis et perpoliendis scriptis suis versati sint, cum maxime idonei testes ipsi sint eorumque opera, tum Dionysius Halicarnassensis in libro praeclarissimo de compositione verborum (c. V.) his verbis confirmat: *Ἐπάνειμι δ' ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, ἀφ' ἧς εἰς ταῦτα ἐξέβην· ὅτι πολλὴ πρόνοια τοῖς ἀρχαίοις ἦν καὶ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι, φιλοσόφοις τε καὶ ῥήτορσι τῆς ἰδέας ταύτης· καὶ οὔτε τὰ ὀνόματα τοῖς ὀνόμασιν, οὔτε τὰ κῶλα τοῖς κώλοις, οὔτε τὰς περιόδους ἀλλήλαις εἰκῇ συνάπτειν ᾤοντο δεῖν· τέχνη δέ τις ἦν παρ' αὐτοῖς καὶ θεωρήματα, οἷς χρώμενοι συνετίθεσαν εὖ.* Cujus curae si quae in illo libro sequuntur praecepta legeris, jure cum admiraturus sis diligentiam in minutis etiam quae nobis esse videntur rebus positam, fidem habebis eidem Dionysio cap. XXV. narranti: *ὁ μὲν γὰρ* (sermo est de Isocrate, quem exemplum politae floridaeque compositionis satis perfectum reliquisse cap. XXIII. affirmaverat) *τὸν πανηγυρικὸν λόγον, ὡς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο· ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη.*

Viri docti tamen qui in edendis graecis prosae orationis scriptoribus operam posuerunt, usque adhuc minus

quam par est, ad hanc sermonis graeci elegantiam, cujus Dionysius multa affert testimonia, animos attendisse mihi videntur, ita ut cum in singulis locis eorumque scriptura judicanda plura vitia eos commisisse opinarentur, quam quae ferri possunt, tum scriptis fidem haberent, quae tam austere tantaque cum incuria composita sunt, ut ab illis praestantissimorum librorum auctoribus profecta esse nequeant. Ipse quidem in iis quae ad Isocratis orationem Areopagiticam scripsi, pro virili parte quaedam huc pertinentia afferre conatus sum, plura tamen opportuno tempore mihi dato me esse additurum promisi. Quibus promissis nunc in eo sum ut eatenus stem, quatenus iis, quae ibi de hiatu ab Isocrate in orationibus demonstrati generis evitato disputata sunt, plura cum de Isocrate tum de ceteris graecis scriptoribus adjiciam atque ita doctrinam de hiatu in graecis scriptoribus, quantum in me est, absolvam. Quamvis autem concedendum sit, hanc in hiatu evitando a scriptoribus quibusdam positam curam parvam tantum partem artis illius esse, ex qua lumina graecae orationis orta sint, hoc tamen negari non poterit, indè etiam uti ex ungue leonem, eximium illud graecorum scriptorum studium ea, quae scripserant exornandi, et perpoliendi cognosci. Fortasse igitur mihi tam felici esse continget, ut virorum doctorum animos ad hanc componendi artem in graecis prosae orationis scriptoribus perspicuam advertam eosque moveam, ut etiam numeri sententiarumque conformandarum et sibi annectendarum rationem accuratius investigent, qua in re Dionysius iis optimus erit dux et auctor. Ne tamen lectores diutius morer, ad rem ipsam me convertam paucis verbis de hiatus natura praemissis.

Compositio autem est (quae verba in libri ad Herennium scripti IV, c. XII, §. 18 leguntur) verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt. Nam ut in legendo (inquit Cicero in Orat. c. XLIV, §. 150.) oculus, sic animus in dicendo prospi-

ciet, quid sequatur, nec extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesque sententiae, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum est judicium superbissimum. His addas verba Quintiliani Instit. Orat. IV. c. IV. §. 33 et 34. „Vocalium concursus, qui cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio. Pessime longae, quae easdem inter se literas committunt, sonabunt. Praecipuus tamen erit hiatus eorum, quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur. *E* plenior litera est, *I* angustior est, ideoque obscurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breves subjiciet et adhuc, qui praeponet longae brevem. Minima est in duabus brevibus offensio. Atque cum aliae subjunguntur aliis, perinde asperiores erunt, prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur.“ — Quid igitur sit, quod scriptores quidam e gente graeca concursionem vocalium (*σύγκρουσιν φωνηέντων* Graeci dicunt) evitaverint, quippe quia *διασπασμῷ τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον καὶ διαῤῥήψει ἔοικεν*, (vide libri qui Demetrio Phalereo falso adscriptus est de elocutione cap. LXVIII.) ex iis, quae allata sunt, perspicies, neque hoc te fugiet, non quemque vocalium concursum esse hiatum appellandum, quamvis Demetrius l. all. cap. LXIX. sub hoc nomine etiam ejusmodi vocalium concursiones intellexerit, quales sunt in *Ἀλαίη* et *Εὔιος*, sed illico addit: *οὐδέν τε δυσφωνότερα τῶν ἄλλων ἐστὶ ταῦτα, ἀλλ' ἴσως καὶ μουσικώτερα.* Nos contra in scriptoribus prosae orationis eos solos appellamus hiatus, ubi vocalis in fine vocabuli posita aliud verbum a vocali incipiens antecedit neque elisa est; vide Heynii Excursum de hiatu in Iliad. Vol. VII. p. 130—7., qui tamen male de poëtis idem censuit. Hoc autem ut ex ipsa fere rei natura poterit intelligi, neque omnibus temporibus neque in quoque scriptore deprehenditur, id quod Demetrius ille in libri nominati c. LXVIII. his verbis confirmat: *Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλῆσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἔτυχε, συνέκρουσαν καὶ παντάπασι.* Accuratius etiam Cicero, quem

secutus est Quintilianus, de illo scriptorum usu disputat. Pergit enim in loco supra allato ita: „Quod quidem latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocales nolit conjungere. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit, etsi idem magister ejus Isocrates. At non Thucydides: ne illo quidem haud paullo major scriptor Plato: nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in praeliis interfecti: quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.“

Intelliges igitur jam ex iis, quae et Demetrius et Cicero et qui eum est secutus Quintilianus l. all. docent, Isocratem inprimis auctorem hujus artificiosae compositionis exstitisse. Quoniam tamen sunt, quibus pauca quamvis luculentissima testimonia non sufficiant, addam alia etiam ex aliis scriptoribus petita: veluti Dionysius Halicarnassensis in libri supra nominati cap. XXIII. haec de Areopagitica Isocratis oratione scripsit: *φωνηέντων μὲν γὰρ ἀντιτυπίαν οὐκ ἄν τις οὐδεμίαν εὕροι, ἐν γοῦν οἷς παρεθέμην ἀριθμοῖς, οἶομαι δ' οὐδ' ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ, πλὴν εἴ τί με διαλέληθεν*, et in judicio de Isocrate cap. II. in universum: *τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας παραιτεῖται.* Accedant ex libro de admiranda vi dicendi in Demosth. c. IV. haec: *δι' εὐλαβείας μὲν λαμβάνει τὸ συγκροῦσαι τὰ φωνήεντα τῶν γραμμάτων.* Idem etiam Plutarchus de glor. Atheniens. p. 350. e. tradidit in verbis: *πῶς οὖν οὐκ ἔμελλεν ἄνθρωπος* (i. e. Isocrates) *ψόφον ὅπλων φοβεῖσθαι καὶ σύρριγμα φάλαγγος ὁ φοβούμενος φωνῆεν φωνήεντι συγκροῦσαι καὶ συλλαβῇ τὸ ἰσόκωλον ἐνδεὲς ἐξενεγκεῖν;* Quibus addas Hermogenis de Ideis Tom. I. p. 111. (ap. Walz. Rhetor. III. p. 289) verba: *Κῶλα δὲ κεκαλλωπισμένα φύσει μὲν τὰ μετρίως μακρότερα, εἰ τῇ συνθήκῃ μὴ διαστήκοι μηδ' εἴη σύγκρουσίς τις ἐν αὐτοῖς*

φωνηέντων, ἀλλὰ συνέχοντο πάντοθεν τοῖς συμφώνοις, οὕς ἐστι καὶ τὰ Ἰσοκράτους, οὗ γε οὐ μόνον τὰ μάλιστα συνέχεται τοῖς συμφώνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ λόγος τοσοῦτον αὑτῷ τῆς εὐφωνίας καὶ τοῦ κάλλους μεμέληκε, collatis iis quae in Siccliotae Comment. ad Hermog. apud Walz. T. VI, 102. leguntur. At Isocrates ipse hoc praecepisse dicitur, uti tum Longinus memoriae tradidit de inventione p. 713. ap. Walz. T. IX. p. 560. his verbis: οὐκ ἀχρεῖον δὲ οὐδὲ τῶν Ἰσοκράτους παραγγελμάτων ἐντρέπεσθαι, μὴ τραχύνειν τὸν λόγον τῇ παραθέσει καὶ ὑμπλοκῇ τῶν παλουμένων φωνηέντων, ἃ τὴν ἀκρόασιν οὐκ ἀνέχεται καὶ τὸν λόγον οὐχ ὁμοίως συνυφαίνειν ἔοικεν, οὔτε λείως τε καὶ ἁπταίστως εἰς τὴν ἀκοὴν παρίησιν, ἀλλ' ἐπιλαμβάνεται τοῦ πνεύμονος καὶ ἐπίσχει τὸ πνεῦμα τῆς φωνῆς. tum Spengelius in libro: συναγωγ. τεχν. inscripto p. 161. ex scholiasta Anonymo p. 386. ut ex ipsa Isocratis arte affert: δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συνεμπίπτειν.

Primus autem editor qui animum ad hunc Isocratis usum attenderet, exstitit Hieron. Wolfius, qui certe apostrophis frequentius utebatur quam in antiquioribus exemplis factum erat, id quod Bergmannus in praefat. ad Areop. p. XI. negare non debebat. Vituperatus tamen est ea ipsa de causa Wolfius a Langio in praefat. ad Isocrat. p. 43. At quod Wolfius jure ex Ciceronis, Dionysii aliorumque locis concluserat, id Imman. Bekkerus in optimo codice Urbinate confirmatum vidit, cujus auctoritatem cum in ea re sequeretur Bekkerus, id quod ipse ad Nicocl. p. 15. e. his professus est verbis: „ubicunque apostrophum posui, posui auctore G. (i. e. Urbinate)" factum est, ut de centenis hiatuum exemplis octoginta circiter remanserint in undeviginti orationibus: „nam (ita pergit G. Dindorfius ad Isocr. Paneg. p. 1. minus recte) Callimachea et Niciana caret G. quae non dubium est, quin ipsa quoque corrigi oporteat." Aliter sentit Pinzger. in annot. crit. ad Paneg. p. 37, recte quidem canonem Spohnianum refutans, quo δὲ in apodosi, quando respondent voculae μὲν in protasi positae vocalem non abjicere soleat; quando autem δὲ in protasi positum sit aut

non praecesserit μὲν, elidatur vocalis, non recte autem addens: „mihi hac quidem in re non certam quandam legem, sed aurium judicium secutus esse videtur Isocrates. Rarissima apud eum est vocalium concursatio, quamvis ea non prorsus abstinuerit," quod vel ex Dionysii Halicarnassensis verbis, ab aliis in contrariam partem adhibitis patet de comp. verb. c. 23. (quae supra excripsi). Quia haec ita scripsisse putet rhetorem, si nulli omnino apud Isocratem reperiantur hiatus? Quae cum ita sint, quid sequi debeat editor, difficile est dictu. Quidam pro arbitrio apostrophis usi sunt, quorum tamen temeritatem spernet cautior quivis. Equidem ex boni codicis manuscripti auctoritate pendere malim, quam arbitrio me dare recentiorum editorum, quorum quam varium de rebus orthographicis vario tempore fuerit judicium, nemo est, quin sciat." Quibus ipse in Areopagitico meo haec jam opposui p. 392. „At haec Pinzgeri ratio (quam etiam nuper Baiterus et Sauppius secuti sunt) multa habet quibus laborat. Primum enim videat, ne, dum respuit rationes editorum, se tradat temeritati librariorum, quos non credibile est tam anxie secutos esse manum scriptoris, ut non hiatum saepius quam par ex negligentia quadam admitterent. Recte enim Schaeferus ad Demosth. T. I. p. 186. affirmavit, nullam in talibus librorum esse auctoritatem. Deinde hoc ut Pinzgero concedam, Isocratem aurium judicium esse secutum, sed quid? si habuit tam teretes aures, quae hiatum omnino respuerent? Loco Dionysii autem ne ii quidem refelli possunt, qui opinantur, nullos prorsus reperiri in Isocratis scriptis hiatus, quod tamen, quod sciam, nemo adhuc contendit. Dindorfius enim, qui ne particulam καὶ quidem ante vocalem sine crasi in Isocrate ferebat, eos tamen tulit hiatus, qui in tragicis quoque poëtis reperiuntur. Baiterus autem, qui excursum undecimum ad Bremii exempl. Isocrat. scripsisse dicitur, plures etiam ab eo commissos esse hiatus demonstraturus fuit, veluti περὶ, τί ἂν et ὅτι ἄν, τί οὖν, ὅτι οὐδέν, τι ἐν et in universum quae in ι finiantur vocabula, ita καὶ, deinde αι in prima

persona indicativi et infinitivis, οι et ω ὁπότεροι ἄν, porro ubi vocalem υ et ex ea ortas diphthongos ου et ευ vocalis excipiat, ω ante α, ἡ vocali praepositum, πρὸ ante α ε et η et ὃ ἄν et denique hic illic ε. Inter eos tamen nequaquam tales retulit, quales apud Bekkerum in Areopagitica oratione 151. b. γε ᾤοντο et 156. c. ὥστε οὔτε leguntur. Hoc enim si legisset Dionysius, num censes eum scripsisse, in Areopagitica oratione nullos omnino reperiri hiatus?"

His quae accuratius etiam singulis allatis locis in Areopagitico disputaveram, viri docti quidem, paucis et in iis Strangio quodam exceptis, assenserunt, intellexi tamen plura esse de hac re disputanda, idque sum facturus in

Capite primo.

De hiatu in Isocratis scriptis obvio.

Isocratem igitur revera hiatum quam maxime fugisse ex orationibus ejus ipsis optime poterit intelligi. In Panegyrica oratione certe hi tantum nunc in Bekkeriano exemplo reperiuntur hiatus. p. 41. ed. Steph. §. 2. ed. Bekk. Berol. δὲ ἀνδρὸς. 48, 41. δὲ ἀσφαλεστάτην. 49, 45. δὲ ἀγῶνας. 53, 60. δὲ εἰς. 54, 68. δὲ ἅμα. 59, 92. δὲ ἤκουσαν. 93. δὲ ἄλλων. 67, 130. δὲ οὐχ. 70, 144. δὲ Ἀταρνέα et ib. δὲ ὀλίγῳ. 78, 178. δὲ ἄρτι. Ex horum numero non dubium erit, quin locus 67, 130. in δ' οὐχ corrigendus sit, ita enim omnia antiqua exempla usque ad Langium et Coraëm habent, neque minus antiqua exempla in ea orationis de permutatione parte, in qua ex Panegyrico plura sunt repetita. 53, 60. habent δ' εἰς, it. 54, 68. δ' ἅμα, quod tamen etiam Cod. Ambros. *E* ap. Saupp. et Baiter. hac in oratione habet, unde hi viri hic apostrophum posuerunt, idemque fecerunt 59, 92. in δ' ἤκουσαν praeeunte Orellio in or. de permut. et 93. in δ' ἄλλων, ubi omnes in Antidos. id tuentur (Urb. autem in Paneg. δ' omittit.). Sed cum causa non adsit, cur Isocrates etiam in ceteris locis apostropho non sit usus, quem in tot aliis locis adhi-

buit, cetera eodem jure corrigentur, quo Urbinatis auctoritate a Bekkero apostrophus nunc positus est 41, 1. in δ' ὑπὲρ. 42, 6. in δ' ῥᾳ (idem jam a Battico erat factum). 9. in δ' ἐν. 43, 11. in δ' ἐπιδεικτικῶς et δ' ἀκριβῶς. 13. in δ' ὡς. 44, 16. in δ' ὑπὸ. 45, 22. in δ' εἰ. 46, 31. in δ' ἐκλειπούσαις. 47, 34. in δ' Ἑλλήνας, idem 48, 37. est factum. 48, 40. in δ' ἐκ. 49, 42. in δ' ὑπόθεν. 44. in δ' ὅταν. 45. in δ' ἀμφοτέρους. 50, 46. in δ' ἡμετέρα. 48. in δ' ἐπισταμένοις. 51, 52. in δ' ὑπὲρ. 53, 61. in δ' ὑπαρχουσῶν. 54, 67. δὲ ἡμετέρα πόλις est emendatum omisso ἡμετέρα. 55, 73. in δ' ὀλίγῳ. 74. in δ' ἐκ. 56, 76. in δ' ὡς et δ' ὥσπερ. 77. in δ' ἠσχύνοντο. 58, 86. in δ' οὐκ. 87. in δ' ἐν et ibid. δὲ ὀρθῆναι mutatum est in δὲ φυῆναι. 89. in δ' Ἄθω. 59, 90. in δ' ἡμέτεροι, idem 91 et 92. est factum. 60, 97. in δ' εἰς. 61, 98. in δ' ἐστὶν. 99. in δ' οὐκ. 62, 104. in δ' ἀμφότεροι, 106. in δ' ἄγοντες. 63, 110. δὲ ἀπολιπόντες correctum est in δὲ λιπόντες. 64, 111 in δ' ἐτίμων. 65, 116. in δ' ἀεὶ. 117. in δ' ἁρμοσταὶ, δ' ἀνάστατοι et δ' οἱ. 119. in δ' εἰς. 120. in δ' ἐκεῖνος. 66, 123. in δ' εἰς, sed 125 δὲ εἰς τοσοῦτον in δὲ τοσοῦτον. 68, 132. in δ' ἐπειρώτας. 69, 139. in δ' ὄντων. 70, 142. in δ' αὐτῷ. 71, 146. in δ' ὑπὸ. 149. in δ' αἰσχρῶς. 72, 151. in δ' ἐν 153. in δ' ὑπὲρ. 154. in δ' ἁπλῶς. 73, 154. in δ', ὃς. 74, 158. in δ' ἐπὶ. 160. in δ' αὐτοῦ. 161. in δ', ἐφ', δ' ἐν et δ' οἱ. 162. in δ' ὅταν. 163. in δ' οὕτως. 75, 167. in δ' ἐπὶ, idem 76, 168. est factum. 169. in δ' ἂν. 171. in δ' οἱ. 173. in δ' ἁπλοῦς. 77, 175. in δ' ἐκδεδομέναι. 176. in δ' αἰσχύνην. 78, 179. in δ' Εὐρώπης. 180. in δ' ὑπὲρ. 79, 182. in δ' ὅλης et in δ' ἐκ. 183. in δ' ἂν, 184. in δ' ἀξίοις et in δ' ὑπὲρ. 80, 187. in δ' οὐκ et in δ' εὐδαιμονίαν. Ut taceam de locis, in quibus omnes libri apostrophum tuentur, ut 41, 1. altero in loco. 42, 6. altero in loco. 7. 10. 43, 12. 14. 44, 18. 19. 48, 39. 49, 43. 50, 50. 51, 54. 52, 56. bis. 53, 61. bis. 64. 54, 67. 70. bis. 56, 78. 61, 98. altero in loco. 101. 62, 105. bis. 63, 110. 64, 112. 65, 117. altero in loco. 66, 120. altero in loco. 64, 133. 68, 136. 69, 138. 72, 152. 73, 155. bis. 157.

74, 158. altero in loco Urbin. 68, 160. alt. in loc. item 162. 75, 163. 165. 78, 179. altero in loco.

Idem statuerem de ὥστε δ, quod 77, 175. legitur, nisi nunc a Baiter. et Sauppe. ex Cod. E ὡς pro ὥστε esset receptum. Ita olim 43, 11 in Med. Hag. Ald. legebatur ὥστε οὐ, ubi οὐ tamen jam a Wolfio est deletum, 49, 42. autem nunc ὥσθ' ἃ. 53, 60. ὥστ' ἐπὶ. 55, 70. ὥστ' ἐν. 61, 98. ὥστ' ἀνάστατος. 64, 111. ὥστ' εἰς 112. ὥσθ' ἑτέρῳ jam a Battieo, non tamen a Spohnio erat scriptum. 65, 117. ὥσθ' αἱ est scriptum. Apostrophum in hoc verbo omnes tuentur libri 42, 5. 8. (Urb. pr. ὡς). 45, 24. 49, 45. 50, 50. 52, 59. 53, 64. 70, 143. 71, 147.

Corrigas etiam 68, 135. τε οἰκείως et 80, 189. τε ἀπαλλαγήσονται, uti ante Bekkerum 46, 28. οἷόντ' ἄλλως jam a Battieo et qui eum secuti sunt scriptum est pro antiquor. exemplor. οἷόν τε ἄλλοις. A Bekkero autem 54, 66. τε ἐπειδὴ καὶ mutatum est in τ' ἐπειδὴ καὶ, cujus loco Coraës conjecerat: τε καὶ ἐπειδὴ, scriptumque est nunc 62, 102. τ' ἐστὶ. 65, 120. τ' ἐφ'. 67, 130. τ' ἀποτρέπειν. 77, 173. autem in τέ ἐστι βεβαίων deletum est ἐστὶ. His addas 42, 7. 8. 14, 17. 51, 54. 57, 85. 60, 95. 96. 71, 146, ubi omnes libri apostrophum habent et 80, 186. ubi nunc ex Urb. τῆς θ' αὑτοῦ pro vulg. τε τῆς αὑτοῦ legitur.

Non minus vitiosum est, quod 55, 73. με ἀγνοεῖν legitur, id quod eodem jure corrigendum fuit et a Dindorfio atque Baitero non tamen a Sauppio et Baitero, correctum est, quo nunc 55, 74. μ' οὐ pro vulgato με οὐδὲ legitur, ad quod etiam Phil. 87, 25. conferre poteris, ubi omnes libri μ' οὐ tuentur.

Offendit etiam 73, 156. τοιαῦτα εἰς, nec dubitabis corrigere, uti correctum est 55, 71. vulgatum τοιαῦτα οἷα in τοιαῦθ' οἷα et 45, 26. τηλικαῦτα ἡμῖν in τηλικαῦθ' ἡμῖν atque ταῦτ' nunc legitur pro ταῦτα 47, 32. 60, 97. 61, 100. 69, 141. 75, 165. Non magis dubitaverim 80, 189. verba quae nunc Urb. Ambr. et Vict. auctoritate ita leguntur: μεγάλα ὑπισχνουμένους pro vulgato: μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιουμένους probare, quia

sequitur: περὶ μικρὰ διατρίβειν, sed pro μεγάλα erit μεγάλ' scribendum, uti nunc 42, 4. πλεῖστ' 10. ἄριστ' 45, 26. κάλλιστ' 72, 150. πάντ' 79, 182. σφέτερ' a Bekkero est editum. Vulgata ex loco 43, 14. μεγάλας ποιοῦμαι τὰς ὑποσχέσεις orta esse videtur.

Difficilius emendata est 71, 146. οἱ διὰ φαυλότητα ἐν ταῖς αὐτῶν οὐχ οἷοίτ' ἦσαν ζῆν. Rationi Dindorfianae enim qua φαυλότητ' scribatur, id jure opponetur, Isocratem ejusmodi elisione semel tantum idque in oratione de Bigis, quae cum sit forensis generis omnino plures prae se fert elisiones, esse usum. Legitur enim ibi 350, 16. ἐλπίδ' εἶναι. Equidem igitur conjecerim Isocratem φαυλότητας scripsisse. Eum enim plurales uti ὀργίαι, αὐθάδειαι, ἔνδειαι, εὐπορίαι, ἰσότητες, καινότητες, μετριότητες, πενίαι, πραότητες, σεμνότητες et similes amasse disces ex Excurs. VII. ad Brem. Isocrat. Ipse autem ad Areopag. p. 107. sat multis exemplis ex Isocratis orationibus petitis docui, librarios saepenumero in his locis offendisse. Hoc pro certo cum Dindorfio habuerim, Isocratem ejusmodi hiatum nequaquam admisisse. Inde etiam non probo quod Bekkerus et Baiterus Urbin. et Ambros. secuti 59, 93. εἴ τις διὰ μικρότητα ἠμελήθη pro vulgato εἴ τις διὰ σμικρότητα (quod verbum sane ex usu Isocratis in μικρότητα mutandum erat) παρημελήθη scripserunt. Nam si quo in loco, hic certe aptissime hoc compositum legitur, cujus sententia est: praetereundo negligitur. Isocratem saepius eo esse usum videbis ex iis, quae Dindorfius ad h. l. attulit. Recte igitur Orellius in Antidosi et nuper Baiterus cum Sauppio vulgatum retinuerunt. Non magis feccrim cum Bekkero et qui eum secuti sunt editores (ad quos tamen Orellium non referes in Antidos. vulgatum retinentem), qui 57, 83. vulgatum ordinem τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν ἠλευθέρωσαν ex Urb. et Ambros. 1. 2. in σύμπασαν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν mutaverunt. Dindorfius quidem hiatum sustulit Ἑλλάδ' scribens, at quod contra φαυλότητ' erat dicendum, valet de Ἑλλάδ' etiam. Mihi potius ordo vulgatus quo σύμπασαν post Ἑλλάδα collocetur, hac de causa

praeferendus esse videtur, quia interrogatio est, in qua Isocratem adjectivum hoc interdum postponere intelliges ex Paneg. 79; 185. ἀπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἀπάσης et Phil. 96, 70. τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, quamvis non negarim in pluribus locis esse anteposítum. Sublatum est simile vitium in Nicocl. 38, 56. ubi vulgo μὴ διὰ τὴν ἐμὴν μᾶλλον πραότητα ἢ legebatur, nunc autem ex Urb. receptum est: μὴ μᾶλλον διὰ τὴν πραότητα τὴν ἐμὴν ἤ.

Dubitari poterit, an 71, 149. cum Dindorfio et Baitero litera *o* elidi possit in verbis: οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κακῶς ἀπώλοντο, οἱ δ' αἰσχρῶς ἐσώθησαν. Si enim inter ἀπώλοντο et οἱ δ' in loquendo pausa quaedam fieri debet, hiatus eadem ratione erit defendendus, qua 64, 113. recte habet: ἐφέροντο; ἤ et qua ad Demon. 3, 9. quod in Urbin. legitur: ὑφίστατο. οὐδὲ poterit excusari, ut taceam de orationum forensium locis, de quibus infra plura afferam. Quia tamen Isocrates vocalium concursionem etiam ubi post prius verbum interpungitur, solet vitare, statuerim eum hic duas illas sententiae partes in unam quodammodo conjungi et ita pronuntiari voluisse, et censeo eum et hic ἀπώλοντ' et 73, 156. non ἐπεράσαντο εἰ, sed quia haec arctius cohaerent, ibi etiam ἐπεράσαντ' εἰ scripsisse. Literam *o* autem elidi ad Archidamum demonstrabo. Tolerabis tamen hiatum facile 55, 74. in verbis: παραλελεῖφθαι. ὅμως κ. τ. λ.

Delebis 63, 107. in verbis: κεκτημένοι τριήρεις διπλασίας μὲν ἢ σύμπαντες οἱ ἄλλοι vocabulum οἱ ἄλλοι, quod in Urbin. non legitur neque adest 61, 98. in verbis: πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες, ubi etiam οἱ ἄλλοι est suppiendum. Dici autem vix potest, quam saepe id verbum a librariis in Isocrate sit additum inprimis ante verbum Ἕλληνες. Ita 63, 108. vulgo τῶν ἄλλων Ἑλλήνων habent, ubi Bekk. Urbin. auctorit. ἄλλων delevit.

Pluralem restitue 52, 57. in verbis: τίς γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσειεν ἢ τοὺς ἥττους αὑτοῦ ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας. Ita Bekker. ex Urbin. et Ambros. B. verba dedit pro vulgato: τίνες—τολμήσαιεν—αὐτῶν. At in Ambros. A. legitur

quidem τίς et τολμήσειεν, non tamen αὐτοῦ, sed αὐτῶν, quod si mutas in αὐτῶν, veram Isocratis habebis scripturam. Τίς enim collectivorum rationem sequitur, unde id saepius pluralis numerus pronominum excipit. Vid. Matthiaei Gramm. gr. §. 432. not. Praeter simillimum locum, quem deinde ex orat. de Pace afferam, potes conferre de Pace 177, 93. ubi τις praecedit et ὧν ad illud refertur, atque 186, 139. ubi τίς ἀνθρώπων antecedit et ὅταν ὁρῶσι sequitur.

Non offendes 49, 45. in τι ἐν, hunc enim hiatum Isocratem admisisse ex pluribus patebit exemplis, quae ex singulis orationibus afferam, sed 60, 97. in καὶ οὐδὲ ubi Dindorfius κοὐδὲ dedit et καὶ aut delendum aut cum alia particula mutandum esse opinatus est. Dionysius καὶ μηδὲ habet, Baiterus autem καὶ οὐδὲ defendit, quia hic hiatus etiam in aliis locis reperiatur. Hoc quidem verum est, negari tamen nequit rarissime id fieri. Quum igitur μηδὲ eatenus defendi possit, quatenus loci sententia est: et ne hoc quidem iis satis fuisse censuerim, sed audacius etiam quid conaturi fuissent, si ceteri id sivissent, μηδὲ non improbandum esse duco. Mutandus tamen tum etiam erit locus in Antidosi, in quo haec sunt repetita. Minus dubium est quin 50, 48. pro cett. καὶ ὅτι ex Urb. Ambros. et Victor. cum Dindorfio et Baitero, quibus nuper Baiterus et Sauppius accesserunt, καὶ διότι recipiendum sit. Recte enim Baiterus ad h. l. scripsit, Isocratem hiatus evitandi causa hic illic διότι usurpasse videri. Similia autem vitia in Panegyrico legebantur 70, 145. ubi vulgatum καὶ οὐδὲ ex Urb. Ambr. Victor. in καὶ μὴν οὐδὲ et 78, 181. ubi vulgat. ὧν καὶ ἄξιον ex Urb. et Ambr. in ὧν ἄξιον est mutatum et 53, 63. ubi ante Augerium, Morum, Langium et cett. edd. καὶ ἐπιεικείας legebatur, ab his autem et qui deinde sunt secuti ex Antid. et optim. Codd. καὶ τὰς ἐπιεικ. est editum.

In oratione ad Philippum scripta haec adhuc restant vitia: 92, 49. δὲ οὐδὲν et 93, 53. δὲ ὁμόρους, ubi jam antiqui libri Hag. Basil. Wolf. Batt. δ' ὁμόροις, Med. contra δὲ μόνοις, Langius et Coraës autem cum Bekkero δὲ ὁμ. habent, quod nuper Bait. et Saupp. ex Ambros. in δ'

ὁράᾳ correxerunt. Sed non minus in altero loco apostrophus erat ponendus, uti nunc positus est 83, 5. in δ' ἐκείνους jam a Batt., 7. autem in δὲ ὄντων ex Urb. ὄντων est deletum, et 84, 9. pro δὲ ἕκαστα est δὲ περὶ scriptum. 11. nunc legis δ' ὅτι, sed 85, 16. pro δὲ ἐπὶ editum vides δὲ βιάζεσθαι πρὸς. Apostrophus nunc est 86, 21. in δ' Ἰλιφέων. 87, 23. in δ' αὐτοῖς et δ', ὡς, ubi tamen cum Bait. et Saupp. comma est delendum. 88, 29. in δ' ἕκαστον. 30. in δ' αὐτῶν jam ap. Batt. 89, 36. in δ' ὑφ' et δ' ἧττον. 38. in δ' ὡς 90, 49. in δ' ὅτε. 92, 49. in δ' ὑπὸ. 93, 53. in δ' ἐτόλμων et δ' ἐπόρθουν. 94, 62. in δ' Ἀγησίλαον. 95, 64. in δ' Ἕλληνας pro vulg. δὲ ἄλλους Ἑλλ. et in δ' ἐπιπολάσειν. 66. in δ' ὑπὸ. 67. in δ' Ἀλκιβιάδης et δ' οὐκ. 68. in δ' ὡς. 96, 71. in δ' οὐκ pro vulg.: δὲ οὐχὶ et ib. in δ' οὐκ. 99, 87. in δ' ἀλλήλους. 100, 90. in δ' οὐκ et δ' ἐκ. 91. in δ' ἄλλως. 101, 94. in δ' ἀλλοτρίων. 102, 99. in δ' οὐδενὸς. 104, 108. in δ' αὐτὸν. 109. in δ' ὁρῶ. 105, 115. in δ' ὅτι. 106, 117. in δ' οὔτ'. 119. in δ' ἐκ. 108, 129. in δ' ἀπὸ et δ' ἥκιστον. 131. in δ' ὠφελιῶν pro vulg.: δὲ ὠφελειῶν. 109, 136. in δ' εὐνοίας. 110, 137. in δ' ἄριστα. 140. in δ' ὅτι. 111, 146. in δ' αὐξῆσαι et δ' ὅπως. 112, 148. in δ' ὑπὸ. 113, 154. in δ' ἦν pro vulg.: δὲ ἂν. Quibus addas 82, 3. 85, 13. 87, 24. 88, 28. 32. 89, 36. altero in loco. 90, 40. alt. in loc. 41. 91, 46. 47. 92, 52. 93, 53. tertio in loco. 54. 55. 56. bis. 94, 59. 61. 62. alt. in loco. 95, 67. tert. in loc. 68. alt. in loc. 96, 70. bis. 97, 74. 76. 98, 80. bis. 100, 90. tert. in loc. 101, 94. alt. in l. 102, 101. 102. bis, altero in loco comma quidem est interpositum, sed verba σοὶ δ' ἦν uno tenore sunt pronuntianda, apostrophus igitur non offendit. 103, 105. 107. bis. 104, 110. 105, 112. 113. 114. 106, 117. alt. in l. 118. 119. alt. in l. 120. 107, 123. bis. 124. 125. 108, 127. 128. 129. tert. in l. 130. 131. alt. in l. 109, 132. bis. 133. 134. 110, 139. 111, 144. ubi comma intercedit, 146. tert. in l. 112, 147. 149.; quibus in locis et antiqui libri et Bekkerus cum Urbinate apostrophum habent.

Non minus 91, 47. ὥστε ἀναστρήψαιεν est corrigendum, uti nunc 88, 31. vulgatum ὥστε ἂν. 92, 51. ὥστε ὀλίγου. 93, 55. ὥστε ἐλπίσαντες. 94, 63. ὥστε ἀφορμὴν et 101, 96. ὥστε ἀναγκαζόμενοι correctum et ib. vulgatus ordo: ὥστε εἶναι ῥᾴον mutatus est in ὥστε ῥᾴον εἶναι. Adde his 85, 18. 86, 20. 87, 23. 90, 40. 41. 93, 55. alter. in loc. 94, 59. 61. 95, 66. 97, 76. 99, 88. 102, 100. bis. 120. 107, 125. bis. 126. 109, 133. 136. ubi omnes, quantum scio, libri apostrophum tuentur. Accessit etiam ex Urb. vitium 100, 93. τε ἐντεχίαν, vulgo enim τε non legitur. Erat autem τ' scribendum. Similia vitia nunc sunt correcta 84, 11. ubi τε πᾶν pro vulgat.: τε ἂν legitur. 96, 71. autem nunc legis θ' ὑπερβαλλούσας. 98, 79. θ' ὅταν. 80. θ' ἑταίρους. 103, 104. τ' ἄλλων. 107, 123. τ' ἐπὶ pro vulgat. τε ὁρμήσεις. Litera ε autem jam in antiquis exemplis elisa est 84, 4. 102, 101. 103, 104. alt. in loc. 104, 108. 107, 122. 109, 134. et 110, 138.

Huc accedit aliud vitium 112, 150. σε σὺν, quod uti supra με in μ', ita in σ' corrigendum esse censeo, quamvis negari nequeat, huius elisionis exempla in Isocratis orationibus frustra requiri. Ex Demosthenicis infra plura afferam. Vitia similia olim latebantur 95, 75. ubi σε ἐπιβουλεύειν nunc in ἐπιβουλ. σε et 108, 133. ubi vulgat. πείθειν σε, εἰ in σε πείθειν, εἰ est mutatum. In Epist. IV, 413, 1. vulgo σε εἰλόμην, sed nunc rectius σε προειλόμην est scriptum.

Minus etiam dubium est quid faciendum sit 102, 100. ubi antiquiores libri omnes ἢ κείνας sive ἢ 'κείνας habent. Bekkerus tamen Coraëm secutus ἢ ἐκείνας scripsit, licet ipse ad Paneg. 44. c. dicat, Urbinatem post vocalem κεῖνος scribere solere, unde etiam nunc 89, 36. ἢ κείνας. 93, 57. ἢ κεῖνοι. Paneg. 44, 18. ἢ κείνων. de Pace 182, 115. ἢ κῖνοι. Helen. 218, 50. ἢ κείνην. Busir. 229, 35. ἢ 'κεῖνον et Panath. 241, 41. ἢ κεῖνοι pro ἢ ἐκεῖνοι et sim. est scriptum. Quibus addere poteris Panath. 248, 78. ubi in Ald. et vulgo ἃ ἐκεῖνος, in Cod. Coraïs autem et aliis ἃ κεῖνος et a Bekkero ἃ 'κεῖνος est datum. Hanc alteram hujus verbi

formam, ionicam a grammaticis appellatam, jam ante Bekkerum passim lectam esse ostendi ad Areop. 408., ubi etiam significavi, quod 95, 65. πρὸ ἐμείνου legatur, non offendere, quia et post πρὸ et post περὶ vocalem admitti constet. De hac re tamen viri docti dubitaverunt, κεῖνος an 'κεῖνος cum coronide scribendum sit. Bekkerus hac in re sibi non constitit et adeo Berolinensia et Londina exempla differunt. Dindorfius contra inde, quod κεῖνος vix unquam post consonantem literam scriptum compareat, conclusit in praefat. ad Demosth. p. IV. ubique 'κεῖνος esse scribendum, qua in re eum secutus est Baiterus ad Paneg. p. 17. At mihi Attici κεῖνος uti θέλειν rarius quidem, sed tamen tum inprimis usi esse videntur, cum vocalis antecederet, ita ut neque in θέλειν neque in κεῖνος coronidis signum addendum esse censeam, sed sentiam Atticos ipsa verbi forma curtata ad hiatum evitandum esse usos. Librarios hic illic coronidem addidisse is non mirabitur, qui quam impense id librarii ament, bene scit. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 7. Ita Isocrates etiam 105, 115. in verbis: ἢ ἐξ ὧν non sic, sed uti vulgo habent: ἤπερ ἐξ ὧν ionico more videtur scripsisse. Rarissime enim quidem ἤπερ legitur et Hartungius de Partic. graec. I, 344. omnino negat, Atticos scriptores eo esse usos, sed ea ipsa de causa a librariis in Urbinate mutatum esse videtur. Quia autem Isocrates ejusmodi hiatus alibi non admisit, idem de hoc verbo affirmaverim, quod supra de διότι est dictum, ab Isocrate hiatûs evitandi gratia esse ita scriptum. Περ certe ad relativa aliasque particulas tum maxime adjicitur, si vocalis sequitur, id quod perspicere poteris ex Plat. 303, 34. 36. 37. Archid. 136, 100. ubi vulgo οὗ, nunc autem vocali sequente οὗπερ est editum. Idem de ἐπειδήπερ Archid. 172, 65. εἴπερ Antid. 313, 17. ἐάνπερ Antid. 315, 28. ὁτῳνπερ Busir. 224, 15. est dicendum. Herodotum autem usum esse verbo ἤπερ testis est idem Hartungius l. all. neque minus Polybius eo solet uti v. Lib. II, cap. 51. 61.

Item de auctoritate Urbinatis dubitaverim 98, 83. in verbis: Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐμῶν καὶ ὧν σοὶ πρακτέον

ἐστὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, σχεδὸν ἀσημους. Ibi enim vulgo post ἡμῶν legunt: καὶ περὶ ὧν ἡγοῦμαί σοι πρακτέον εἶναι πρὸς κ. τ. λ., in quibus hoc tibi facile concedam, ἡγοῦμαι ab interprete esse profectum et inde vulgo etiam εἶναι pro ἐστὶ scriptum, non idem tamen tibi de repetita praepositione περὶ concesserim. Quamvis enim neminem fugiat, post ἀλλὰ, ἤ, ὡς saepe praepositionem non repeti, tamen non minus constat praepositionem cum relativo loco praepositionis cum demonstrativo, quod a relativo excipiatur, a Graecis poni. Vide Bernhard. Syntax. graec. p. 301. et confer praeter Archid. 134, 87. ἐξ ὧν δ' ἔνιοί τινες συμβουλεύουσιν, de Pace 164, 26. Panath. 242, 47. 246, 68. 248, 79. Evag. 197, 42. Antid. 313, 17. Id ut explicarent videntur hic interpretes ἡγοῦμαι addidisse. — Quodsi 85, 14. omnes libri καὶ οὐδὲν ἐξὸν tuentur, ferri quidem hic hiatus per se potest, habet tamen quo offendat locus, quia ἐξὸν ἀσυνδέτως interponi solet, vid. Paneg. 68, 133. Helen. 209, 9. Antid. 317, 34., id quod hoc in loco etiam factum esse eo verisimilius est, quia verba rationem continent, cur qui legibus et institutis publicis teneantur minus apti ad rem quam suadeat gerendam sint et quia in iis quae sequuntur: ἔτι δὲ πολὺ καταδεεστέρους ὄντας idem obiectum est quod in iis, quae verbis καὶ οὐδὲν κ. τ. λ. antecesserunt, ita ut verba: οὐδὲν ἐξὸν — προσταττόμενον parenthetice et explicandi causa addita sint. — In verbis denique quae 89, 38. leguntur: ὁρᾷς δ' ὡς τεταλαιπώρηνται διὰ τὸν πόλεμον καὶ ὡς παραπλησίως ἔχουσι τοῖς ἰδίᾳ μαχομένοις conjicere aliquis poterit alterum ὡς esse delendum. Non enim duo affert argumenta, cur Philippus sibi Graecos facile conciliare possit, alterum quod miserimi sint et alterum quod similes privatim rixantibus, sed id potius orator vult: quia summis premuntur miseriis similes sunt privatim litigantibus. Quae si vera sunt, alterum ὡς rectius aberit. Similes hiatus nunc sunt remoti 109, 132. ubi pro vulgato: ἀλλὰ μεταναστέον καὶ ἀναστρεπτέον nunc ἀλλ' ἀναστρ. καὶ μεταναστέον legitur et 111, 145. ubi pro vulgato: καὶ ἀρίστους scriptum est: καὶ τοὺς ἀρίστους.

Neque 89, 35. in τί ἂν neque 85, 15. 86, 22. 91, 45. 93, 55. 99, 85. in ὅτι ἂν offendes.

In Plataica oratione primum tollendus est hiatus 297, 5. in verbis: μάλιστα ἀγανακτοῦμεν, quod vitium non minus est corrigendum quam quod Paneg. 79, 182. olim legebatur: λυσιτελούσας μάλιστα ἡμῖν a Bekkero mutatum in μάλιστα λυσιτ. ἡμῖν. Apostrophus invenitur in hoc vocabulo etiam 297, 1. et 301, 28. ut de ceteris taceam orationibus. In his enim adverbiis ἄριστα, τάχιστα, κάλλιστα, ἥκιστα, ἥδιστα et πλεῖστα vocalis α ante vocalem eliditur de Pace 170, 54. 173, 70. 174, 74. Philipp. 112, 151. de Pace 185, 131. Paneg. 42, 4. et saepius.

Neque minus male habet locus 304, 42. ἐνδείξησθε ὡς, quod eodem jure corrigetur, quo nunc 305, 48. in vulgato: οἴεσθε ἡμᾶς hiatus remotus et scriptum est ἡμᾶς οἴεσθε. Qui de elisione hujus literae in Isocrate dubitat, conferat Archid. 130, 69. οἴεσθ' αὐτοὺς et Nicocl. 32, 29. ἐπίστησθ' ὅτι. In iis autem quae haec excipiunt §. 43. βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων τὴν Ἑλλάδα εἶναι μᾶλλον ne dubita, quin Urbin. auctoritate, quam nuper etiam Baiter et Sauppius secuti sunt, τὴν Ἑλλάδα deleas; nam non eo, quod totam Graeciam, sed quod Lacedaemonii eos ipsos in servitutem redacturi sunt, socii movebuntur, ut Atheniensium societati se adjungant. Ambros. εἶναι ante τὴν Ἑλλάδα collocat.

Non offendunt 296, 1. ὦ ἄνδρες neque idem 297, 6. ubi ὦ recte ex Urbin. receptum est, neque ὅτι ἂν 303, 37. neque πολὺ ἄν 302, 27. et 303, 38. Restat tamen locus, quem correxerim 299, 14. Quamquam enim omnes libri ibi ὑφ' ὧν οὐ μόνον ἂν ἧττον ἢ ὑπὸ Θηβαίων διεφθάρημεν habent, tamen memor loci 302, 30. προθυμότερον ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρχῆς ἢ τῆς αὑτῶν σωτηρίας πεπολεμηκότας et 33. εἰ μετὰ Λακεδαιμονίων ἢ τούτων γενήσεται πόλις alterum ὑπὸ delendum esse censeo. Conferas etiam Archid. 135, 92. de Pace 181, 106. Panath. 256, 113. Evag. 189, 3. 201, 61. Antid. 313, 18. 321, 58. §. 149. 158. 175. Paneg. 51, 51. de Big. 347, 3. Lochit. 398, 19. Epist. IX, 9.

In **Archidamo** primum est vitium in loco **127, 52.** in quo Bekkerus Berolin. solus δὲ ὀνομαστοτάτους scripsit, cum ceteri omnes et ante et post Bekkerum recte δ' ὀνομ. habeant. Sed quod de hoc loco, idem est statuendum **123, 37.** ubi quidem omnes δὲ ἀγνοουμένου habent, sed hiatus non minus est tollendus, quam a Bekk. in XXXVI. locis huj. or. est correctus, quos singulos afferre me taedet. Legitur autem apostrophus in hoc verbo nunc in LXV. locis huj. or.

Aliud vulgare vitium deprehenditur **124, 43.** in verbis ὥστε ὀλίγας, quae eodem modo in ὥστ' ὀλ. sunt mutanda, quo **128, 60.** vulgatum ὥστε οὐκ correctum et ὥστ' οὐκ est scriptum. Legitur apostrophus **120, 22. 123, 36. 130, 67. 69. 70. 134, 87. 135, 92.**

Corrige etiam **131, 74.** ὅσα ἄν, quod simili modo erit emendandum, uti **121, 27.** vulgatum διακόσια ἔτη in διακόσι' ἔτη et **131, 75.** ταῦτα ἐὰν in ταῦτ' ἐὰν. Omnes libri contra ταῦτ' habent **131, 72.** Poterit autem hiatus eo tutius corrigi, quo minus quid Urbin. habuerit, liquet, ὅσα enim in eo cod. a correctore est.

Idem debet fieri **119, 17.** in: ἀφίκοντο εἰς Δελφοὺς, ubi Ambros. εἰς Δελφοὺς ἀφίκοντο habet, unice vere, quod jam Baiterus vidit, ita ut jure mireris a Baltero et Sauppio non ita esse editum. Sed **119, 16.** in verbis: ἐπίστησθε ὅτι non cum Baiter. et Saupp. in not. ἐπίστησθ' ὅτι, sed cum libris antiquis quibuscum Vatic. facit: ἐπίστησθε διότι scripserim, de quo verbo vide quae supra sunt dicta. Simile vitium est sublatum **135, 95.** ubi pro vulgato: τίνας ἂν τολμήσειεν ἡμῶν οἴεσθε ἐλθεῖν nunc τίς ἂν ἐλθεῖν τολμήσειεν est scriptum.

Mirum sane est quod a Bekkero **127, 56.** ἐστι, οἵτινες non est emendatum, quamquam Cor. et Dobr. (quos nuper Bait. et Saupp. sunt secuti) recte ἐστιν, οἵτινες habent, uti in Paneg. **77, 176.** jam Wolfius libror. antiqu. ἐστί. ἃ correxit. Cf. **118, 14. 125, 48. 130, 68. 135, 92.**

Plures hiatus hac in oratione facit particula καί. Unus quidem jam est remotus **134, 88.** in verbis: ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ εἰς ὀνείδη, quae nunc scripta sunt:

ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰς ὀν. Corrigenda tamen etiam sunt 117, 9. ἐξεῶ δὲ καὶ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἴχειν ita ut Vatican. auctor. καὶ deleas et δ' pro δὲ scribas. Neque magis probo 131, 73. verba καὶ Ἰταλίαν ex Urbin. post Σικελίαν addita; absunt enim non solum in vulgat. libr. Mediol. Hag. sed etiam in optimo Ambros. estque ex Dionysio Halic. a Wolfio receptum. In Ald. et Basil. cum Σικελίαν καὶ desint, patet, alterum alterius esse interpretamentum sive correctionem, nisi mavis verba illa καὶ Ἰταλίαν ab ipso Dionysio esse addita, quippe qui in judicio de Isocrate non verba sed argumentum orationis memoriae prodidit. Poterat autem id ut Dionysius ea adderet, facillime fieri, quia Isocrates saepius utramque terram inter se conjungit, vid. de Pace 179, 99. Atque in enumerandis terris, ad quas Lacedaemonii confugere poterant, magis Siciliae, cujus insulae incolis Lacedaemonii saepe subsidio iverant, quam Italiae locus esse videtur. Tolerandus autem fortasse hiatus erit 121, 28. Καὶ εἰ μὲν et sequ. uti certe tolerandi sunt 132, 80. τί ἂν. 131, 74. ὅτι ἂν et 128, 60. ἐγὼ πολὺ ἂν ἥδιον quod nunc ex Urb. pro vulgato: ἂν ἐγὼ πολὺ ἥδιον est receptum.

Minime tamen ferendum esse censeo, quod 133, 84. legitur: ὥστε — ὑπομεῖναι, ὧν. Verum hoc quoque in loco habet Urbin.: ὥστε — ὑπομείναιμεν, ὧν. Orator enim hanc ponit ut rem, quam prae Lacedaemoniorum virtutibus minime ratam fieri censet, quae igitur sola nititur cogitatione. Vid. de hoc usu part. ὥστε cum optativ. Kühner. Gramm. gr. §. 827. Olim autem pluribus ejusmodi vitiis cum ceterae Isocratis orationes tum haec scatebat. Ita 135, 91. vulgo: πράττοντας φανῆναι. Εἰσὶ habebant, nunc tamen ex Urb. scriptum est: φανῆναι πράττοντας. Εἰσὶ, deinde 137, 109. pro vulgato: πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον μεγάλου καίρου τιμὴν ἀνταλλάξασθαι ἢ nunc leges: πολὺ μᾶλλον ἢ ceteris omissis. Similior etiam est locus 136, 96. ubi vulgo: ὡς οὐδεὶς ἂν — δηλώσαι vel δηλώσῃ. Ὑπὲρ legebatur, nunc autem ex Urb. ὡς οὐδεὶς ἂν — δηλώσειεν. Ὑπὲρ est receptum.

In oratione de Pace scripta leges 179, 97. in omnibus libris: ὥστε οὐδὲ, quod quin corrigas non dubitabis, uti vulgatum ὥστε ἄξιον jam correctum est 161, 13. in ὥστ' ἄξιον. Omnes libri apostrophum tuentur 160, 6. 165, 31. 32. 166, 36., ubi comma dele, 167, 40. 168, 45. 46. 169, 48. 171, 59. 175, 82. 176, 89. 177, 93. 181, 107. 112. 184, 124. 185, 128. 186, 139. Idem est dicendum de loco 181, 110. ubi pro vulgato: πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς ex Urbin. scriptum est πώποτε αὐτοῖς λογισμὸς, sed tum certe πώποτ' erit scribendum, nisi mavis vulgatum verborum ordinem retinere. Ita 175, 84. nunc πώποτ' εἰς legitur, ut olim jam 182, 112. et 114. ε hoc in verbo erat elisum. Corrigendum etiam est 168, 44. ἀλλὰ ἀνθρώπους, quod ex omnibus Isocratis orationibus unum est exemplum ejusmodi hiatus, qui tamen sine dubio ex Ambr. Scaph. omnibus Antidoseos libris et Dionysio cum Baitero et Sauppio non minus est tollendus, quam id a Bekkero factum est 171, 62. in ἀλλ' ἀρεσκούσης. Exempla autem hujus apostrophi quavis fere reperies pagina. Idem etiam est statuendum de πολλὰ ἄν quod 164, 25. leges, ubi eodem modo πόλλ' scribas quo de Big. 350, 16. videbis scriptum. Correcta sunt similia vitia 162, 18. ubi pro vulgato: καλῶς ταῦτα ὁρισώμεθα, nunc ταῦτα καλῶς ὁρ. 170, 56. ubi pro vulgato: ταῦτα οὐ nunc ταῦτ' οὐ. 171, 57. ubi pro vulgato: ταῦτα ἂν ἀποκριναίμην, nunc ταῦτ' ἀποκρ. ἄν. 58. ubi pro vulg.: ταῦτα ἐξημαρτάνομεν nunc τοιαῦτ' ἐξημ. 62. ubi pro vulg.: τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντες nunc τοιαῦτ' ἐξ. et 179, 99. denique ubi pro vulgato: ταῦτα ἐξαμαρτεῖν nunc ταῦτ' ἐξαμ. legitur.

Minus offendunt hiatus, quos particula καὶ facit, veluti 159, 2. καὶ εἰρήνης. 161, 14. καὶ ὅτι. 175, 84. καὶ οὐκ et 176, 86. καὶ ἑκατὸν, quamvis non negarim hic quoque fortasse vitia quaedam latere, quae correcta sunt 187, 140. ubi vulgatum: εἰσρυήσεσθαι καὶ εἰς τὴν πόλιν nunc omisso καὶ mutatum est in εἰς τὴν πόλ. εἰσρ. et ib. 143. ubi vett. libr. Ald. Med. Hagan. καὶ ἀσπίδας

pro recentior. edd. *καὶ τὼς ὁσπ.* habent. Facilius fores 162, 18. *τί ἂν* atque 186, 134., ubi tamen in Antidosi in antiqu. libr. prorsus aliud quid est, *ὅτι ἂν* et 179, 101. *πολὺ ἂν*. Non autem probabis 188, 145. *ἡ ἐγὼ*, sed scribes *ἠγὼ*, uti Panath. 268, 148. scriptum est pro vulgato: *ἃ ἐγὼ*, et uti *ἀγὼ* nunc legis in Nicocl. 39, 62. pro vulg.: *ἃ*, idemque Busir. 228, 34. pro vulg. *ἃ ἐγὼ* et Panath. 233, 3. pro vulg. *ὧν ἐγὼ*. Idem censuit Baiterus ad Brem. p. 219.

Medicina etiam parata est loco 168, 44. ubi pro eo, quod nunc apud Bekkerum legitur: *μετ' ἐκείνου ἐφ'* recte ex Urb. et Ambr. quibuscum Dionysius facit, cum Baitero et Sauppio recipietur *μετ' ἐκείνων ἐφ'*, praecedit enim *τίς*, quod collectivum esse supra exemplis allatis ostendi. Similis hiatus legebatur olim 164, 24. in verbis: *στρατοπέδου ξενικοῦ, ὧν* ubi nunc rectius *στρατοπέδων ξενικῶν, ὧν* est editum. Restituendus denique est pristinus verborum ordo, quem in Antidosi omnes libri praeter Ambr. et hic cod. Scaphus. tuetur 166, 36. *πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας ἀσκεῖν*, ubi Bekkerus, non ita Baiterus et Sauppius, male ex Urb. dedit: *τοὺς ἀκούοντας πεῖσαι ἀσκεῖν*. Idem etiam dixerim 182, 115. de verbis, quae nunc minus recte sunt scripta: *πονηρῶς ἔχειν νομίζετε, ὅτι*, cum vulgatus eorum ordo, quem etiam in cod. Scaph. reperis, sit: *νομ. πονηρῶς ἔχειν, ὅτι*, quem jure probat Baiterus. Ibidem §. 114. nunc rectius *αὐτῶν ἀγνοεῖτε* reperies pro vulg.: *ἀγνοεῖτε αὐτῶν*.

In Areopagitico ex numero hiatuum qui restant, primus sit 143, 16. *δὲ ὁ*, qui ex viginti sex ejusmodi hiatibus a Bekkero eadem ratione qua supra dixi, correctis unus est relictus, in quo tamen vocalis *ε* non minus est elidenda, uti eam nunc elisam videbis in XXXIX. huj. or. locis. Idem affirmaverim de loco 156, 80. ubi *ὥστε οὔτε* legitur, postquam idem hiatus sublatus est 146, 32. 149, 48. 50. 150, 52. 153, 66. 156, 81. In omnibus quantum scio, libris vocalis *ε* elisa est 143, 20. Huc accedat 151, 57. *ὑμᾶς γε ᾤοντο*, ubi *γε* ex Urb. est additum, sed *γ'* scribendum erat, uti scriptum

est Nicocl. 30, 18. Phil. 95, 68. 99, 85. 102, 103. Archid. 129, 63. de Pace 166, 35. 186, 137. Evag. 195, 37. Panath. 246, 65. 278, 216. 287, 259. Plat. 301, 26. Antid. 317, 34. § 97. 275. 283. Neque minus 155, 77. ex Ambros. c. Bait. et Saupp. τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντας corrige, id quod jam factum est 156, 78. ubi pro vulg. τοιαῦτα ἔσται nunc τοιαῦτ' ἔσται legis, quo etiam 151, 56. referre poteris, ubi Bekk. pro ταῦτα ἐπειδόντος ex Urb. ταῦτα διειδόντος recepit.

Graviora quae adhuc leguntur vitia sunt 148, 42. ἐξ ὧν παρασκευάσουσι μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας [βουλήσεσθαι] ἐξαμαρτάνειν, ubi in Urb. βουλήσεσθαι recte abest, simul tamen ἀξιοῦν legitur, simili errore, quo Paneg. 53, 62. Urb. pr. ἄξιον pro ἀξιοῦν habet. Recte igitur Dindorfius, quem et ego et Bait. et Sauppius secuti sunt, verbum βουλήσεσθαι, cujus loco Cod. Fug. et LB. ἔσεσθαι habent, delevit. Urbinatem autem ne cum Bekkero sequere 147, 39., ubi ex eo vulgatum verborum ordinem: ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας, ἢ male mutatum vides in τῆς εὐταξίας ἐπιμελεῖσθαι, ἢ et 151, 59. in verbis: δημοτικωτάτους γεγενῆσθαι [τῶν πολιτῶν], ὥστε, ubi τῶν πολιτῶν, quorum loco Urb. tres literas habuit, quarum ultima ν, non uncis includi debebat. Jure igitur Dindorfius, quem mecum etiam Bait. et Saupp. secuti sunt, uncos removit, saepius enim singula verba vel maxime necessaria in Urbin. desunt. Vide me ad Areop. 92, 170. et 300. Non necessarium εἶναι tamen recte omissum est 149, 49. in ἐνόμιζον εἶναι ἢ.

Non offendes 157, 84. in ὅτι ἂν. Erunt quidem, qui propter pausam, quae in loquendo fit, etiam non offendent 153, 67. in verbis: τὴν (scil. πραότητα) τοῦ δήμου. οἱ. At cum vulgo in libris pro τοῦ δήμου legatur τῆς δημοκρατίας, cum Isocrates hiatum, etiamsi pausa est in loquendo, evitet et cum denique saepius τῇ δημοκρατίᾳ actiones ab Isocrate adtribuantur (vid. me ad Areop. 337.) τοῦ δήμου interpretamentum verbi τῆς δημοκρατίας esse videtur.

In Panathenaico, quae oratio omnino plura quam ceterae interpretum vestigia prae se fert, plures etiam

relicti sunt hiatus. Ita 248, 76. δὲ, εἰδ' et 259, 84. δὲ ἀναγιγνωσκομένων adhuc restant a XXXVII. hiatibus hujus generis, qui a Bekkero plerumque per elisionem vocalis ε sunt remoti, ita ut nunc hic apostrophus in CXLVI. loc. huj. or. legatur. Inde non dubitabis quin in utroque supra allato loco δ' scribas, modo comma in altero deleas. Huc accedant loci 234, 6. τε ἀλύπως 235, 14. τε, εἰ et 257, 119. τε ὑπεθέμην, in quibus ε non minus elidendum est, quam 247, 71. et 266, 158. in τε αὐτὰς, ubi particula ex Urb. accessit. Legebantur olim plura hujusmodi vitia 233, 6. in τε ἐμαυτοῦ. 237, 23. τε ἄλλως. 246, 65. τε ὑπὲρ. 269, 174. τε ἐγένετο. 275, 203. τε ὡς, in quibus nunc apostrophus est positus et 237, 23. in τε ἂν καὶ, quae nunc in τε κἂν sunt mutata. Elisum est autem in omnibus quantum scio libris ε 252, 95. 96. 255, 107. 256, 114. 259, 130. 261, 137. bis. 268, 169. 270, 179. 273, 192. 276, 207. 277, 211. 280, 230. 282, 239. Jure etiam offendunt 269, 174. ὥστε ἐλέσθαι. 273, 194. ὥστε ἡττήθεις et 286, 255. ὥστε ὄντας, quae quidem non minus apostropho ponendo sunt sananda, quam quod 238, 125. olim ὥστε ὃ legebatur. Confer etiam 236, 16. 238, 29. 241, 45. 244, 55. 248, 79. 252, 94. 254, 103. 104. 256, 115. 270, 179. 276, 209. 279, 226. 285, 249. quibus in locis ε est elisum. Hiatus etiam exstitit 269, 171. ordine vulgato: οἱ τότε κύριοι Θηβαίων ὄντες Urbin. (et Ambr.) auctor. mutato in οἱ κύριοι τότε ὄντες Θηβῶν, ubi nisi mavis illum sane simpliciorem verborum ordinem retinere, quod Bait. et Saupp. fecerunt, certe τότ' scribes, uti scriptum est 238, 25. atque Paneg. 53, 64. Archid. 122, 31. 136, 97. Busir. 221, 2. Antid. §. 264. Epist. III, 412, 5. VI, 419, 9. Adde his locum 258, 122. πώποτε ἀπορῆσαι, quem corriges, uti nunc 234, 7. vulgatum πώποτε ἀπορῆσαι et 244, 55. πώποτε αὐτοῖς litera ε elisa est correctum. Conferas etiam 259, 131. 260, 136. 272, 188. His accedat denique locus 268, 172. με ἀγνοεῖν, de qua elisione vide quae supra ad Paneg. sunt dicta.

Uti autem in iis, quae allata sunt, litera ε, ita ο

erit ex Ambr. cum Bait. et Saupp. elidenda 238, 24. in τοῦτο ἤδη. Est jam a Bekkero elisa 254, 103. in τοῦτ' ἀπληστίας pro vulg. τοῦτο ἀπλ. itemque apostrophus in vulgatis etiam exemplis legitur 246, 66. 67. 254, 106. 265, 157. 278, 218. 284, 248. 287, 259. Idem statuendum est de loco 268, 170., ubi κἀκεῖνο ὑποδείξοντας legitur, quod corrigas, uti correctum est 278, 218. ἐκεῖνο ἐάσας in ἐκεῖν' ἐάσας et 276, 208. κἀκεῖνο ἐθαύμαζον εἰ λέληθεν in κἀκεῖνό σε λέληθεν. Conferas de elisione 279, 226. Archid. 121, 26. de Pace 187, 142. Epist. II, 410, 17.

Idem de litera α dici potest, cujus loco apostrophus est ponendus 240, 39. in ταὐτά ἐστιν, ubi cum Bait. et Saupp. Ambros. auct. ταὐτ' ἐστίν scribe, uti nunc 251, 93. etiam ταὐτ' ἐπράξαμεν legis. Olim apostrophus in hoc verbo jam legebatur: 245, 61. 251, 92. 256, 114. 259, 128. 129. 263, 148. 272, 185. 273, 192. 276, 210. 277, 215. 280, 229. 282, 239. 285, 253. 288, 264. Vulgatum contra cum Bait. et Sauppio defendendum esse censeo 260, 134. quod erat: ταῦτα μὲν ἑτέροις, pro quo a Bekk. ex solo Urbin. est receptum: ταῦτα ἑτέροις μὲν. Nam non solum ἑτέροις et ἐμοὶ inter se sunt opposita, sed etiam sermo de his omnibus rerum publicarum institutis et sermo de solis majorum institutis, unde factum esse videtur, ut μὲν ab Isocrate ad ταῦτα adderetur, quod cur a librariis mutatum sit, facile potest perspici. Apertius etiam erraverunt librarii 265, 155. in verbis: μήτε τοὺς τὰ ἡμέτερα ἅμα τε θαυμάζοντας καὶ βασκαίνοντας καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένους. Isocrates enim hoc in loco profitetur se ex bellis antiquissimis temporibus gestis esse demonstraturum, Spartanos neque prius neque magis rei militaris peritia excelluisse quam Athenienses idque se tam luculenter esse demonstraturum, ut neque οἱ ἀνοήτως λακωνίζοντες habituri sint quid opponant, neque qui et admiratores et obtrectatores sint. Si autem τὰ ἡμέτερα legitur, quisque hoc de Atheniensibus intelliget, quia oppositum esset Lacedaemoniis. At hoc per se patet, qui Atheniensium res admirentur, non

facile quidquam esse opposituros ei, qui demonstret, eos nequaquam rei militaris usu Lacedaemoniis unquam fuisse inferiores. Obtrectatores potius qui tamen simul etiam sint admiratores et imitatores, intelligendi sunt Isocratis, de quibus hac in oratione saepius mentio fit et inprimis p. 255. ubi quid oppositurі sint affert. Recte igitur verba τὰ ἡμέτερα vulgo absunt, quorum loco, cum sane objectum ad θαυμάζοντας κ. τ. λ. desit, τἀμά τε ex vulgato ἅμα τε faciendum esse jam conjeci ad Areop. 414. ibique similia ex Phil. 101. b. et Paneg. 43. conferri jussi. Loci sententia erit: qui mea et admirantur (clam) et obtrectant (palam) et imitari cupiunt.

Ferri non posse παῤῥησίᾳ, ex quo alii fecerunt παῤῥησίᾳ in verbis 234, 9. εἰπεῖν δὲ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἐν συλλόγῳ πολλῶν [παῤῥησίᾳ] ἀνθρώπων vidit primus Hier. Wolfius, qui rejecit; quem secuti sunt Batt. Lang. et nuper simul Ambros. auctorit. nixi Bait. et Saupp. Alii, dico Auger. et Cor., post εἰπεῖν δὲ collocaverunt, alii uti Bekk. et Dindorf. uncis incluserunt. At non ea de causa, quia libere loqui non poterat, sed quia idonea vox et audacitas deerat, in conventu multorum hominum Isocrates non loquebatur v. §. 10. Inde non tam si libere loquendum erat quam quum coram multis hominibus oratio erat habenda, Isocratem vox et animus deficiebat. Nam se libere loqui solere ipse est professus ad Phil. 96, 72 scribens: ἐμοί τε προσήκειν μετὰ παῤῥησίας ὥσπερ εἴθισμαι, ποιεῖσθαι τοὺς λόγους et revera libere est locutus et in Arcopagitico et in orat. de Pace. Videtur igitur παῤῥησίᾳ (ita enim in Med. Hag. et Ald. legitur, non παῤῥησίᾳ quod in aliis) a librario ad verba ista §. 9. adscriptum fuisse, quibus Isocrates naturam suam praedicat ut δοξάσαι περὶ ἑκάστου τὴν ἀληθείαν μᾶλλον δυναμένην τῶν εἰδέναι φασκόντων. Sedem verbi quidem esse incertam intelliges ex Bav. qui verbum post συλλόγῳ collocat. Simile vitium olim erat Phil. 110, 138. ubi vulgo ἀξιόχρεως ἔδοξεν οὕτως ἡ πραγματεία εἶναι legebatur, nunc autem ex Urb. ἄξιος οὗτος (i. e. λόγος) ἔδοξεν εἶναι est receptum.

Ejusdem Ambros. auctoritate a Bait. et Saupp. 231, 235. pro οἶσθα ἀκριβῶς verum οἶσθ' ἀκριβῶς est restitutum. Quamquam enim aliud elisionis hujus exemplum in Isocratis orationibus non inveni, tamen α eadem lege elidi poterit, qua in οἶδα saepe haec litera est elisa. Vid. 234, 10. 250, 88. 254, 105. 269, 173. Paneg. 53, 65. 61, 97. 100. 62, 106. Phil. 87, 23. Archid. 116, 1. 138, 111. Areop. 140, 3. de Pace 162, 17. Busir. 230, 46. Soph. 295, 19. Plat. 298, 7. 303, 34. Antid. §. 101. 144. 190. 195. Epist. II, 411, 23. VI, 418, 3. VIII, 426, 8.

Jure deinde offendes 253, 99. in verbis: ὡς τοιοῦτον ἐν τοῖς συμμάχοις τι διαπραξαμένη ἦν, ubi Urb. et Ambr. διαπραξαμένην et ceteri libri praeter Ald., in quo est: διαπεπραγμένη, habent διαπεπραγμένην, unde primus Coraës διαπεπραγμένη ἦν edidit. Conjecerat tamen antea jam Wolfius ὡς εἴη — διαπεπραγμένη et Coraës part. ὡς deleta διαπεπραγμένην. Coraïs exemplum secutus est Bekkerus perfecto in aoristum mutato. „Uterque offensus esse videtur constructione, quum non putarent verbis dicendi jungi posse accusativum cum participio, addita particula ὡς. Quod etsi rarissimum esse libenter confitear, tamen alibi quoque ab Isocrate factum deprehendimus: λέγω δ' οὐχ ὡς δυνησόμενον ἁπάσας σε μιμήσασθαι τὰς Ἡρακλέους πράξεις Philipp. 105, 114. et alia quaedam exempla leguntur apud Matthiaeum Gr. gr. p. 1124." Haec verba sunt Baiteri in Praef. ad Paneg. p. XVIII. Aoristum autem probaverim, quamvis perfectum πεποιηκότες antecedat, quia in iis quae antecedunt sententia est: implevcrunt urbes ita ut impletae sint, hic autem Athenienses nunquam tale quid fecisse. Recte igitur cum Bait. et Saupp. Urbinatem et Ambros. hoc in loco sequeris. Simile vitium olim Areop. 147, 20. legebatur: ἀνάγκη, ἐν, ubi nunc ἀνάγκη ex Urb. est deletum.

Non magis probabis quod Bekkerus 236, 29. librorum omnium scripturam ἐπιχειρῆσαί με mutavit in ἐπιχειρῆσαι ἐμὲ. Legitur enim §. 21. δύνασθαι με τυχεῖν et πεπλησιακότων μοι neque hoc in loco ei verbo major in-

est via. Recte igitur Bait. et Saupp. breviorem pronominis formam sunt tuiti. Idem non satis perspicio cur 166, 161. in verbis: ἐγὼ δ' οὐδέποτ' ἂν οἶμαι [τοῖς προειρημένοις] οἰκειοτέρους λόγους ῥηθῆναι τούτων uncis inclusa sint τοῖς προειρ. Timet enim orator ne ἔξω τῆς ὑποθέσεως locutus esse videatur, pergitque: equidem opinor haec, quae nunc dixi, optime convenire iis, quae his antecesserant, me igitur nequaquam a scopo aberrasse. Removeas ea de causa cum Bait. et Saupp. uncos. Difficilius judicatu est num Isocrates 233, 6. scripserit βούλομαι οὖν. Equidem arbitror oratorem δὲ pro οὖν dedisse, has enim particulas inter se permutari infra ad Antidosin ostendam. Isocratem certe non dixerim ejusmodi hiatum admisisse, quem tam facile evitare potuerit, et quae olim legebantur exempla plura, jam sunt correcta. Ita 270, 175. vulgo: ἡγεῖσθαι εἰκὸς ἐκρίθη Σπαρτιατῶν erat scriptum, nunc legitur verbis: εἰκὸς ἐκρίθη deletis ἡγ. Σπαρτ. 281, 233. pro vulgat.: ἔσται ἢ nunc ἐστὶν ἢ et ib. 235. pro χρήσασθαι ἡμῖν; βουλόμενος nunc χρήσ. βουλ. ἡμᾶς et 283, 243. pro τὴν φύσιν εἶναι. ὅστις nunc εἶναι τὴν φύσιν. ὅστις est scriptum et 237, 20. vulgata: εἶναι ἐμοὶς post τούτους nunc sunt deleta.

Multa ejusmodi vitia etiam in particula καὶ jam sunt sublata, veluti 236, 18. pro καὶ Ὁμήρου nunc καὶ τῆς Ὁμ. 246, 67. pro καὶ αὐτοὶ nunc αὐτοὶ deleta particula. 256, 114. pro καὶ ἐπιμεληθέντες nunc καὶ καλῶς ἐπιμ. 264, 140. pro διοικήσουσι καὶ ὅπως σωφρονοῖεν nunc διοικοῦντες σωφρ. est editum. Restant tamen alia non minus tollenda ad quae refer 259, 130. Ibi enim in verbis: συμφορωτάτης ἅπασι τοῖς χρωμένοις καὶ ἡδίστης Urb. et Ambr. καὶ τοῖς χρωμ. pro τοῖς χρωμ. καὶ praebent. „Fit autem saepe ut reipublicae forma quaedam ejusque instituta sint aequissima et optissima omnibusque utilissima, neque tamen iis, qui illis institutis utuntur, accepta et grata, et hoc ipsum Isocrates ad Lacedaemoniorum instituta alludens hic de Thesei institutis praedicaturus est. Superfluum etiam addi τοῖς χρωμένοις ad ἅπασι cum per se pateat, talia instituta modo civibus qui

iis utantur, maxima posse afferre commoda.“ Haec scripseram ad Areop. p. 398. neque aliter verba ediderunt Bait. et Saupp., sed 283, 243. in verbis: καὶ ἅπαντας potius cum ceteris Isocratis editoribus fecerim qui ante Bekkerum ex libris suis καὶ πάντας dederant. Certe causa nulla adest cur ἅπαντας neque πάντας hoc in loco scripserit Isocrates et ita hiatum admiserit. Feres tamen 244, 56. καὶ ἑξήκοντα, 248, 79. ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς nisi ibi mavis καὶ delere, quia Agamemnonem iis quae sit allaturus magis etiam excelluisse prator sit demonstraturus, 254, 107. et 271, 184. καὶ οὐκ et denique 283, 241. καὶ ἐπαινεῖν. Non offendes in ὅτι ἂν 238, 24. 25. 247, 74. 254, 106. 281, 235. neque in τί ἂν 249, 84. neque in τί οὖν 268, 167. neque in πολὺ ἂν 272, 186. ubi vulgo pro πολὺ ἂν δικαιότερον minus convenienter usui Isocratis legebant πολὺ δικαιότερον ἄν.

Fortasse etiam tolerabis tales hiatus quales leguntur 243, 53. ἢν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν et 258, 126. περὶ οὗ πρὸ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην; si cogitaveris, ἂν ita antecedenti verbo a Graecis annecti esse solitum, ut in pronuntiando utrumque fere in unum coalesceret verbum. Hoc tamen non dubitabis, quin corrigendum sit 236, 17. τοὺς λόγους μου ἐλυμαίνοντο, quod unus tuetur Urbin. cum vulgo et in Ambr. rectius exhibeatur: τοὺς λόγους ἡμῶν ἐλ. Defenderunt quidem Bait. et Saupp. μου ita ut §. 16. et 37. afferrent. At Isocratem de sese locutum modo singulari modo plurali numero esse usum ex illa ipsa paragrapho decima sexta poteris discere, in qua et ἀμελεῖν ἡμῶν et ἀεί τι φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσιν videbis scriptum. Articulum denique delendum esse censeo 240, 39. in verbis: ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος. Ἀγὼν enim hic non singularem quandam actionem, sed in universum quamque significat, ante quam chorus quaedam praefari soleat. Similiter olim legebatur Archid. 122, 32. τοῦ Ἡρακλέους, ubi nunc τοὺς Ἡρακλέους videbis scriptum. Quod autem olim in Panath. 248, 77. τούτου ὡς καὶ erat scriptum, nunc in τοῦ περὶ est mutatum.

In Evagora mirum est quod δὲ plures efficit hia-

tus quam in aliis orationibus, quos tamen Isocratem admisisse ne arbitrare. Leguntur apud Bekkerum 192, 17. δὲ Ἀχιλλεὺς, 19. δὲ ὕστερον 199, 54. δὲ αὐτοῖς 200, 57. δὲ οὐ, quibus in locis postquam ego in Evagora meo e conjectura apostrophum posui, nunc Bait. et Saupp. eum Ambros. auctor. dederunt. Corrigenda autem praeterea sunt 200, 56. δὲ αὐτὸν. 201, 62. δὲ ἠναγκάσθη, 202, 66. δὲ ὀνομάστους et 203, 72. δὲ ἄνακτας et δὲ ἀνάσσας, uti a Bekkero jam sunt correcta vulgata 190, 7. δὲ ἄλλους. 191, 10. δὲ οὐδενὸς. 13. δὲ αὐτῶν ib. δὲ ἅπαντες. 192, 16. δὲ ἐν. 193, 21. δὲ ἐκ. 24. et 194, 27. δὲ εἰς 29. δὲ ὡσπερεὶ 30. δὲ ἐκ et δὲ ἄλλον. 196, 38. δὲ οὐκ. 197, 41. δὲ ὅσοι. 43. δὲ ἐπιμελείως. 198, 46. δὲ οὐδὲν, quo in loco tamen non apostrophus est positus, sed δὲ deletum, 48. δὲ ὀλίγῳ. 200, 55. δὲ ἐκεῖνοι. 56. δὲ Ἕλληνες 201, 62. δὲ ἐπόρθησε. 202, 68. δὲ ἀντὶ et δὲ Ἕλληνας. 203, 70. δὲ οὐ. 71. δὲ ἐβίω. 204, 73. δὲ ὦ. 207, 80. δὲ ὑμῖν. 81. δὲ οὐκ et δὲ ἐπὶ. In omnibus quantum scio libris apostrophus est 189, 2. 190, 6. 191, 11. 192, 17. 194, 31. 198, 45. 201, 60. 63.

Apostrophum etiam ponendum esse censeo 195, 33. in τε ἀρετὴν, uti legitur 190, 7. 9. 193, 24. 26. 195, 32. 198, 48. 202, 64. 204, 74. neque minus 196, 39. in οὔτε ἡμίθεος, uti similia vitia nunc sublata sunt ib. in οὔτε ἀθάνατος 197, 42. in οὔτε ἐκόλαζεν et οὔτε ἐπετίμα. 198, 47. in οὔτε ἐμποριῷ, et 206, 78. in οὔτε ἐμὲ. His accedat 201, 60. ὥστε εἰς, qui hiatus a me e conject., postea a Bait. et Saupp. ex Ambr., sublatus, restat apud Bekkerum ex octo qui olim praeter hunc reperiebantur 193, 24. 198, 48. 201, 60. 63. 202, 67. 68. 69. quibus adde 190, 6. 191, 10. ubi comma ante, non post ὥστ' pone, 193, 24. altero in loco. 25. 196, 38. 199, 50. 203, 70. et 72., ubi libri manuscripti constanter apostrophum praebent.

Scribe porro 199, 53. πλεῖστ' ἀγαθὰ pro eo quod praeter Ambros. ex quo Bait. et Saupp. idem mecum dederunt, in omnibus legitur libris πλεῖστα ἀγαθὰ, et con-

fer Antid. §. 219. et Epist. II, 409, 15. ubi πλεῖστ' ante vocalem etiam a Bekkero editum videbis. Idem fac 194, 30. in σῶμα ἐν, ubi σῶμ' eodem jure poterit dici quo nunc μέγ' est editum Paneg. 74, 161. Phil. 94, 62. Busir. 223, 10. de Big. 352, 29. et εὕρημ' Lochit. 397, 13.

Quid statuendum sit 190, 6. de verbis: ὥσθ' ἥδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν ἢ [τούτους] ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες αὐτοὶ τυγχάνουσιν. Οὐ κ. τ. λ. exposui pluribus ad Areopag. p. 406. et ad Evagoram meum p. 17. Bekkerus cur verbum uncis incluserit non video. Codices enim ei nihil praebent subsidii. Urbin. habet τούτους, Vat. et Ambr. τούτων, vulgati libri et Scaph. τι τούτων. Aptissimum est τούτων quod post me etiam Bait. et Saupp. receperunt, ut sententia sit: ut libentius de laudibus eorum (de iis laudatis) audiant, quos nesciant unquam fuisse, quam de iis, a quibus beneficiis sint ornati. Videtur ea loci sententia librarios ita latuisse, ut alii τούτων mutarent, alii post τυγχάνουσιν adderent ἀποδέχεσθαι, quod jure Urb. et Vat. auctor. a Bekkero est omissum. Uti autem hic ἀποδέχεσθαι, ita 204, 74. in verbis: τοὺς δὲ λόγους ἐξενεχθῆναι οἵόντ' ἐστὶν εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ διαδοθέντας ἐν ταῖς τῶν εὖ φρονούντων διατριβαῖς ἀγαπᾶσθαι illud ἐξενεχθῆναι non ab Isocrate videtur esse profectum, sed potius a librariis additum, qui verba εἰς τὴν Ἑλλάδα διαδοθέντας explicaturi essent. Inde etiam facile explicari poterit, cur καὶ post Ἑλλάδα a Med. Ald. Hag. idque recte absit. Verbo διαδιδόναι autem Isocratem praecipue de orationibus et libris edendis esse usum docui ad Evag. p. 95. Hoc quidem quovis pignore contenderim, Isocratem ejusmodi hiatum non admisisse. Emendata autem sunt similia 196, 38, ubi olim πέπρᾶκται ἅπαντα, nunc ἅπαντα πέπρακται et 199, 50. ubi olim εἶναι ὁμολογήσειεν, nunc εἶναι προσομολ. legitur.

Inter eos denique qui ferendi sunt hiatus referes πολὺ ἂν 199, 50 et 202, 65. ubi nunc πολὺ ἄν μείζω

pro vulgat. πολὺ μείζω sive μείζον ἂν legitur et ὅτι ἂν 303, 69.

In oratione ad Nicoclem scripta primum ex Ambr. cum Bait. et Saupp. corrige 21, 35. δὲ ἐπ' et apostrophum pone et hic et 15, 5. in δὲ ἐνθυμηθῶσι, 19, 20. in δὲ ἀληθείαις ταύταις, ubi vulgo δὲ ἀληθεστάταις legunt, utrumque tamen quod infra demonstrabo, non ab Isocrate profectum est; et 21, 32. δὲ ὡς. Correcta sunt 15, 5. duo hujusmodi vitia, item duo 21, 32., unum 22, 36. 39. tria 23, 40. unum 42 et 46. Porro ε elide 16, 8. in τόγε ἐπιχείρημα et 17, 11. in ὥστε οὐδενὶ, quocum confer 24, 46. ubi nunc ὥστ' οὐδὲ est scriptum. Adde his 21, 32. τε ἀλλ' et confer 20, 25. ubi olim οἱοί τέ εἰσι. 29. ubi τε ἐπιδώσεις. 24, 51. ubi τε ἐπειδὴ legebatur, nunc autem ε est elisum. Scribe igitur hoc quoque in loco τ' ἀλλ'.

Ab Isocrate profectum esse quod 29, 40. scriptum esse vides: μὴ θαύμαζε, εἰ negaverim et correxerim eodem modo quo vulgatum μὴ θαύμαζε, εἰ in Busir. 231, 50. ex Urb. in μὴ θαυμάσῃς εἰ mutatum est. Idem placuit etiam Baitero, qui plures nominavit locos similes. Sed difficilius dictu est quid Isocrates scripserit 22, 37. ubi καὶ φρόντιζε ὅπως legitur. Nam equidem nec putarim Isocratem hunc hiatum admisisse neque omnibus probaretur, si quis φρόντιζ' scriberet, quod malim, cujus tamen elisionis exempla requiruntur, quamquam Demosthenem λέγ' et similia dixisse infra demonstrabo. De hoc tamen non dubitaverim, quin 17, 11. vulgatum ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν, ὧν rectius habeat, quam quod ex Urb. est receptum τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε, ὧν. Idemque censeo de loco 15, 2. ubi nunc minus recte legi videtur: ἑκάστην τὴν ἡμέραν βουλεύεσθαι, ἔπειθ' pro vulgato: ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν, ἔπειθ'. Offendisse videtur librarios verbum ἀγωνίζεσθαι de privatis dictum, qui de quotidiano victu laborent sive pugnent. Conferre potes Soph. 295, 21. ubi nunc recte τοιαύτην εἶναι τέχνην ἥτις pro vulgato: τέχνην τοιαύτην εἶναι, ἥτις legitur, et ex hac ipsa oratione 15, 4. ubi pro vulgato: μᾶλλον

ἔδει τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπειδὰν nunc legis: ἔδει παιδ. μᾶλλον τ. ἄλλ., ἐπ. et 23, 42. ubi Bekkerus pro vulg.: πλησιάζειν δὲ οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν dedit: πλησιάζειν δὲ βούλονται τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν.

Minus offendes 22, 38. in verbis: ἐπιτέλει. Ὧν, sunt enim prorsus diversae sententiae, quae hic proponuntur, ita ut inter utramque verum relinquatur spatium. Ὅτι ἂν 20, 28. non offendere saepius est dictum, quo etiam referas 25, 54. ἃ ὑμεῖς quod est vitium typotheticum pro ἃς ὑμεῖς.

In Nicocle corrigenda sunt 28, 7. τε ἀνοήτους, recte enim in eo Antidoseos loco, in quo hic ut locus communis de vi eloquentiae repetitus est, legis τ' ἀνοήτους, unde Bait. et Saupp. τ' receperunt. Correctum est ibid. jam a Bekk. τε ἡμεν, quocum conferas 30, 18. 31, 22. 33, 23. Tum 37, 53. κατασιωπᾶτε, ἐὰν ubi Bait. et Saupp. ex Ambr. receperunt κατασιωπᾶτε, ἄν, emendandum est ita ut scribatur: κατασιωπᾶτ' ἐὰν, uti nunc 32, 29. ἐπίστησθ' ὅτι legitur pro vulg. ἐπίστασθε ὅτι et 38, 57. ἐθίζετ' αὐτοὺς pro vulg. ἐθίζετε αὐτούς. Deinde cum Bait. et Saupp. Ambr. auctor. 29, 15. scribe τοῦτ' εὐδοκιμεῖ, et corrige non minus 26, 2. κἀκεῖνο ἄτοπον et confer 36, 48. atque 37, 50. Denique ἐν dele in verbis 39, 61. ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθε μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς λόγοις, ubi alterum ἐν ex Urb. accessit. Post ἢ autem praepositionem saepenumero non repeti supra ad Plataic. demonstravi. Non minus ἔδη est deleudum in verbis 28, 9. τοὺς εἰς τὰ τῶν θεῶν ἔδη ἐξαμαρτάνοντας. Hic enim cum Urbin. (quocum facit Ambr.) ἔδη non habeat, Bekkerus sibi non constitit, qui Paneg. 73, 156. in verbis vulgatis: εἰς τὰ τῶν θεῶν ἔδη ἐξαμαρτεῖν ejusdem Urbin. auctor. ἔδη delevit. Deleverunt ἔδη Bait. et Saupp.

Και hiatum efficit 32, 22. in verbis: ὥστε καὶ λαθεῖν καὶ ὀφθῆναι, de quo quidem loco ad Areop. 396 et 97. haec scripsi: „Isocrates in eo est, ut laudet imperium unius. Enarrat igitur commoda hujus imperii a verbis: καὶ γὰρ παρασκευάσασθαι usque ad οἷά τ' εἰσίν. Hic autem ingenue fateor me latere, quomodo imperium

unius possit eo praestare imperio popolari, quod facilius possit ὀφθῆναι. Loquitur enim orator de commodis, quae habeant haec imperia in comparanda magna potestate. „Facilius“ inquit, „latent,“ quod verum esse quisque intelligit, nam regis consiliorum perpauci conscii esse solent. Sed quid hoc? „facilius aspiciuntur.“ Recte igitur conjecit jam Coraës, cui calculum adjecit Bekkerus, φθῆναι. Hoc enim ipsum est, quo ceteris praestat imperium unius, quod facilius alios potest praevenire. Saepius autem φθῆναι et ὀφθῆναι inter se confundi disces ex Paneg. 56, 79. et 58, 87. ubi vulgo pro φθήσονται et φθῆναι exhibent ὀφθήσονται et ὀφθῆναι.“ Sed 39, 60. in verbis: φιλεῖν οἴεσθε δεῖν καὶ τιμᾶν, οὔσπερ ἂν καὶ ὁ βασιλεὺς, ἵνα καὶ παρ' ἐμοῦ τυγχάνητε τῶν αὐτῶν τούτων, videtur καὶ ante ὁ delendum esse, cum statim alterum καὶ post ἵνα sequatur, quod iterum ad regem qui ipse hic orator esse dicitur, est referendum. Sine offensione 36, 45. et 37, 51 legitur ὅτι ἂν.

In oratione ad Demonicum scripta sunt plures hiatus iique tam foedi, ut nequaquam ab Isocrate possint esse profecti. Referas huc verba 6, 20. τῷ μὲν τρόπῳ γίγνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. 10, 38. παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχων et ibid. paulo post: τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ (Urb. τὸ vel τὰ, quod vix ferri poterit, quamquam in iis quae sequuntur τούτου cum Urb. Scaphus. et Ambr. legi poterit, quia tum χρήματος erit supplendum) καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει. 12, 49. ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνον ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἢ ποῦ γε τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττουμένους οὐ ταὐλοὺς εἶναι φήσομεν; Quoniam autem haec oratio ad idem genus est referendum, ad quod orationes ad Nicoclem et Nicocles pertinent eaeque minime ejusmodi hiatibus sunt foedatae, hi hiatus non aliter possunt explicari, quam ut aut tota oratio aut singulae ejus partes non ab Isocrate sint profectae. Nam eam minus diligenter esse scriptam de scriptore omnium diligentissimo nemo facile concedet, ne-

que id probarim, quod nonnulli dixerunt, eam a juvene Isocrate esse compositam. Cum enim in aliis locis manum Isocratis idemque scribendi genus quod in aliis orationibus agnoscas, non recte censebis, eum modo juveniliter modo ut virum et senem scripsisse. Huc accedit quod quae ipso Isocrate teste in Antid. §. 193. ex primis scripta est orationibus, orationem in Sophistas dico, hiatus non habet. Mirum igitur non est, quod dum alii, in quibus Hier. Wolfius et Leo Allatius sunt, tum orationis tum praeceptorum id genus esse contendebant, ut a reliquis Atheniensis scriptis minime abhorreat, alii in quibus Henr. Stephanus et Coraës sunt nominandi, Isocrati cuidam Apolloniatae, quem Harpocration s. v. ἐπακτὸς ὅρκος attulit ut hujus orationis auctorem, cum tamen alio in loco s. v. παράκλησις eum solum Isocratem, non alio adjecto verbo, nominet, hanc orationem adscribunt, ducti verbis quibusdam non alibi in Isocratis orationibus obviis. Stephanus quidem recte attulit φιλοπροσήγορος et φιλοπροσηγορία, porro τὰ τῶν τρόπων ἤθη ut minus Isocratea, in aliis tamen erravit. Poterat etiam ἐλαττουμένους ex iis quae supra sunt adscripta, afferre quippe ea vi dictum ut sit: inferiores ea quam de se praebuerant opinione. Rectissime igitur Pauly in libello quaestiones aliquot Isocrateas continente et Heilbronn. 1828, 4. edito mediam quodammodo iniit viam contra Harpocrationem et Stephanum ceterosque qui eos sunt secuti tum auctoritate Dionysii Halic. in Judic. de Isocr. Rhet. c. 5., Hermogenis, scholiastae Sophoclis ad Trachin. v. 112. atque Grammatici Bekkeriani in Anecd. Gr. 1, 117. usus tum animadvertens: „ut singula quaedam a mente atque consuetudine Isocratis videntur abhorrere, ita tamen universum si inspicias libellum, praecipue exordio atque peroratione accuratius perpensis, mirum in modum ipsam oratoris nostri manum agnoscas. Isocratis igitur, pergit, hoc esse opusculum statuimus quidem, sed quum moralis quasi enchiridii instar permultorum hominum manibus tritum esse et multifarie tractatum videatur, multas inde depravationes atque interpolationes tu-

lisse mirum non est. Inde, puto, passim turbatus sententiarum nexus atque ordo §. 13—14.; inde non rara ejusdem praecepti repetitio (13. 14. 16.), inde loci ab Isocratea perspicuitate atque simplicitate prorsus alieni (22. 33.), otiosi adeo et prope dicam lusorii (28.), inde porro verborum nonnullorum usus quidam insolentior, certe non Isocrateus (ut §. 15. κόσμος pro εὐκοσμία et κρατεῖσθαι pro κατέχεσθαι), adde ejusmodi praecepta, quae minime civem Atheniensem, sed hominem arguant regibus serviliter addictum (36) vel quae a serioribus poëtis, Menandro, Diphilo, aliis huc transscripta esse videantur. Denique ne exordium quidem ab interpolandi ista libidine intactum mansisse crediderim, si quidem παραβολὴν tam ἀπροσδιόνυσον (ut recte Coraës), qualis inest in verbis ll. αἰσχρὸν γὰρ—γονέων Isocrati imputare religioni habendum esse duco." Me perorationem quoque talibus additamentis nequaquam liberam esse censere, ex iis, quae supra attuli, patebit. Ut tamen apertius etiam sit, quomodo talia addita sint, ex oratione ad Nicoclem exempla afferam. Pars enim hujus orationis ab Isocrate ipso in orat. de permutat. §. 73. allata est, id quod etiam Panegyrico, orat. de Pace et in Sophistas factum est, eo tamen discrimine, ut partes ex ceteris petitae orationibus integrae sint, nisi quod in orat. de Pace magna pars media brevitatis causa est omissa. Cetera sunt eadem, modo ut in his partibus etiam vulgares libri saepe meliora illa, quae nunc ex Urbin. sunt recepta, praebeant, quia minus a grammaticis et interpretibus sunt tractatae. Sed in ea de qua loquimur parte singulae sententiae in Antidosi non sunt repetitae eaeque tales, quae ordinem sententiarum interrumpunt vel ita sunt comparatae, ut per se offendere debeant. Postquam igitur verba §. 14—18 a μάλιστα δ' ἂν usque ad τοὺς καλῶς κειμένους sunt repetita, verba desunt ab οἴκει usque ad καταλείψεις. At his ipsis verbis turbatur nexus. Dixit enim orator in iis quae antecedunt, regis esse, semper idem de iisdem criminibus statuere, omnino justum esse judicem pergitque §. 20. a verbis: τὰ πρὸς τοὺς

θεοὺς, hoc esse optimum sacrificium, se justissimum praebere. In verbis tamen §. 19. interpositis de apparatu regio de veraque regis magnificentia sermo est, qui ceteris non convenit. Huc accedit, quod multa in ipsis verbis insunt, in quibus offendas. Mire et obscure sunt dicta: οἴκει τὴν πόλιν ταῖς μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς—ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβῶς. deinde verbum διαρκῆς hoc uno in loco in Isocrate legitur. Minus etiam apparet, quid sibi velint verba: ἐν τοῖς προειρημένοις, quae interpretes ad justitiam retulerunt. At quid hoc est, quaere magnificentiam in justitia? His adde aliud etiam verbum in Isocrate non amplius obvium ἀναλωμάτων. Eadem denique sententia est repetita §. 32. Postquam autem in Antidosi orator dixit, spem esse fore ut qui justum se praebeat, revera deorum gratiam sibi comparet, recte pergit: regem oportere simul veritatis adeo diligentem esse, ut verba ejus aliorum jurumjurandorum instar sint. At in orat. ad Nicocl. interposita sunt praecepta, quomodo amici sint comparandi et quae sit firmissima tyranni custodia; quae quidem praecepta paulo infra accuratius et aptius sunt repetita. Verba ipsa etiam habent quo offendant, veluti illa: τίμα ταῖς μὲν ἀρχαῖς τῶν φίλων τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δὲ ἀληθείαις αὐταῖς (vulgo: ταῖς δὲ ἀληθεστάταις) τοὺς εὐνουστάτους, porro τῶν οἴκων τῶν πολιτικῶν pro τῶν πολιτῶν (al. ἰδιωτῶν)—δαπανῶντας absolute, unde alii ἀπὸ τῶν ἰδίων adjiciunt. Additur deinde in Antidosi, qua in re omnino regem se superiorem praestare debeat, id est in prudentia, neque in severitate. At in orat. ad Nicocl. interposita sunt tum eadem aliis verbis prolata praecepta tum, qualem se contra hospites rex praebere debeat, in quibus mire sunt dicta: τοὺς πολλοὺς φόβους ἐξαίρει (vulg. ἐξαιροῦ) τῶν πολιτῶν καὶ μὴ βούλου περιδεεῖς εἶναι τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας vulg. περιδεὴς εἶναι τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι. Postquam autem orator dixit cives esse fidem habituros ejusmodi regem optime ipsorum salutem tueri, bene transit ad praecepta de ratione, qua et belli et pacis studiosum rex se praestare debeat. Haec praecepta in Antidosi breviter sunt proposita, verbis (24.): Οὕτως ὁμίλει us-

que ad ἐπιχειρῆσαι (25) omissis item verbis: καὶ νόμιζε usque ad ἀτυχῆς, quibus in verbis jure offendes legens: καλῶν μὲν ἠρημένους, cujus loco vulgo melius μετρίων habent. Pulchra enim minime sunt magnis opposita. Magis etiam offendes quod idem bis vel ter repetiit. Pergit de amicis comparandis et probandis (§. 27.), verbis: ἀκριβεῖς—πράξωσιν in Antid. non additis itemque 28. verbis ἄκουε—λέγωσιν omissis. Luculentissimum autem interpretamentum legitur §. 29., ubi in orat. ad Nicocl. post πολιτῶν verba: μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου μηδ' ἀλογίστως, ἀλλ' addita sunt et quae deinde sequuntur: ἐπ' ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σαυτὸν χαίρειν, in Antid. ita sunt collocata: ἔθιζε σαυτ. ἐπ' ἐκ. τ. διατρ. χαίρ. His enim in verbis: μηδεμίαν et sequ. non solum ea de causa jure offendes, quia tertio in loco de amicis sermo fit idque his verbis: ἄρχε σαυτοῦ et quae sequuntur, interpositis, quibus orator praecepta orditur, qualem erga se ipsum praebere se debeat, et in quibus exponendis §. 30. pergit, sed etiam quia διατριβή in orat. ad Nicocl. commercium cum aliis significat, quam vim hoc verbum in nullo alio Isocratis loco tenet, in Antidosi contra significat **studia**, quod inprimis usui Isocratis convenit, v. comment. meum ad Evag. p. 95. Non minus in iis, quae haec excipiunt §. 30. νόμιζε—σπουδάζων verba: νόμιζε—θαυμάζωσιν ordinem turbant, qui bene habet in Antid., ubi post μέτεστι verba: μὴ τοὺς μὲν ἄλλους sequuntur. Optime etiam §. 32., ubi orator docuit gloriam divitiis esse praeferendam post verbum: κτήσασθαι in Antid. verba sequuntur: δεινὸν ἡγοῦ, omissis iis, quae §. 32—35 a τρύφα—βουλεύσει leguntur, in quibus multa huc non pertinentia veluti de cautione in verbis et factis adhibenda, de moderatione, de urbanitate et gravitate, de philosophiae studio sunt interposita ut taceam de eo, quod §. 33. verbo ἐνδείκνυς mire est usus scriptor. Recte etiam verba: χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων ad finem praeceptorum in Antid. post verba: περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας sunt posita ceteris: μηδὲ τοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν usque ad ἐπισταμένους omissis.

Quibus in locis si mecum facis, eo minus in oratione ad Demonicum scripta dubitabis, quin hac quoque in oratione multae sententiae ab aliis sint adscriptae. Quae cum ita sint, neque hiatus in locis supra ex hac orat. allatis offendent neque omnino in singulis facile dices, utrum sint corrigendi an retinendi. Si 3, 7. *δὲ εὐγενείας* legitur vel 6, 21. *δὲ ὀργῆ*. 8; 34. *δὲ ἡμῶν* et 12, 48. *δὲ ὅτι* vel 7, 24. *μήτε ἄπειρος* vel 9, 32. *ὑπὸ οἴνου*, haec quidem corrigenda esse videntur, propterea quod plurimis in locis, quos ab aliis additos esse probabile est, tamen hiatum evitatum esse videmus. Si 4, 11. nunc *δεῖ ζῆν σε ὥσπερ* legitur, id cum Aug. et Cor. e Codd. *δεῖ σε ζῆν ὥσπερ* scribi poterit. Sed 10, 36. *τὰ ἐκείνων* non tentaverim, quia locus omnino est suspectus, neque 9, 35. *τὰ ἑαυτοῦ*, quod e Cod. Bodl. et Aug. S. jam a Langio et Cor. est receptum pro antiquorum libr. *ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ* neque 11, 40. *τῷ μὲν σώματι εἶναι* pro vulgato *τὸ μὲν σῶμα εἶναι* ex Urbin. receptum improbaverim. In aliis locis uti 11, 41. ubi *ὅτι ἂν* et 5, 18. ubi *τι ἀγαθὸν* legitur, omnino non offendes neque etiam 10, 37. ubi scriptum est *καὶ αὐτός*, vel 2, 3. ubi *ἐπανορθῶ, ὅσοι* legitur. Huc etiam referas 3, 9. *ἠγάπα, ἀλλ'*. 4, 11. *καταριθμησαίμεθα, ἀλλὰ*. 9, 34. *δόξαντα. Ἠγοῦ*.

In oratione in **Sophistas** neque 293, 13. et 295, 21. in *πολὺ ἂν* neque 295, 19. in *εὖ οἶδ'*, quod ex-Urb. et Vatic. pro vulg. *οἶδ'* est receptum, offendes, quamquam in nullo alio Isocratis loco ejusmodi hiatus reperiatur. Facile enim haec duo verba in pronuntiando in unum coalescebant.

Eodem modo in **Helenae Laudatione** 217, 47. in *μὴ οὐ* non offendes, quae per synizesin a veteribus fuisse pronuntiata constat. In Soph. 292, 6. tamen vulgatum *μὴ οὐ* in *μὴ* est mutatum. Corrigendum autem esse censeo 209, 8. *ἔστιν ὁ τῶν πτωχευόντων καὶ φευγόντων βίος ζηλώτερος ἢ ὁ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων*. Ibi enim alter ille articulus post *ἤ* delendus esse videtur. Vid. Antid. 319, 43. *τρόποι τῶν λόγων εἰσὶν οὐκ ὀλίγ-*

τους ἢ τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων. Quod autem 218, 52. ὥστε οὐδὲ legitur, id eadem ratione corriges, qua in aliis orationibus corrigendum esse docui. Obiter addam 213, 13. legi ὅτι ἂν.

In Busiride panca quaedam restant vitia 229, 39. δὲ, ὁ ubi comma dele et δ' scribe. Similia correcta videbis 223, 12. 224, 15. 16. 225, 22. 226, 23. 227, 30. 229, 42. 43. 45. Porro 227, 28. τε ἄλλην et 29, οἷόν τε ἀπιστεῖν, neque minus 230, 50. πλεῖστα ἀδότων. Vides certe nunc similia correcta 222, 4. in προσόντ' ἀποφαίνειν. 223, 10. in μάγ' ἐφρόνησεν. 226, 24. in τιν' ἀρετήν et 228, 35. in τίν' ἄν. Mutata sunt etiam 225, 23. vulgata: ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἔταξε in ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἔταξαν, 226, 25. vulg.: καὶ σεμνῶς περὶ ταῦτα ἔχουσιν in περὶ ταῦτα καὶ σεμν. ἔχ. Sed 226, 24. Bekkerum ne sequere scribentem: δοκεῖν εἶναι ἀκριβεστέρας τῶν συμβαινόντων, cum vulgo et Scaph.: εἶναι δοκεῖν ἀκρ. τ. σ. Urbin. autem δοκεῖν εἶναι μείζους omisso τῶν συμβ. Ambr. δοκ. εἶν. μείζ. τ. συμβ. habeat, quem Bait. et Saupp. recte sunt secuti.

In oratione de Permutatione sive in Antidosi facile corriges locos, quales sunt in parte ex Panegyrico repetita vulgo et apud Orellium, Bekkerus enim has partes omisit, δὲ ἐκ, nam in Paneg. 55, 74. ap. Bekk. legitur δ' ἐκ, porro δὲ Ἄθω, quod in Paneg. 58, 89. ap. Bekk. in δ' Ἄθω est mutatum. Cod. Laur. habet δ' ἄτω. Deinde δὲ εἰς, quod ap. Bekk. in Paneg. 67, 97. est δ' εἰς. Aliud δὲ εἰς apud Orell. et in Paneg. 53, 60. legitur, sed veteres libri in Antid. habent δ' εἰς, id quod cadit in δὲ ἅμα, quod Orell. et Bekk. in Paneg. 54, 68. habent, in antiquis tamen Antid. libris est δ' ἅμα. In parte ex orat. de Pace petita in Antid. constanter legitur δὲ ἐπιχειρήκαμεν, sed ap. Bekk. in orat. de Pace 168, 46. δ' ἐπιχειρήκαμεν. Ibid. nunc ap. Orell. editum est δὲ αὐτοκράτορας, sed in libr. ante Orell. δὲ non est, Coraës igitur δ' uncis inclusum dedit, et Bekk. in orat. de Pace 170, 55. δ' αὐτοκράτορας. Si autem 320, 56. nunc a Bekk. ex Urb. τοῖς δὲ ἄλλοις ἤδη περαίνειν

editum est prb vulg.: τοὺς δὲ λόγους ἤδ. περ., illud recte est factum, quod necessaria τοῖς ἄλλοις locum tenent minus necessariorum τοὺς λόγους, non tamen δὲ sed δ' erat scribendum. Improbabis etiam §. 307. δὲ ὁ et 345, 321. δὲ οὔτε, quae pauca vitia restant a XXXIV hujusmodi hiatibus.

His accedunt hiatus, quos facit particula τε, et quidem in Panegyrici parte hic repetita scriptum est ap. Orell. ἄλλως τε ἐπειδὴ καὶ, ubi et hic antiqu. exempl. et in Paneg. ap. Bekk. 54, 66. ἄλλ. τ' ἐπ. κ. est editum, sed Cor. c. Laur. male habet: ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ. In parte ex or. ad Nicocl. petita legitur οἷόν τε ἀλλ' idemque ad Nicocl. 21, 32. nunc quoque a Bekk. esse editum supra diximus. §. 85. omnes vitiose τε εὐδαιμονήσουσι habent. Particula ὥστε ante vocalem legitur 313, 15. in ὥστε αὐτὸς, deinde in parte ex Panegyr. ὥστε ἐν, cujus loco Bekk. in Paneg. 55, 70. ὥστ' ἐν scripsit. Idem factum in verbis: ὥστε ἀνάστατος, ubi tamen jam antiq. exempl. in Antid. et Bekk. in Paneg. 61, 98. apostrophum posuerunt. Item in iis, quae ex orat. de Pace hic repetita sunt, scriptum est: ὥστε ὑπειλήφασι, sed Bekk. de Pace 165, 31. dedit ὥσθ' ὑπ. Denique 345, 321. omnes vitiose ὥστε, εἰ pro ὥστ' εἰ exhibent. Male etiam in iis, quae ex orat. ad Nicocl. repetuntur, vulgo et ap. Orell. legitur: οὔτε ἄλλου, quod Bekk. in or. ad Nicocl. 17, 15. mutavit in οὔτ' ἄλλου. Conferas de elisione in hoc verbo: 311, 8. 317, 33. bis. 34. 318, 38. bis. §. 111. 115. 127. bis. 131. bis. 158. bis. 167. bis. 173. bis. 201. bis. 259. 262. bis. 263. De hiatibus autem με ἀγνοεῖν ex Paneg. 55, 73. et φρόντιζε ὅπως ex orat. ad Nicocl. 22, 37. hic repetitis vide quae ad illas orationes sunt disputata. Negligentia quadam legitur §. 109. ἠνάγκασε αὐτοὺς, cujus loco Orell. recte habet ἠνάγκασεν αὐτοὺς, Bait. et Saupp. ex Laur. receperunt αὐτοὺς ἠνάγκασε.

Litera α facit hiatum in parte ex orat. de Pace petita vulg. et ap. Orell. in verbis παρὰ ἀνθρώποις, quae a Bekk. in or. de Pace 165, 33. mutata sunt in παρ' ἀνθρ.

et ita ubique ante vocalem in Isocrate legitur. Item in iis quae ex Paneg. sunt repetita vulg. et ap. Orell. σφόδρα ἠπείχθησαν scriptum est, Bekk. tamen in Paneg. 58, 87. σφόδρ' ἠπ. habet. Confer de hac elisione 317, 32. 343, 70. Apud Orell. uti in antiqu. exempl. in parte ex Paneg. ταῦτα ἀπέχρησεν legis, cujus loco Bekk. in Paneg. 60, 97. ταῦτ' ἀπ. dedit. Non minus ap. Orell. et in antiqu. exempl. in parte ex or. de Pace repetita τοιαῦτα ἐξαμαρτάνειν est scriptum, sed in or. de Pace ipsa 167, 38. nunc τοιαὑτ' ἐξ. legitur. Ibid. τὰ αὐτὰ est editum, sed de Pace 170, 52. ταὐτά. Idem est factum in repet. parte orat. ad Nicoclem, ubi in Antid. τὰ αὐτὰ, sed in or. ad Nicocl. 18, 18. ταῦτα vides. Poteris conferre 311, 4. §. 83. 195. 203. Legitur denique §. 178. ποίας τινὰς ποιούμεθα ἡμεῖς τὰς ὑποσχέσεις οἶμαι, sed Laur. habet π. τιν. ἡμ. τὰς ὑποσχέσεις ποιούμεθα· οἶμαι unde conjicis (in quam conjecturam etiam Sauppius incidit affer. §. 186.) Isocratem scripsisse: π. τιν. ἡμ. ποιούμεθα τὰς ὑποσχ. οἶμ. Similiter certe correcta sunt quae vulgo de Pace 170, 52. legebantur: συμβούλοις χρώμεθα, ὧν in χρώμ. συμβ. ὧν. Alio modo ejusmodi vitium est remotum in Archid. 133, 81. ποιησώμεθα, ὃ, ubi nunc ποιήσωμεν, ὃ et Plat. 305, 46. ubi pro vulgat.: τραπώμεθα· ἐκπεσόντες γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας, ἀθυμοῦντες καὶ ἀλώμενοι τὴν Ἑλλάδα περίμεν, nunc τραπώμεθα καὶ solum est scriptum. In Archid. 131, 74. denique pro δυνώμεθα ἀπενέγκασθαι nunc οἱοί τ' ὦμεν ἀπ. est editum. Erraveris tamen, si inde concluseris, in Isocrate elisionem literae α in prima persona plural. passiv. non reperiri. Confer Paneg. 64, 112. de Pace 171, 62. 177, 93. Plat. 297, 6.

Litera ο elidatur in iis, quae ex orat. de Pace sunt repetita in verbis: ἐκεῖνο ἔχω, quae Bekk. de Pace 187, 142. scripsit: ἐκεῖν' ἔχω, non minus in parte ex Paneg. in ἠσχύνοντο ἐπὶ, ubi Bekk. in Paneg. 56, 77. rectius ἠσχύνοντ' ἐπὶ. Sed §. 166. in verbis: ἐγγένοιτο ἐπιβῶναι loction. Laur. καταβιῶναι non ea de causa cum Orell. praeferrem, quia ita hiatus evitaretur, nam poterit facile

ἐγγένοιτ' scribi, sed quia ad ἐπιβιῶναι dativus erat addendus, ut significaretur, cui adviveret, cum καταβιῶναι τὸν βίον sive χρόνον recte et ex usu dicatur. Baiterus βιῶναι mavult. Si §. 187. πρὸς ὃ ἂν est editum, Isocrates ex usu, de quo supra mentionem feci, ὅπερ ἂν scripsisse videtur, in πρὸς certe jam Bekkerus offendit, qui praepositionem melius abesse jure censuit. Similiter olim Ep. III, 412, 5. vulgo ὃ ἂν, sed nunc ὅτι ἂν est scriptum. Sed 278 in verbis: ὅσῳ ἄν τις ἐῤῥωμενεστέρως ἐπιθυμῇ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, τοσούτῳ μᾶλλον ἀσκήσει κ. τ. λ. cum Ambr. ἐπιθυμεῖ scripserim omissa particula ἂν, ita ut res ut praeceptum quoddam, quod non experientia probandum, sed per se sit verum, proponatur. Quae tamen si corrigi nolueris, propter sequens ἂν habebunt excusationem. Foedior etiam hiatus, quam quos modo attuli, reperitur §. 283. in verbis: οὐδὲ τοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ διαλέκτῳ ἔνιοί τινες ἔτι χρῶνται κατὰ φύσιν. At recte hoc in loco quaeri potest, quid sibi verba illa: ἐν τῇ διαλέκτῳ velint. Si enim verbum hoc in Isocrate non amplius obvium explicas: in sermone, hoc per se patet, illa verba in sermone et in loquendo ita usurpari. Sequere igitur cum Bait. et Saupp. Urbinatis primam manum, qua haec verba delentur. Legebantur olim plura ejusmodi vitia in Isocratis orationibus, veluti Paneg. 69, 141. τῶν ἐν Κύπρῳ ἐν, nunc τῶν ἐν Κύπρῳ est om. Areop. 147, 37. pro: καὶ σωφροσύνην ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις, nunc ἐν τῷ βίῳ καὶ σωφρ. ἐνδ. legitur. Poteris etiam huc referre Phil. 100, 91. αὐτῷ οὕτω, ubi nunc αὐτῷ est om. et 104, 110. ubi pro vulg.: διπλασίω ἂν, nunc διπλάσιον ἂν, et 96, 73. pro ἡδίω, οἳ, nunc prorsus aliter est scriptum. Evag. 202, 65. vulg. μείζω ἂν, nunc ἂν μείζω. Areop. 156, 84. vulg.: ἡγούμενος μὲν οὖν ἐγὼ, ἦν, nunc ἐγὼ μὲν οὖν ἡγ. ἦν legitur et Phil. 84, 12. vulg. ἐγὼ ἁπάσας habent, nunc ἁπάσας est omissum. Quo magis dubium est, an Isocrates §. 122. hiatum τῷ δ' ἤθει τῷ ἑαυτοῦ admiserit. Laur. τῷ αὐτοῦ habet. Videntur verba τῷ ἑαυτοῦ ab aliis esse addita, ita ut Isocrates δύναμιν et ἦθος Atheniensium ita sibi opponeret, ut diceret: copiis urbis hostes subegit, sed

moribus suis benevolentiam ceterorum conciliavit. Verum vidit Bekkerus §. 195. in verbis: *ψῆφον οἴσειν* [*διαπαλῶ*] *ὥστ'*: verbum *διαπαλῶ* uncis includens, et censens hoc verbum c. Urb. prim. man. esse delendum, quo delete supra *πρωῶ* in *ποιῶν* mutandum sit. Secuti sunt Bekkerum Baiterus et Sauppius. Similia vitia legebantur olim Paneg. 61, 97. *ὁρῶ ὅτι*, ubi nunc scriptum est *οἶδ' ὅτι*. Helen. 212, 23. *τοῦτ' εἰπεῖν ἔχω, ὅτι*, ubi nunc: *ἔχω — τοῦτ' εἰπεῖν ὅτι*. Panath. 269, 172. *λέγων τυγχάνω, οἷς*, nunc *τυγχ. λέγ. οἷς* et in Antid. §. 270. in verbis: *προτείνω οὐκ* nunc *προτείνω* est deletum.

Foedi sunt etiam hiatus, quos diphthongus *ου* facit, veluti in loco ex or. de Pace petito *ἐκείνου ἐρ'*, ubi Laur. *ἐκείνων ἐρ'*, id quod etiam Urbin. de Pace 168, 44. habet et in parte Paneg. hic repetita *αὐτοῦ ἡ*, quod in Paneg. 52, 57. legitur et ubi *αὐτῶν ἡ* esse scribendum supra ostendi. Referenda tamen huc etiam sunt §. 110. verba: *διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ*, quo in loco *δι' Ἰσθμοῦ* ab Isocrate scriptum fuisse arbitror. v. Dinarch. in Demosth. 92, 18. *εἰς Ἰσθμὸν*, Andoc. Myster. 17, 132. Lys. or. funebr. 195, 45., quamquam bene scio, Isocratem in Paneg. 59, 93. *τὸν Ἰσθμὸν* scripsisse.

Mutandus est ordo verborum 316, 29. in *καί μοι ἀνάγνωθι τὴν γραφήν*. Ante Orellium enim libri omnes praebebant: *καί μοι τὴν γραφὴν ἀνάγνωθι*, quod est praeferendum uti Ep. III, 411, 1. *καὶ τῶν σοὶ συμφερόντων ἐξ.* ex Urbin. est praelatum ordini vulgato: *συμφ. καὶ σοὶ ἐξ.* Aliter correcta sunt vulgata: Phil. 87, 21. *ἐμοὶ, ἀλλ'*, ex Urb. enim est editum *τοῖς ἐμοῖς, ἀλλ'*. De vitio quod in parte ex or. de Pace 188, 145. repetitum est *ἢ ἐγὼ*, dixi quid sentiam supra. Corrigendum est idem §. 251. ubi Laur. pro *ἢ ἐγὼ* habet *ἡγωνισμένων*, quod non dubito, quin ex *ἡγὼ* quod librario compendium scribendi esse videbatur, ortum sit, idque cum Baitero unice verum esse censeo.

Πολὺ ἂν, quod in hac orat. 317, 35. §. 170. 208. 214. 219. 225. legitur, non offendere saepius dixi, item *ὅτι ἂν* 314, 22. §. 106. 134. 164. 174. 201. 248. 346, 323. et in parte ex orat. de Pace (186, 134.)

ubi vulgo id omittunt, et ex Nicocl. 20, 38. Fortasse igitur 313, 17. ὅτι οὐδὲν ab Isocrate est profectum. Non raro etiam particula καὶ hiatum facit. Leges 312, 9. καὶ ὀγδοήκοντα, in parte ex Paneg. (60, 97.) repetita καὶ οὐδὲ. Deinde 343, 70. καὶ οὐ §. 90. καὶ εἰ. 101. καὶ οὐκ, ubi Ambr. et Vat. καὶ, quod ab Orell. ex Laur. et a Bekk. ex Urb. receptum est, omittunt, et ubi Isocrates οὐδ' et ante id v. ἐπεχείρησεν scripsisse videtur. 113. καὶ εἴκοσι. 185. καὶ ἔχειν. Sed quod §. 165. εἰ οἱ μὲν legitur, corrigendum esse videtur. Conjicio εἰ μὲν οἱ fuisse scriptum. Reperiebatur olim similis hiatus ad Nicocl. 23, 45. in εἰ ἐθέλοιμεν, nunc mutatum in εἰ θέλοιμεν et Paneg. 72, 151. ὡσανεὶ ἄνθρωποι, nunc ὡς ἂν ἄνθρωποι.

In aliis locis hiatus pausa defenditur, quae in pronuntiando fieri debet, ut in loco ex orat. ad Nicocl. 22, 38. ἐπετέλει. Ὧν et in parte ex Paneg. 55, 47. in καταλαλεῖσθαι. ὅμως. Non ita possunt excusari §. 129. Οἶμαι· οὖν, ubi Urb. corr. Laur. Vat. Ambr. et inde jam Orellius Οἶμαι δ' sequente ὑμῖν recte habent idemque etiam 313, 17. in δέομαι οὖν faciendum et δέομαι δὲ scribendum esse censeo.

Postquam igitur demonstravimus, Isocratem in publicis istis orationibus deliberativi generis, ad quas etiam oratio de permutatione non nomine quidem, sed re ipsa et scribendi ratione pertinet, ubique hiatum summa diligentia evitasse, et qui reliqui sint hiatus plerumque tollendos esse, de orationibus forensibus in eo sum ut nonnulla addam. Hoc quidem ex ipsa orationum forensium natura poterit concludi, eas simplicius et sermoni vulgari convenientius esse scriptas, qua de causa etiam hiatus minus erunt evitati. Ita hiatus qui invenitur sententia altera in vocali finita et altera in vocali incipiente facile tolerabitur, nam non legenti sed audienti scriptae sunt. Deinde hiatus post particulas istas καὶ, εἰ, ἤ, ὅτι, ὦ et similes non minus suam habebit excusationem, quia omnino ejusmodi hiatus, nisi prorsus artificiose formetur sermo, non facile possunt evitari.

Non igitur offendes in orat. de Bigis scripta, si legeris 347, 5. *γένοιτο· εἰδότες*. 349, 12. *ἐχρήσασθε· ἀξ* 15. *νομίζοιτε. Ἀναμνήσθητε*. 354, 36. *κινδυνεύοντες· οὐ* 355, 40. *ἐστερήθη; οὐ*. 356, 43. *ὑπάρχει; οὐ*. 357, 50. *δυνήσεται· ἐγὼ*. Quibus locis addere poteris 347, 4. *ἕνεκα, οἷ*. 349, 14. *ὠργίζεσθε ἢ*. 350, 17. *μετεπέμποντο, ἡγούμενοι*. 354, 38. *ἐπιβουλεύοντα, οὐκ*. 16. *ἔχοιτε, ὅτι*. 355, 42. *γένοιτο ἢ* ib. *διότι, ὁπόταν*. Neque 348, 10. in *καὶ ἐνίοτε*. 349, 15. *καὶ ὅτι—καὶ εἰς* et *καὶ ὡς*. 350, 19. *καὶ ὅτι*. 351, 22. *καὶ οὐκ*. 355, 41. *καὶ ἐξ*. 43. *καὶ οὐκ*. 356, 44. *καὶ ὧν*. 357, 50. *καὶ ἐν—καὶ ἐν*. Huc accedat 355, 42. *ἢ ἐχθρὸς* et 356, 43. *ἢ ἐμοὶ*.

Non tamen ferendum esse censeo 348, 10. *ὥστε οὕτως*. Vulgo enim omnino verba: *τοσοῦτον δὲ τοῖς ἐχθροῖς τῆς ὕβρεως περίεστιν, ὥστε* non habent, sed post *ἐστὶν* pergunt: *οὕτως δ'* fortasse verius, facile enim verbis istis ex Urb. receptis caremus. Certe *ὥσθ' οὕτως* scribendum erit. Cf. 348, 9. bis. 349, 14. 351, 23. 26. bis. 352, 27. 29. 354, 35. 355, 41. 356, 44. Corrigenda etiam esse censuerim 348, 8. *πατέρα ἐκ*, ubi *α* eodem jure elidetur, quo elisum est in *μητέρ'* Aegin. 394, 47. Idem statuo 349, 13. in *προάστεια ἐναπρίσατε*. 354, 38. *πρᾶγμα ὑπὸ* et 356, 46. *ἐγκλημά ἐστι*. Addas his 346, 14. *ἄξια ἐποίησαν*, ubi *ἄξι'* scribe et cf. Pseudo-Isocrat. Trapez. 360, 8. *ἄξι'*. Deinde 356, 45. in *τέτταρα ἔτη* et 46. in *τριάκοντα ἐκ* elide *α*, quod recte elisum est 349, 12. in *τριάκοντ'*. Conferre poteris etiam Paneg. 62, 106. Evag. 202, 64. et Aegin. 389, 22.

De eo quoque non dubito, quin 350, 19. in *ἐσεμνύνατο ἐπὶ* litera *ο* sit elidenda, quippe quae nunc elisa sit 347, 5. ubi olim *ἡγοῦντο οὐδὲν*, 6. ubi olim *φαίνοιτο ἐξαμαρτάνων*, 354, 30. ubi olim *εἵλετο ὑπὸ*, 355, 40. ubi olim *ἐποιήσαντο ἐκεῖνον* legebant. Si 348, 10. in verbis: *κατηγοροῦσι* [*καὶ διαβάλλειν*] *ἐπιχειροῦσιν*, ὡς verba a Bekk. inclusa et in Urbin. om. deles, quia sane otiosa sunt, pro *κατηγοροῦσι* scribendum erit *κατηγοροῦσιν*. cf. Phil. 89, 37. 112, 150. Sed 356, 48. in verbis: *δέομαι οὖν* ante

Coraëm δίομαι δ' οὖν scribebatur. Coraës autem docuit, hoc magis Aeliano quam Isocrati convenire. Equidem igitur putaverim neque δ' οὖν neque οὖν sed δ' scriptum fuisse. Quod 350, 21. πολὺ ἂν legitur, recte habet.

In Aeginetica item non offendes in hiatu, si pausa fit in loquendo. Excusabis igitur 385, 8. οἰκειότητα. οὐ. 387, 16. νομίζω· ἵνα 388, 21. ἀπέλαυσα· ἔχω. 389, 25. ἀδέοντσ. ἀλλ'. 391, 32. γένοιτο. ἐνθυμεῖσθε. 34. ἐβουλεύσατο; ὃς. 392, 38. ἐποιεῖτο. ἐδήλωσε. 40. γένοιτο; ἐπειδὴ. 41. ἕνεκα· οὐ. 43. διέθετο· οὐ. 393, 46. γενέσθαι; ὥστ'. 394, 48. ἀφαιρεῖσθαι. ἄξιον. 49. ἐπιμέλονται. ἵνα. His addantur 384, 1. Αἰγινῆται, οὕτω. 385, 6. συνεγένετο, ὧν. 386, 10. ἐγενόμεθα, οὐδέν. 11. ἐθεράπευσα, ὥστ'. 13. Αἰγινῆται, υἱόν. 387, 17. ἔχουσα, ἐγὼ. 388, 30. ἠγάπησα εἰ (interpone comma) ib. ἀποδημοῦντα, αὐτὸν. 389, 24. ἐθεράπευσα (,) ὡς. 26. διέκειτο, ὥστ'. 390, 31. ἀμφισβητοῦσα, ὥσπερ. 391, 34. καίτοι, ὦ. 392, 39. ὀλιγοψυχοῦντα, ἀπεκόμισα. 40. ζῶντα, οὕτως. 393, 44. εἴσθοιτο οἷα (interpone comma). ib. εἰσεποιήσατο, ὥστ'. 47. ἐξαπατηθῆτε, οὐ. ib. ἀδικήσετε, ἀλλὰ. 394, 47. προσγένοιτο ὥστ' (interpunge cominate). 50. βοηθοῦντα, ὅς.

Non magis offendes si 384, 1. 386, 13. et 387, 14. ὦ ἄνδρες legeris aut 386, 10. καὶ οὔτε. 12. καὶ οὐδεμίαν. 388, 21. καὶ ὅτι. 390, 32. καὶ εἰ. 392, 58. καὶ ὅτ' bis. 40. καὶ ἐκίνδυνεύε. ib. καὶ οὐδέ. 394, 49. καὶ οἱ bis, aut 387, 15. τί οὖν aut 18. 390, 29. 391, 32. 393, 44. πολὺ ἂν. Quibus addas ὅσῳ ἂν 390, 30. et πολλοῦ ἂν 393, 44.

Sunt tamen quibus jure offenderis, veluti 391, 37. in verbis: ὥστε Θρασύλοχος τε, εἰ, ubi vulgo ὥστε καὶ Θρασ. τε habent, Cod. Marcian. autem καὶ retinet sed τε omissit, quod ferri nequit propter sequ. ἐγὼ τ' εἰ. Tu igitur scribe τ' εἰ. Non minus emendandum est 384, 9. με εἰς ubi μ' εἰς scribendum et 386, 12. 13. 391, 34. conferenda sunt, et 393, 47. ἐμὲ ἀδικήσετε, ubi ἐμ' scribe et confer Trapez. 363, 23.

Corrigendi etiam sunt quos litera α facit hiatus, quales sunt 385, 8. σφόδρα ἠγάπησε, ubi cf. 392, 39. de

Big. 349, 14. 351, 26. (ubi vulgo σφόδρα ἐπιστεύθησαν legebatur) 354, 37. Deinde 384, 6. γνήσια ἐνόμιζε 390, 28. εὐδιήγητά ἐστιν. 30. δεινότερα ἐξαμαρτεῖν. 394, 50. δίκαια ἥκω erunt corrigenda et in iis eodem modo α elides, quo est elisum in ἡμιόλ' Trapez. 362, 19. in ἐναντί' 368, 42. ut taceam de ἄξι'. Accedant his 385, 3. ζῶντα ἐξήμαρτεν. 390, 28. δεηθέντα οὐκ, nam ἔχονθ' legis nunc (olim hiatus aderat) Paneg. 49, 42. λείποντ' Evag. 189, 1. λέγονθ' Panath. 236, 19. ἀντιστρατηγοῦντ' de Big. 352, 30. παραδόνθ' Epist. IV, 415, 10. Quod autem 388, 21. nunc εἰρημένα ἐστὶν scriptum est, ne proba, aptius videtur quod vulgo et in Marcian. legitur: τὰ μὲν τοίνυν εἰρημένα ταῦτ' ἐστὶν, ut sententia sit: quae igitur dicta sunt, haec sunt, in quibus periculum quidem subii etc. Paulo difficilius judicium est 390, 31. de verbis: διαλιποῦσα ἦλθεν, qua quidem in forma num α elidatur, dubitari possit, quia hujus elisionis non aliud in Isocrate legitur exemplum ac πιέζουσ' ἄν, quod in Antid. §. 164. in uno Vatic. codice reperitur. In Demosthenicis tamen cum ejusmodi reperiantur elisiones, hic quoque eam adhibendam esse duco. Sed si 384, 6. μητέρα ἐν. 7. πατρίδα ἐπόθεσεν. 386, 12. ἐλπίδα εἶχε. 388, 22. Τροιζῆνα ἐλθόντες. 389, 22. μητέρα οὐδὲ. 392, 42. θυγατέρα ἀποστερουμένην. 393, 46. θυγατέρα ἐξέδωκεν est scriptum, α elidas et conferas 387, 17. et 394, 47. ubi olim μητέρα αὐτῶν, nunc μητέρ' αὐτῶν, deinde 384, 6. ubi vulgo παιδάρια ἀπέδειξαν, nunc παιδάρι' ἀπ. est editum. Corrige etiam 384, 6. ἃ ἐκεῖνος et scribe ἃ κεῖνος, hac enim forma Isocratem post vocalem uti supra docui. Τὰ αὐτὰ autem 393, 43. muta in ταὐτὰ et cf. 394, 51. Lochit. 396, 4. ubi vulgo etiam τὰ αὐτὰ legebatur, Callim. 380, 46. Si denique 385, 10. nunc ἡμᾶς αὐτοὺς ἡγούμεθα ἢ pro vulg. ἐποιούμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς ἢ est editum, scribas ἡγούμεθ' et conferas Callim. 377, 30. add. Paneg. 64, 112. de Pace 171, 62. 177, 93. Plat. 297, 6.

Litera ο facit hiatum 386, 8. ἠγάγετο ἀνεψιὰν, sed vulgo et in cod. Marc. habent ἠγάγετο τὴν ἀνεψιὰν, quod

defenditur loco 393, 46. ὅστε γῆμαι καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἀνεψιάν. 390, 27. ubi nunc legitur: ὃ ἐμοὶ, vulgat. ὅ μοι, quod etiam in Marc. est, praeferendum esse duco.

Maxime autem offendes in eo, quod 386, 11. φθόῃ ἰσχόμενον est scriptum, non solum quia Isocrates verbum ἴσχειν non amat, sed etiam quia aoristus exspectatur propter sequ. ἀσθενήσαντα et γενόμενον. Mihi igitur σχόμενον legendum esse videtur. 390, 32. in verbis μᾶλλον ἐβουλήθη ἤ c. libr. vulg. et Marc. μᾶλλον pone post ἠβουλήθη (ita vulg. pro ἐβουλήθη cf. §. 39.). Si 392, 39. pro τοῦ ἐμαυτοῦ vulgo et in Marc. τοῦ ἐμοῦ legitur, equidem τοὐμοῦ scribendum esse censeo cf. de Big. 351, 26. Verba 392, 38. τῷ ἀδελφῷ fortasse delenda sunt, cum 385, 9. et 11. id satis jam sit dictum. Cf. etiam 388, 20. ubi Sopolis nude est nominatus. In hac autem orat. omnino Urbinas non eum se praebet codicem optimum, quem in ceteris deprehendimus orationibus. Reliquum est ut 394, 51. verba δέομαι οὖν commemoremus, quorum loco δέομαι δ' ab Isocrate scriptum fuisse videtur.

Multo pauciores hiatus in orat. in Lochitem, quae hac in re proxime accedit ad orationes deliberativi generis ceterasque Isocratis orationes, reperiuntur. Post interpunctionem habes hos: 398, 15. ὠφελεῖτε, ὅταν—κολάζητε, ὑμῖν βοηθεῖτε. ὧν. 18. καταστήσετε. ἔστι. Ceteri qui leguntur sunt tollendi. Sic 393, 1. τοῦτο οὐχ mutabis in τοῦτ' οὐχ, uti ib. τοῦτο ἐξαμαρτάνοντας mutatum est in τοῦτ' ἐξ. Cf. 397, 8. et 398, 19. ubi pro vulgat.: τοῦτο ἀποβλέψας nunc τοῦτ' ἀποβλ. est editum. Deinde 398, 4. τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσιν corrige et confer Aegin. 388, 21. 390, 29. 394, 48. Callim. 381, 57. Paulo difficilius emendatu est quod ibid. ταὐτὰ ἐκείνοις (vulgo male τὰ αὐτὰ ἐκ.) est scriptum. Tamen non dubitaverim, quin in ταὔτ' sit corrigendum, quod Callim. 379, 43. omnes libri tuentur, uti nunc Aegin. 388, 18. αὖτ' ἀπολωλέναι est editum. — 397, 11. restat σώματα ἐξαμαρτάνοντας, quod 15 in σώματ' αἰκίας bene est correctum. Quod

porro 399, 21. *οὐδὲ ἀλλοτρίους* legitur, corrige collat de Big. 348, 8. 349, 14. 350, 19. bis. 352, 29. 353, 33. 34. 355, 43. 356, 44. quater. et Aegin. 388, 20. 389, 25. bis. 390, 28. 31. bis. 391, 34. Denique idem de verbis: *καταγνῶτε ἱεροσυλίαν* 396, 6. dicendum est. Correcta enim nunc sunt 397, 9. *λάβητε ἐν* in *λάβητ' ἐν*. 398, 19. *ἀτιμάζοιτε, εἰ* in *ἀτιμάζοιτ', εἰ*. 399, 24. *πεισθῆτε, οὕτω* in *σωφρονῆθ', οὕτω*, ubi si apostrophum retines, debebis comma delere, mihi tamen his in locis *ἀτιμάζοιτε* et *σωφρονῆτε* praeferendum esse videtur. Recte autem 399, 21. *ἡγήσεσθε εἶναι* in *ἡγήσεσθ' εἶναι* est mutatum et 398, 17. pro vulgato: *ἱκανὴν ἡγῆσθε εἶναι* ex Urb. *νομίζηθ' ἱκανὴν εἶναι* est receptum.

In Callimachea, quae ex Urb., in quo non est, non poterat a Bekkero emendari, ea ipsa de causa plures adhuc relicti sunt hiatus, qui tamen ita sunt comparati, ut aut facile excusari aut corrigi possint. Excusari possunt ii, inter quos interpungitur, veluti 371, 4. *πραχθέντα· ἐὰν*. ib. *ὀρχιεῖσθαι. Ἤρχον*. 372, 5. *γίγνεσθαι· ἐκεῖνον*. ib. *Πειραιεῖ· ἀμφισβητοῦντες*. 6. *ἐποιεῖτο· ὁ*. 7. *ἠτιᾶτο· ἅπερ*. 374, 14. *διεφέρετο· ἔπειτ'*. 15. *δεδωκέναι· ἀξιῶ*. 16. *δίκαια· εἰ*. 375, 18. *ἐγένετο. Ὡς*. ib. 19. *νομίζω· ὡς*. 376, 24. *ἐάσετε· ὁ*. 26. *ἀφήσετε· ἀλλ'*. ib. *ποιήσατε. Ἐνθυμεῖσθε*. 28. *χρώμενοι· ὥστε*. 31. *αἰτιάσαιτο· ὥστ'*. 34. *παραβήσεσθε· ὥστε*. ib. *ψηφίσασθαι. Ὡς*. 378, 36. *κολάζετε. Ἐγὼ*. 37. *ἀποδέιχοισθε· ἔπειτα*. 379, 40. *νομίζεσθαι· ἐπεὶ*. 41. *ἐξέσται· ἐνθυμεῖσθε*. 379, 42. *ποιήσετε· εἰ*. 380, 46. *εἶναι· ὥστ'*. 49. *διῃτᾶτο· ὥστ'*. 51. *γένοιτο; ἐν*. 56. *δοκεῖ; ἢ*. 383, 67. *ὀφείλοιτο· ἦν*. His accedant 371, 2. *ἐπιδεῖξαι ὅτι*. ib. *ἔθεσθε, ἂν*. 3. *κινδυνεύοντα, ἐμαυτὸν*. 4. *μάθητε, ὡς*. 7. *ταῦτα, ἐπειδὴ*. 9. *ἐποιεῖτο ὡς*. 373. 12. *ὅτι, εἰ*. ib. *ἐγράψατο, ὡς*. 374, 14. *δὲ, εἰ*. ib. *ἐπράξατο, οὐ*. 15. *νομίζει, ὅτι*. ib. *δὲ, ὅσονπερ*. 16. *δὲ, εἰ*. 17. *τριάκοντα, ὁ*. 375, 21. *δικασταὶ, οὕτω*. ib. *ἑαυτοῦ, ὥστε*. 23. *διαπράττεσθαι, ἀλλὰ*. 376, 25. *εἰ, ὅτε*. 26. *δὲ, ὃς*. 27. *δὲ ὅτι*. ib. *οἴσετε, ἅς*. 28. *πυριζόμεθα ὧν*. 378, 35. *πείσεται, εἰ*. 40. *ἀπολογήσεται, ἀλλ'*. 42. *δὲ, εἰ*. 44. *πεπείρασθε, ὥστε*. 380, 46. *πολιτευόμεθα ὥσπερ*.

51. συνῆχθησθε, ἀλλὰ. 56. λέγοντε, ὃς. 381, 57. ψευδόμεθα, ὅρκιον. 61. Λυσάνδρου, εἰ. 383, 64. παραχρῆμα, ἀλλ'. 65. καταγνοίητε, οὓς. ib. ἐστεφανώσατε, ὅτ'.

Defendi etiam possunt 371, 1. καὶ ἄλλοι. ib. ὅτι οὐκ. 373, 10. καὶ ὅτι. ib. τί ἂν. 13. καὶ ὡς. 374, 15. εἰ αὐτὸν. ib. ὅτι οὐκ. 375, 21. ὦ ἄνδρες. ib. καὶ εἰ. 22. καὶ ἡ. 23. καὶ Ἄνυτος. 376, 24. καὶ οὐχ. ib. εἰ ἐπὶ. 377, 33. ὁ ἀγών. 378, 35. καὶ εἰ. 39. καὶ εἰς et καὶ ὃν. 379, 40. τὰ ἀπολωλότα. 380, 54. καὶ ἀγαγόντες. 381, 56. ἢ ὅστις' et ib. τί οὐκ. 384, 68. ὅτι ἑτέρας. Quo etiam referendum erit 374, 18. δοκεῖ ἄν.

Restant igitur hi hiatus in δὲ: 371, 1. δὲ ἀνάγκη. 2. δὲ ἄρχοντας. 372, 5. δὲ ἐχθρός. ib. δὲ αὐτοῦ. 7. δὲ εἰς. 373, 14. δὲ ἐνθυμεῖσθε. 374, 14. δὲ αἰτιώμενον. 16. δὲ οὐδένα. 17. δὲ ἀδικηθῆναι. 375, 19. δὲ οὐκ. 21. δὲ οὗ. 23. δὲ ἀπεστερημένοι. 376, 25. δὲ οὕτω. 378, 36. δὲ οὔθ'. 380, 46. δὲ εὐδαιμονέστατοι. 48. δὲ οἱ. 53. δὲ ὃ. bis. 382, 58. δὲ ἐμαυτοῦ, qui quin corrigendi sint non dubitabis, si ex tota sermonis conformatione intellexeris, scriptorem hiatum evitasse atque si consideras, quot in vulgatis libris etiam in Panegyrico similibusque orationibus olim Urbinate nondum collato sint lecti hiatus. Conferas exempla ex hac orat. 371, 3. 4. (ubi antiqu. exempla δὲ ἐξ). 372, 6. bis. (antiqu. exempl. δὲ ὡς et δὲ εἰς). 8. 373, 10. 11. bis. 12. 374, 15. bis. 16. 17. bis. 375, 20. (ant. δὲ ἔχων). 376, 27. (ant. δὲ ἔχουσι). 28. 377, 30. 32. 34. (antiqu. δὲ ὃν, tu scribe δ' ὃν commate deleto) 35. (ant. δὲ ἐν). 37. (ant. δὲ οὗτος). 40. 380, 49. (ant. δὲ ἐξῆλθεν). 381, 52. 382, 58. (ant. δὲ οὐ). 60. 383, 64. bis. 65. 66. bis. 67. 384, 68. (antiqui libr. δὲ ἡμετέραν).

Idem censeo de locis 372, 7. ὥστε ἁπάντων. 373, 14. ὥστε οὐδέν. 375, 21. ὥστε ἡγεῖσθαι. 376, 28. ὥστε ἅπασι. 34. ὥστε οὐκ. Quomodo corrigenda sint, intelliges ex 376, 25. 377, 32. 378, 37. 380, 47. 48. 49. 381, 54. (antiqu. ὥστε ἑπτακοσίων). Idem est statuendum 373, 13. ποτε ἐπέτρεψε, nam ε in ποτε esse elidendum disces de Big. 356, 45. Aegin. 384, 1. Lo-

chit. 396, 5. Idem est faciendum 374, 16. in μήτε. Confer Aegin. 387, 16. 391, 35. atque 374, 17. in ὅτε ἐξεβίβηντο, collat. 383, 65. de Big. 349, 15. Aegin. 392, 38. 39. bis. Lochit. 396, 4. bis. Addas his etiam ut corrigenda 376, 27. πώποτε οὔθ' et 383, 64. πώποτε ὑπέρ, ad quae confer Aegin. 386, 10. 389, 24. 390, 30. 391, 37., item 379, 41. γε αὐτόν, cujus elisionis exemplum videbis 379, 44. Denique huc referas ex 377, 33. με ὑπερβάλλειν. Vide quae supra ad Aegin. sunt dicta.

In verbis haec habes: 376, 24. ἀναγκάζετε εἶναι. 378, 40. ἀξιοῦτε αὐτόν. 383, 61. ἐψηφίσασθε ἡμᾶς. Similia vide supra.

Litera α ante vocalem legitur 379, 41. in τάχα ἀντειπεῖν, de cujus verbi elisione vide Areop. 154, 71. de Pace 170, 57. Panath. 263, 149. Paneg. 44, 18. 75, 163. Phil. 90, 39. Epist. IX. §. 15. Item 380, 54. in ἵνα ἦν et 383, 67. in ἵνα ὀλιγαρχίας elide α et confer 371, 3. 380. 51. 383, 66. Idem fac 372, 5. in δέκα οἱ collat. Aegin. 390, 31. ubi nunc δέχ' ἡμέρας est. Accedant his 372, 6. δημόσια εἶναι. 374, 14. μεγάλα ἐγκαλῶν et ὀλίγα ἐπράξατο. 376, 26. δίκαια οὔτ' et ἄξια ὑμῶν. 379, 43. δίκαια εἰπεῖν; quo etiam 373, 10. μικρὰ ἀναλώσαντι et 382, 60. λοιπὰ ἀποκρυπτομένων refero, quamvis harum elisionum exempla in Isocrate non leguntur. Minus dubitabis 375, 18. in μηδένα ἠξίωσα, collat. item Phil. 90, 41. Panath. 262, 144. et Aegin. 384, 1., minus etiam de ταῦτα ἠξιώκασιν coll. 373, 12. 375, 19. 379, 41. Adde his: 373, 12. καταστήσαντα ἀμφοτέροις. 374, 14. συκοφαντοῦντα οὐδέν. 375, 22. ἔχοντα ἀπολογήσασθαι. 379, 41. πράττοντας; ἐπιδεῖξαι. 382, 60. παρόντα ἀθύμως. Denique in nominibus legitur 373, 11. μάρτυρα ὡς, ubi in libris omnibus μάρτυρας est, sed Bekk. recte μάρτυρα (melius tamen μάρτυρ') et in iis quae deinde sequuntur ἐκείνῳ dedit, quia 374, 15. scriptum est: τῷ μάρτυρι φανερός ἐστιν οὐδ' ἐπεξελθεῖν ἀξιώσας. 377, 33. τίμημα ἱκανόν et 378, 40. χρήματα εἴληφα facile corriges. Difficilius tamen est judicatu 374, 14. et 15. de δίαιτα οὐ et 16. δίαιτα ἐγγύ-

ται et 379, 44. ὁμόνοια ἀγαθὸν, quia talis elisionis exemplum ex Isocrate afferri nequit, quamquam causa non est, cur hic α elidi nequeat. Non minus etiam ejusmodi elisiones rariores sunt, quales fieri debent 375, 20. πεποίηκα οὔτ' et 378, 40. in πεποίηκα ἐξελέγχειν. Conferri tamen possunt in Aegin. 388, 20. συνεξεκόμισ' αὐτῷ et 388, 18. ἐξεκόμισ' αὐτοῖς ut taceam de ἀφῆκ' αὐτὸν quod nunc Trapez. 364, 28. exhibetur.

In litera ο hiatus est 374, 15. et 377, 34. in ἄλλο οὐδὲν, quod in ἄλλ' corrige, coll. 374, 15. Soph. 292, 9. et Plat. 300, 19. Non minus corrige 377, 34. δύο ὅρκους. Similem elisionem repcries Panath. 253, 100. in δὔ ἤ. Denique ο elide 372, 9. in ἐποιεῖτο ὡς et 377, 31. in δύναιτο οὔτ'.

Restat autem unus tantum gravior hiatus non excusandus 383, 68. in verbis: κύριαι ἐγένοντο. At quid in Laur. sit, non liquet, in antiq. libr. usque ad Coracm legebatur κύριαι γένοιντο, quod propter sequens καταστασθεῖεν praeferendum esse duco. Quod 378, 40. μὴ ἐκείνων est scriptum ex usu Isocratis in μὴ κείνων erit mutandum.

Sed auctores Trapezitici et orationis in Euthynum minime a gravibus hiatibus abstinuerunt. Leges enim in Trapz. 359, 7. μὴ εἶναι. 363, 22. μὴ ὑπὸ et 366, 39. nunc certe μὴ εἶναι, antea μηδὲν εἶναι erat scriptum. Leges porro Trapez. 362, 18. ἐπειδὴ ἤλθομεν. Euth. 400, 2. ἐπειδὴ οἱ. Trapez. 359, 5. τῇ ἀρχῇ. Euth. 400, 4. ἀνάγκη ἐκ. 402, 11. ᾗ οὕτως. 403, 19. τῇ Εὐθύνου. Porro Trapez. 369, 54. ἠβουλήθη εἰκάζειν. Euth. 401, 5. ἐπήρθη ἀδίκως. 402, 11. διενοήθη ἀδικεῖν. 403, 18. χρὴ ἀδικεῖν. Ib. 400, 1. λέγω ὑπὲρ. Trapez. 370, 56. ἐγὼ οὖν. 362, 19. πορρωτάτω ἀπὸ. ib. αὐτῷ ἐξείη. 360, 11. Σατύρῳ οὕτως. 362, 20. et 363, 25. Σατύρῳ ἀποδοῦναι. 366, 37. αὐτῷ ἀποδώσει. 360, 11. τῷ αὐτοῦ. 365, 34. ᾧ ἠδύναντο. Euth. 400, 3. χρόνῳ ὕστερον. 4. νομιζομένῳ οὐδεὶς. 402, 13. δυναμένῳ ἐξῆν. Accedant ex Trapez. 359, 6. εἶναι ἐπιστείλαντος. 360, 10. εἶναι ἡσυχίαν (vulg. εἶναι om.) 363, 23. συμπλευσεῖσθαι οὔτ'. 25. ῥηθῆναι ὑπ' et ex Euth. 400, 2. διηγήσομαι ὑμῖν. 5. οἶμαι οὖν, non minus in

Trapez. 361, 16. *βιωσονται αὐτοὶ*. Euth. 403, 19. *ἐδόκει αὐτῷ*. 400, 3. *καίτοι οὕτω*. Trapez. 365, 32. 37. et 367, 41. *μοι ἀνάβηθι*, deinde 366, 36. nunc *μοι ἐνθάδε*, vulgo *ἐνθάδε μοι*. 44. *μοι ἐγένετο* (Urb. *κατέστη*). 369, 52. *μοι ἀνάγνωθι* et 361, 12. *αὐτοὶ ἐφανέσαμεν*. Euth. 400, 2. *ἐχθροὶ ἐκ*. 4. *ὁπότεροι ἀληθῆ*. 400, 7. *δανεισάμενοι ἠναγκάζοντο*. 403, 21. *ἐπιτήδειοι ἀκηκοότες*. Addas denique ex Trapez. 360, 10. *τούτου ἀπεστερῆσθαι*. 11. *αὐτοῦ υἱεῖ*. 362, 17. *μου εἰς*. 363, 21. *μου ἀπαλλάττειν*. 366, 38. *ἐμοῦ ὀφείλειν*. 367, 43. *κινδύνου ἀπιὼν* et 361, 13. *ἠξίου αὐτὸν*. Ex Euth. 400, 2. *ἀργυρίου Εὐθύνῃ*. 3. *τρίτου ἔξαρνος*. ib. *πολλοῦ ἐποιεῖτο*. 401, 7. *μόνου ἔλαβεν*. 403, 19. *Εὐθύγον ἀπολογίαι*. 22. *τοῦ ἀριθμοῦ ἀφαιρῶν*.

Quibus ex locis, ad quos nolui eos adscribere, in quibus hiatus apostropho possit tolli, clare quidem perspicies, his in orationibus hiatum non esse evitatum, sed quanam de causa, si Isocrates eas scripsit, orator receserit a genere scribendi consueto, non tam est perspicuum. Eum omnino in orationibus forensibus hiatum non evitasse, nemo dicet, qui ceteras forenses perlegerit. Neque facile quis dixerit, cur in Lochit. quae est causa privata, aliud genus scribendi sit secutus, quam in Euthyn., nisi hoc est allaturus, ceteras orationes forenses ab Isocrate in usum scholae, non fori, sed hanc utramque revera in usum fori esse scriptam. At conferas quae ipse Isocrates initio Panathen. dixit: *Νεώτερος μὲν ὢν προὐῤῥούμην γράφειν τῶν λόγων οὐ—τοὺς ἁπλῶς δοκοῦντας εἰρῆσθαι καὶ μηδεμιᾶς κομψότητος μετέχοντας, οὓς οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας παραινοῦσι τοῖς νεωτέροις μελετᾶν, εἴπερ βούλονται πλέον ἔχειν τῶν ἀντιδίκων, ἀλλὰ πάντας τούτους ἐάσας*. — Adde, quae Dionysius in Jud. de Isocr. c. XVIII. habet: *μηδεὶς δ' ἀγνοείτω ὑπολάβῃ μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς, ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος, ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς Ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται, μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι· μηδ' ὅτι δέσμας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης. ἐπίσταμαι γὰρ*

ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα· καὶ οὔτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ψυχαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ, οὔτ' Ἀφαρεῖ τούτου γ' ἕνεκα λόγον εὐπρεπῆ πλαττομένῳ συντίθημαι· ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει, καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο, πιστεύω, γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέντοι πολλούς. — Si deinde orationum naturam et dicendi genus consideras, intelliges neque Trapeziticum neque or. in Euthynum usui fori satis convenire. In Trapezitico enim eodem Dionysio teste, qui tamen non dubitat, quin Isocrates has orationes non solum ipse scripserit sed etiam vero fori usui: εἰς δικαστήρια, quod equidem potius de genere orationum omnino intellexerim: ἡ περίοδος ἐκμεμύηται καὶ περὰ τοῦ δικανικοῦ τρόπου καὶ ἡ σύνθεσις ἔχει τι τοῦ ποιητικοῦ, τότε σχῆμα τῆς λέξεως ἐκ τῶν ἐπιδεικτικῶν εἴληπται παρισώσεων καὶ παρομοιώσεων. — Quin ex ipsa scriptoris indole minime litibus et contentionibus forensibus apta (v. vitam Isocr. a me script. et Westermann. Hist. Eloqu. gr. p. 78.) idem poteris concludere quod ex orationibus, has orationes uti de Bigis et Aegineticam discipulis in eloquentia instituendis esse scriptas. Sed Isocratem contenderim ne potuisse quidem in ejusmodi oratione uti Trapezitica et in Euthynum scribenda tam foedos hiatus admittere, quippe qui consuevisset in aliis orationibus et adeo in epistolis eos fugere. Inde Trapeziticum et certius etiam orationem in Euthynum, qua quidem in oratione etiam tota brevium sententiarum conformatio non Isocratea est (νόημα γὰρ ἐν νοήματος εἰς περιόδους ἰσοχώλους τελευτᾷ, quae verba sunt Philostrati in Vit. Soph. I, 503. hanc orationem valde laudantis,) non ab Isocrate scriptas esse arbitror. Huc accedit, quod Aristoteles quidem Rhetor. II, 19. orationem in Euthynum affert, sed verba (Ἰσοκράτης ἔφη δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν Εὔθυνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὑρεῖν), in oratione, qualem hodie habemus, non reperiuntur.

In Epistolis magna cum diligentia hiatum evitatum

videbis. Ita in Epist. 1. ad Dionysium hos solos legesis 404, 1. δὲ οὐ, qua de ellsione cf. 404, 2. 405, 4. quater. 7. 406, 8. 10. Deinde 406, 9. πολὺ ἂν et 404, 1. καὶ ὁ, ubi tamen articulus ex Urb. Ambr. et Helmst. c. Bait. et Saupp. delendus est. V. Epist. VIII, 425, 4. τοὺς εὐδοκιμοῦντάς τι παρὰ τοῖς ἄλλοις καὶ μετασχόντας. In Epist. II. ad Philippum male adhuc legitur: 411, 23. δὲ ἀνάγκη, nunc tamen a Bait. et Saupp. ex Ambr. in δ' ἀν. mutatum. Simile vitium 410, 16. in verbis δὲ οὐδὲν jam a Bekkero erat correctum. Sed quod 408, 10. ap. Bekk. μηδὲ ἐξ est editum; id ex Ambr. a Bait. et Saupp. apostropho posito est correctum. Videbis simil. 408, 9. et 10. bis. Non offendes 409, 15. in ὅτι ἂν, quod nunc pro vulgato ἃ ἂν legitur, neque 408, 6. improbabis, quod verba: καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς συμπιπτούσας ἐπανορθοῦν δύνῃ. ante Ἰδοις ex Urb. sunt addita, cum vulgo absint. Sed 409, 12. μὴ ἐγὼ ferendum erit, nisi forte ἐγὼ μὴ scriptor dederat. In Ep. III. ad Philippum restat 412, 3. οὔτε ὠφελιμοτέρων, cum ib. vulgatum οὔτε ἐν a Bekk. mutatum sit in οὔτ' ἐν, cujus loco Saupp. conjecit οὐδ' ἐν. Ibid. 5. nunc ὅτι ἂν pro vulg. ὃ ἂν legitur. In Epist. IV. ad Antipatr. leges apud Bekk. 415, 12. τε ᾗ, sed ᾗ ex Urb. et Ambr. cum Bait. et Saupp. erit delendum et 416, 13. in verbis: ἑνὸς μόνου ἐφρόντισα pro μόνου scribi possit μόνον et 414, 4. in verbis: καὶ εἰπεῖν καὶ βουλεύσασθαι οὐδενὸς ἧττον pro οὐδενὸς conjici μηδενὸς, uti Ep. VII, 422, 5. nunc pro vulg. ὥστε οὐδένα αὐτοῖς τολμᾶν legitur: ὥστε μηδένα τολμᾶν αὐτοῖς. Sed equidem omnino dubito de hujus epistolae scriptore, qui post tempus, quo Antipater Macedoniae praeesse coeperat, vixisse videtur. Ibidem tamen quod ex Urb. pro vulgato: καὶ σύμβιον ἁπάντων nunc receptum est: καὶ συνημερεῦσαι καὶ συμβιῶναι ἁπάντων non probabis, sed cum Bait. et Saupp. Ambr. auctor. pro ἁπάντων scribes πάντων. Neque §. 6. c. Bekk. Urb. auctor. scribes: δύνασθαι διαμεῖναι, αἱ pro Cor. et Matth. ποιεῖν διαμένειν seu pro Aug. et Lang. δύνασθαι ποιεῖν δυνατὰς, omissa praepositione δια ante τοὺς ἀεὶ-προαιρ.

Wolfius habet: *δύνασθαι ποιεῖν δυνάμεις*. At *ποιεῖν* quod vulgo addiderunt, eodem ex fonte ortum esse videtur, quo in iis quae sequuntur: *σώζειν δύνασθαι* pro *σώζεσθαι*. Exciderat enim praepositio *διὰ* ante *τοὺς—προαιρ.* Qua addita recte in sequ. *σώζεσθαι* et recte hoc in loco *δύνασθαι διαμένειν* legetur. Non offendit 415, 12. *ὅτι ἂν* et ferri etiam poterit 414, 4. *καὶ εἰπεῖν*. In Ep. V. ad Alexandrum non male quidem 416, 2. post *συνδιατρίβων* ante *οὐκ* additum est *τε*, sequitur enim *συμβάλλων τε*, sed *τ'* scribendum fuisse facile concedes, uti 416, 1. non *μήτε*, sed *μήτ' ἀσπάσομαι* scribatur. In Epist. VI. ad Jasonis filios 420, 14. pro *με οὐ* scribas *μ' οὐ*, et 417, 1. ex *ἐρωτήσαιτε* (vulgo: *ἠρωτήσατε*) *εἰ* fac *ἐρωτήσαιτ' εἰ*. Sed 420, 14. pro *τὸ ἐμαυτοῦ* scribe *τοὐμαυτοῦ* et cf. Panath. 281, 232. Denique 420, 13. cum Bait. et Saupp. ex Cod. Helmst. in verbis *ἢ ὁ* dele articulum, quo de usu supra locutus sum. In Ep. VII. ad Timoth. 422, 4. adhuc legitur *τε ὡς*, quod corriges. Sed 423, 11. offendent et offenderunt etiam verba: *περί τε γὰρ τὰς διατριβὰς τὰς αὐτὰς γεγόναμεν καὶ τῇ τέχνῃ πολλάκις τῇ αὐτοῦ κέχρηται*, ubi articulum ante *τέχνῃ* Matth. ex Helmst. recepit, *πολλάκις* ex Urb. est additum et pro *αὐτοῦ* Coraës *αὐτῇ* scribi voluit. At ego altero articulo *τῇ* ante *αὐτοῦ* cum Baitero deleto verba ea vi dicta esse censeo: ego saepe arte ejus utor et delector. Paulo supra ne offende 423, 9. in *γενομένῳ*. *Ἔτι*. In Epist. VIII. ad Mytilenaeor. magistr. scripta 424, 1. corriges *ὑπὸ Ἀγήνορος* et ib. in *οἱ Ἀφαρέως* scribendum videtur *οἱ μὲν Ἀφ.*, sequitur enim *νἱιδεῖς δ' ἐμοί*. Vide quae de diligentia Isocratis hac in re disputavi ad Areop. 184. Feres autem 426, 9. *καὶ ὑπὲρ*. In Ep. IX. denique ad Archidamum corriges §. 16. *δὲ οὕτως*, uti Bait. et Saupp. Ambr. auct. fecerunt et Bekk. §. 2. *δὲ ἐποιησάμην* correxit. §. 10. muta *ὥστε ἅς* in *ὥσθ' ἅς*, uti §. 16. *ὥστε, οἶμαι* nunc correctum est in *ὥστ οἶμαι*. Cf. etiam §. 14. Sed §. 1. non offendes in *ὦ Ἀρχίδαμε*. In Ep. X. ad Dionysium habes quidem haec vitia §. 2. *ἀφήρησαι· οὕτω.* ib. *κινήματα ἐκστῆναι* et *ἀγνώμονα, ἄφνω*, quae tamen

non offendent, cum sit non Isocratis, sed Theophylacti epistola. Vid. Bait. et Saupp. praefat. ad Isocr. p. VI.

Ex iis igitur, quae hic pluribus verbis de hiatu in Isocratis orationibus et epistolis disputata sunt, id patebit, Isocratem in orationibus demonstrativi et deliberativi generis, uti etiam in epistolis hiatum summa cum diligentia evitasse et quae ex orat. ad Demonicum et epist. IV. et X. poterant opponi, potius fidem facere sententiae, epistolas has non esse Isocrateas, orationem autem ad Demonicum certe multis alienis sententiis esse auctam neque ita, uti nunc eam habeamus, ab Isocrate profectam. In orationibus judicialis generis denique Isocratem ita esse versatum intelliges, ut hiatum quidem fugeret, sed non multum studii in eo poneret, ut ne in sententiarum fine vocalis esset, quam in altera sententia vocalis exciperet; minus etiam studii in eo, ut ne particulae quaedam necessariae, uti etiam articulus, hiatum efficerent; minimum denique studium in eo, ut ne apostrophus frequentius adhiberetur et quaedam terminationes verborum breves saepius eliderentur. Quae autem ex orationibus Trapezitica et in Euthynum poterant afferri exempla foediorum hiatuum, ea ita esse explicanda demonstrare conatus sum, ut omnino has orationes Isocrateas esse negarem, certe a tollendis his et aliis hiatibus in illis orationibus omnino abstinendum esse ducerem.

Quod autem singula attinet, maxime ad doctrinam de elisione et crasi pertinentia, ea maximam partem sunt jam significata. Facile certe ex exemplis partim supra allatis poterit demonstrari:

Literam *α* elidi in praepositionibus *διὰ*, *κατὰ*, *μετὰ*, *παρὰ* et *ἕνεκα* (v. Areop. 150, 53.) deinde in particulis: *ἀλλὰ*, *ἄρα* (de Pac. 162, 19. et saep.) *ἄρα* (ib. 172, 66. et saep.) *εἶτα* (Paneg. 64, 113.) *ἔπειτα* (Evag. 196, 38.) *ἐνταῦθα* (ad Nicocl. 16, 9.) *ἵνα*, *σφόδρα* et *τάχα*. Tum in adverbiis: *ἄριστα*, *ἥδιστα*, *ἥκιστα*, *κάλλιστα*, *μάλιστα*, *πλεῖστα* et *τάχιστα*. In numeralibus *δέκα*, *ἑβδομήκοντα*, *πεντήκοντα*, *τριάκοντα*, quibus ex ad-

jectivis accedant τρία (Paneg. 69, 140.) et διακόσια. In pronominibus ἄττα (Nicocl. 36, 47.) αὐτὰ, ἅπαντα (Plat. 291, 1.) πάντα, οἷα (Nicocl. 39, 63.), ὅσα, ποῖα (de Big. 355, 39.) σφέτερα, ταῦτα, τηλικαῦτα, τοιαῦτα, θάτερα (Paneg. 69, 139.), πότερα (Antid. §. 218.), πολλὰ, πλεῖστα, μέγιστα (Paneg. 55, 74.). In nominibus substantivis: πράγματα (Archid. 125, 47.), σώματα, χρήματα (Aegin. 393, 45.). In participiis συμβαίνοντα (Paneg. 51, 53.) προσόντα (Busir. 222, 4.), δοκοῦντα (Panath. 279, 221.), et in accusativo singularis numeri ἔχοντα, λείποντα, λέγοντα, ἀντιστρατηγοῦντα, παραδόντα. Idem in pronominibus τίνα (Busir. 226, 24.) et ἥντινα (Plat. 304, 43.), quibus addas μηδένα (Phil. 90, 41.), atque in nominib. substant. ἐλπίδα, μητέρα. In neutro genere μέγα et εὕρημα. In verborum terminationibus α est elisum in οἶδα, συνεξεκόμισα et ἐξεκόμισα, denique in ἐπαυσάμεθα, δεόμεθα, ἐποιησάμεθα, φαινόμεθα, παυσαίμεθα et δεξαίμεθα.

Litera ε solet elidi in δὲ, μηδὲ, οὐδὲ, τε, μήτε, οὔτε, ὥστε, ποτὲ, πώποτε, μηδέποτε (Paneg. 53, 62.), οὐδέποτε (Phil. 84, 10.), οὐδεπώποτε (Arch. 138, 111.), ὅτε, τότε, εἴτε (Areop. 150, 54.), οἵτε (Antid. §. 263.), γε. In pronomine με. In terminationibus verborum in ἐθίζετε, χειροτονεῖτε, ἐθέλετε, ἴδοιτε, εὕροιτε, σκοπεῖτε, εὑρήσετε, περιμείνητε, λάβητε, νομίζητε, ἀτιμάζοιτε, σωφρονῆτε, porro in ἐπίστησθε, οἴεσθε, ὄψεσθε, γνώσεσθε, ἐδημοκρατεῖσθε, ἠπίστασθε, εἴσεσθε, σκέψασθε et ἡγήσεσθε.

Litera ι eliditur in ἀντὶ (Antid. §. 196.), et ἐπὶ, non in περὶ. Item in ἔτι (Paneg. 46, 30.), non autem in terminationibus nominum. Sed in verbis, in ἔχοιμι (Paneg. 69, 139.) συμβουλεύσαιμι (Areop. 154, 72.) et in ἐστὶ (Phil. 107, 123.). Hiatum contra ι facit in τί, τι et ὅτι.

Litera ο eliditur in ἀπὸ, ὑπὸ, non tamen in πρὸ, in terminationibus pronominum τοῦτο, ἐκεῖνο, ἄλλο, τοσοῦτο (de Big. 348, 9.), in δύο, in ἕλοιο, δύναιο, βούλοιντο, δύναιτο, γένοιτο, λυμήναιντο, ἐπειρῶντο, ἐνεργάσαιτο, ἡγοῦντο, φαίνοιτο, εἵλετο, ἐποιήσαντο, ἡγοῖτο et γίγνοιο.

Vocalis υ facit hiatum in πολὺ ἄν. Particula ἤ ante

vocalem legitur in orationibus forensibus, μὴ ante eō recte ferri potest.

Item vocalis ω in ὦ ante vocalem ferenda.

In diphthongis particula καὶ ante vocales non offendit, εἰ contra solum in oratt. forens. ante vocales ferendum, uti etiam εὖ ante οἶδα fortasse ferri debet.

Craseos autem exempla sunt haec: καὶ ἐὰν in κἂν (Evag. 194, 27. et saep.), καὶ ἐκεῖ in κἀκεῖ (ad Demon. 13, 47.), καὶ ἐκεῖθεν in κἀκεῖθεν (Helen. 217, 55.), καὶ ἐκεῖνος in κἀκεῖνος (Paneg. 52, 58.), καὶ ἐμοὶ in κἀμοὶ (Panath. 250, 83.), καὶ ἐμὲ in κἀμὲ (Evag. 191, 12.), καὶ ἐγὼ in κἀγὼ (Archid. 127, 52.), καὶ ἀγαθὸς in κἀγαθὸς (de Pace 186, 133.). Deinde τὼ αὐτὰ in ταὐτὰ, τὰ ἀναγκαῖα in τἀναγκαῖα (Paneg. 48, 40.), τὰ ἀρχαῖα in τἀρχαῖα (Paneg. 73, 156.), τὰ ἀγαθὰ in τἀγαθὰ (Busir. 223, 12.), τὰ ἀλλότρια in τἀλλότρια (Callim. 383, 67.), τὰ ἄλλα in τἄλλα (Loch. 351, 1.), τὰ ἀληθῆ in τἀληθῆ (Ep. VI, 418, 3.), τὰ ἐναντία in τἀναντία (Paneg. 63, 110.), τὰ ἕτερα in θἀτερα (Paneg. 69, 139.), τὰ ἐκείνων in τἀκείνων (Phil. 107, 126.), τὰ ἐκεῖ in τἀκεῖ (Panath. 255, 111.), τὰ ἐμαυτοῦ in τἀμαυτοῦ (Antid. §. 165.), τὰ ἐμὰ in τἀμὰ (Epist. IX, §. 15.), τὸ ἀληθὲς in τἀληθὲς (Areop. 155, 76.), τὸ ἐναντίον in τοὐναντίον (Archid. 129, 64.), τὸ ἐμὸν in τοὐμὸν (Nicocl. 37, 51.), τὸ ἕτερον in θἀτερον (Phil. 99, 86.), τὸ ἔμπροσθεν in τοὔμπροσθεν (de Pac. 161, 12.), τὸ ἐκείνης in τοὐκείνης (Helen. 218, 51.), τὸ ἐμαυτοῦ in τοὐμαυτοῦ (Panath. 281, 232.), τὸ ὄνομα in τοὔνομα (Phil. 103, 104.), τοῦ ἐμοῦ in τοὐμοῦ (de Big. 351, 26.). Tum ἃ ἐγὼ in ἀγὼ (Busir. 228, 34.), τε ἀμὰ in θαμὰ (Panath. 253, 102.), ἢ ἐγὼ in ἠγὼ (Panath. 268, 148.). Adde his προὔργου (Phil. 85, 13.), προὐργιαίτερον (Paneg. 68, 134.), προὐδόθησαν (Paneg. 60, 94.), προὔστησαν (de Pace 181, 107.), προὐχρίθησαν (Plat. 299, 12.), προὐτίμησεν (Helen. 211, 16.).

Quae autem erat ratio hiatus evitandi in Isocratis orationibus forensibus, eadem est in Demosthenis ora-

tionibus publicis. Hiatus igitur hic quoque non offendit, quum verbum in vocalem desinens post pausam quandam, quae fieri debet in loquendo et quam plerumque interpunctione significare solemus, excipitur a verbo cum vocali incipiente. Neque hiatus offendit, qui exoritur a particulis quibusdam necessariis καὶ, εἰ, ἢ, ὅτι, ὡ, μὴ et similibus vel articulo. In eo tamen Demosthenis orationes recedunt ab Isocratis, quod editores earum nondum tam bonum nacti sunt librum manu scriptum, qualem Bekkerus Urbinatem invenit, ita ut ratio earum nunc fere ea sit, quae Isocratearum ante Bekkerum erat. Quae cum ita sint, aliam etiam sequar rationem in disputatione, quam in

Capite secundo

de hiatu in Demosthenis publicis orationibus

sum instituturus. Omittam enim primum quae pausa facile sunt excusanda et ubi Bekkerus interpunxit, omittam deinde, quos particulae illae faciunt hiatus, omittam denique vitia, quae facile apostropho possunt tolli. Arbitror enim, si demonstravero Demosthenem a foedioribus istis hiatibus, qui fiunt, quum vocales longae sive diphthongi in fine verborum aliis vocalibus in initio verborum antecedunt, abstinuisse, neminem hoc esse negaturum, eum breves istas vocales ita pronuntiasse, ut cum sequentibus coalescerent neque duae vocales audirentur: quod elisione et apostropho fieri satis constat.

Habes igitur iis quos modo dixi hiatibus omissis in Olynthiaca prima hos: 17, 28. μικρὰ ἀναλίσκοντες τὰ λοιπὰ καρπῶνται ἀδεῶς, ubi Cod. Y. Aug. 1. suppl. et Harl. rectius ἀδεῶς καρπῶνται praebent. Quae si legis α in μικρὰ et λοιπὰ erit si non elidendum, certe ita pronuntiandum, ut cum sequ. vocali coalescat. Huc accedit 10, 4. πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι. Quomodo autem Philippus pluribus locis quam Athenienses duces exercitui interesse potuit? Scribe potius πανταχῶς. Nam pluribus sane rationibus exercitui praeerat, cum non solum στρατηγὸς, sed etiam δεσπότης καὶ ταμίας esset. Simil-

limo modo nunc de mal. gest. leg. 450, 341. παντάχοῦ ex Codd. Σ. ΥΩ. t. u. v. pro vulgato πανταχοῦ est receptum, quem ad locum vide Schaeferum. In loco 15, 23. idque in verbis: ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν—εἶναι, non offendo, quia post χρὴ pausa quaedam est in loquendo.

In Olynthiaca secunda offendes in verbis 22, 14. Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστί τις οὐ σμικρά. Sed quod ἀρχὴ ἐν legitur, facile excusabis, quia per sequens μὲν incisio quaedam sententiae fit, unde etiam Reiskius post ἀρχὴ interpunxit. At emendanda sunt illa: ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστὶ idque ex optim. codd. Nam Paris. II. VII. Bavar. Cod. δ'. Rüd. et Victor. in text. Aug. III. prim. man., ap. Bekk. ΣF habent ἐν μὲν προσθήκῃ (nonnulli jota subscriptum omittunt) μερὶς ἐστὶ. Quod quam verum sit, perspicies ex loco simili in Mid. 574, 184. ἔστιν—μεγάλη τοῖς ἀδικοῦσιν ἅπασι μερὶς καὶ πλεονεξία ἡ τῶν ὑμετέρων τρόπων πρᾳότης, coll. ejusd. or. 537, 70. μερίδα (Beihülfe) εἰς σωτηρίαν ὑπάρχειν. Unde mutatum sit verbum hoc in loco aptissimum, eum non fugiet, qui scit, quam saepe ἐν μέρει τινὸς εἶναι in loco alicujus esse legatur. Alterum vitium tollendum est 24, 22. in verbis: ὁρῶ ἡμῖν ἐνοῦσας ἢ ἐκείνῳ. Hoc in loco primum pro ἡμῖν Codd. Par. I. III. Bav. Aug. III. Ald. Man. et Dionys. ap. Bekk. FΣΥυ. habent ὑμῖν. Deinde pro ἐνούσας Schaeferus conjecit οὔσας, id quod Phil. II, 69, 12. ex Σ. a Bekk. in loco simill. receptum vides. Sed equidem conjicio Demosthenem scripsisse: ὁρῶμεν οὔσας ἡμῖν ἢ κείνῳ; quibus deinde bene respondent: ἀλλ' οἶμαι καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. At 20, 8. ne in δὴ ὦ ἄνδρες neve ibid. in δειξάτω ὡς offende; pausa enim fit post δὴ et δειξάτω. Idemque statuo 21, 13. de verbis: οὐ μόνον—τὰ συμμαχικὰ ἀσθενῶς—ἔχοντα φανήσεται. Vox enim post συμμαχικὰ paululum subsistit.

In Olynthiaca tertia 31, 10. vulgatum: εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἱκανοὶ erit restituendum pro eo, quod a Bekkero ex sol. Cod. Σ. est receptum: εἰσι γὰρ ἱκανοὶ ὑμῖν.

Non minus corrigenda sunt quae leguntur 30, 7. *τοῦτο πέπραχται νυνὶ ὁπωσδήποτε*. Hic enim Par. III. V. VII. VIII. Aug. I. suppl. (in Aug. II. abest) Ald. Fel. Man. (et Auger), quibus accedunt ap. Rüdig. β. ζ. Goth. Dresd., ap. Voemel. Victor. praebent pro *νυνὶ νῦν*. Cod. Σ. autem addit post *νυνὶ τοῦτο*, omisit tamen supra *τέως*, quod fortasse inde est ortum, quia *τέως* erat male lectum et cum *τοῦτο* permutatum; unde alii utrumque et *τέως* et *τοῦτο* scribebant et *τοῦτο* post *νυνὶ* delebant (erasum est revera in F. post *νυνὶ* quippiam), alii *τέως* omittebant et *τοῦτο—τοῦτο* male retinebant (uti Σ. et Bavar. in quo *τέως* est supra scriptum et F. in quo *τέως* est om. et alterum *τοῦτο*, uti videtur, erasum). Quae si vera sunt, *τέως* cum Bekkero retinebis, sed *τοῦτο*, quod sequitur post *νυνὶ* (quod bene habet) collocabis et *τοῦθ'* scribes. Collocatio insolentior ita erit explicanda, ut summa vis insit verbo *πέπραχται* opposito *ἐθρύλουν* et sententia: factum est nunc hoc quocunque modo. — Ib. 37, 32. in verbis: *εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη τῶν πεποιηκότων* cum Dionys. Hal. *μοι* pro *ἐμοὶ* scribe. Quod enim Schaeferus opponit, oppositionem esse, id de verbis *εἰπεῖν* et *ποιεῖν* est concedendum, non ita de *ἐμοὶ* et *ὑμῶν*. Poteris id optime inde intelligere, quod pronomine *ἐμοὶ* omisso omnia bene habent. Est enim tantummodo additum, ut significetur: loquenti, veluti mihi. Sed 33, 17. in verbis: *εἰ δὲ τοῦτ' ἐποίει ἕκαστος, ἐνίκων ἄν*, libri mss. non variant, tamen Demosthenem *ἐποίει' ἕκαστος* scripsisse non crediderim, fortasse dedit *ἐποίουν ἕκαστος*, quod sequ. *ἐνίκων* melius etiam respondet. — Cetera denique quae leguntur ejusmodi vitia veluti 29, 4. *τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτὶ Ἡραῖον τεῖχος πολιορκῶν* aut ib. 5. *διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου ἑκατομβαίων* aut 34, 20. *ἐλλείποντάς τι δι' ἔνδειαν χρημάτων τῶν τοῦ πολέμου εὐχερῶς τὰ τοιαῦτα* (scr. *τοιαῦτ'*) *ὀνείδη φέρειν* et 33, 19. *θαυμάζω εἰ*, sunt pausa, quae in loquendo fit, excusanda, unde Reiskius ultimo excepto loco ubique et post *τουτὶ* et post *τούτου* et post *πολέμου* interpunxit, sed eodem jure poterat post *θαυμάζω* interpungere. Quod

autem 34, 21. *εἰμὶ ἐγὼ* legitur, id *εἰμ' ἐγὼ* erit scribendum, uti 33, 19. *φήμ' ἔγωγε* est scriptum. Magis dubium est 33, 19. utrum emendari possit apostropho: *τὰ θεωρικὰ ἐᾷν*, an statuendum sit, ejusmodi breves syllabas in pronuntiando facile potuisse cum sequ. coalescere.

In Philippica prima 50, 37. haec leguntur: *τὸν γὰρ τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν, οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ οὐ μένουσι τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα κ. τ. λ.* His in verbis primum cum Cod. Σ. *καιροὶ* ante *τὴν* collocaverim, insolentiore quidem loco, sed non inepto, quia *καιροὶ* praecedente *χρόνον* minus necessarium est quam *μένουσι* (alii quod minus probo *ἀναμένουσι* praebent) et *τῶν πραγμάτων*, in quibus summum est positum momentum. Quod autem verba: *εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν* attinet, Demosthenes ea aut aliter collocasse (*ἀναλ. εἰς τὸ παρ.*) aut *παρασκευάζειν* scil. *τὴν δύναμιν* dixisse videtur. Cetera possunt excusari, veluti 40, 2. *ἐπεί τοι εἰ*, quod tamen in nullo est libro ms. Vulgo enim (quod Rüdig. et Reuter. jure retinuerunt cf. Phil. III, 111, 5.) legebatur, *ἐπεί τοίγε* (scr. *τοίγ'*) *εἰ* Cod. F et Σ. habent: *ἐπεὶ εἴ τοι*, unde Bekk. *ἐπεί τοι εἰ* fecit, me non probante. Hiatus tamen non obstabit, quia *οι* in *τοι* elidi potest, uti in *μέντοι* Olynth. I, 16, 26. Ibid. 43, 11. post *ἐπηύξηται* ante *ὅσον* ceteri praeter Bekk. interpunxerunt. Deinde 43, 13. *ἀπαλλάξαι ἄν* non offendet, *ἄν* enim, uti supra jam ostendi, facile in pronuntiando cum praecedente verbo coalescit. Si porro 46, 24. *οὗτοι οἱ ξένοι* legitur et 50, 35. *ἄν τε δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε* (scr. *τ'*) *ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμελούμενοι* utroque in loco quae per *οἱ* et sequ. sunt addita, explicationis causa sunt adjecta. In altero enim sententia est: hi, dico milites conducticios; in altero: qui scilicet alterum eorum curant. Inde hoc in loco etiam a Reiskio post *ἰδιῶται* est interpunctum. Item 50, 36. in verbis: *ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἅπαντα—ἅπαντα* potest quidem, quia enumeratio verborum: *ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα*, quae in pronuntiando sejungenda sunt sequitur (Victorio Var. Lect. 18,

12. hic orator vocalium concursionem adhibuisse videtur, ut audientium aures graviter feriret, v. Reuter. ad h. l.), pausa post παρασκευῇ statui, post quod verbum etiam Reisk. et Rüdig. interpunxerunt. Sed sententia ipsa displicet. In iis enim, quae antecedunt, orator de diligentia est locutus, qua festa apparentur multo antequam fiant (πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ), in iis quae sequuntur contra de negligentia est dicturus, qua bella apparentur. Non satis apte igitur dicetur: ἐν τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ. Hoc enim esset: in rebus sive curis ad bellum pertinentibus et in apparatu ejus. At dicere potius debebit: in rebus sive curis ad bellum ejusque apparatum pertinentibus, ut περὶ τοῦ πολέμου universam notionem, sed singularem vim hic habeat verbum παρασκευή. Non enim bellum, sed apparatum belli negligi affirmat orator. Recte igitur vulgo τῆς τούτου παρασκευῆς legebatur. Minus etiam cum Schaefero probabis, quod Harris. περὶ ante τοῦ πολέμου omittit neque pro τούτου ex ind. Herv. recipies τούτων. — Hiatus poterit etiam excusari 52, 43. in verbis: τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς ὑπὸ Φιλίππου. Nam ὑπὲρ sequente infinitivo negativo consilium notat et studium, ne quid fiat (v. Brem. ad h. l.), ita ut sententiam singularem latine per ne cum conjunctivo exprimendam incipiat. Itaque in simili loco de Pace 58, 8. ante ὑπὲρ a Reiskio interpunctum esse videbis. Si deinde 52, 44. ποῖ οὖν legitur, hoc quoque poterit in ejusmodi particulis defendi, cum tamen omnes codd. praeter Σ. simulque Hermogenes et Longinus, quos Reiskius nominavit, ποῖ δὴ habeant, recte ipse Bekker. postea ποῖ δὴ scripsit. Vid. Rüdig. ad h. l. Non offendes autem 54, 50. in εὖ εἰδέναι neque 53, 47. in ὥστε μὴ ἀκούειν, quamquam ibi in aliis et sat multis libris ap. Bekk. ΥΩu et γρ. F, ap. Reisk. Ald. Harr. Aug. l. III. (a rec. man.) Par. V. VII. Weim. Voss. Bav. in m. legitur: οὐ γὰρ ἀκούειν — ὁρᾶν δεῖ. Quae quidem sententiae conformatio originem ab iis ducere videtur, qui in universum sententiam quamdam ex verbis Demosthenis excerpturi erant. Quae

autem 44, 16. πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι, 46, 24. τὰ ἱκανὰ ὑμῖν, 48, 29. λοιπὰ αὐτὸ, 54, 50. λοιπὰ ἐν leguntur, aut apostropho sananda aut ita sunt dijudicanda, uti supra dixi.

In oratione de Pace 60, 14. in verbis: φάσκοντας Ἀμφικτύονας νῦν εἶναι εἰς ἀνάγκην c. cod. Y. scr. εἶναι νῦν. Sed 62, 21. in verbis: εἰ γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος, οὐδὲν ἂν αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι, jure offenderunt Reiskius et Augerus, ex quibus hic cum Wolfio πεπραγμένον, ille πλέον desiderat. Schaeferus quidem locum affert ex or. in Olymp. 1169, 7. οὗτος ἠξίου ἑαυτῷ εἶναι, qui tamen ipsa verbi ἠξίου natura diversus est et huc referri nequit; et Dounaeus sententiam esse dicit: „si non transisset Philippus, nihil illis fore videbatur, id est, nihil erant habituri.“ At non id affirmare potest orator, Thebanos tum nihil habituros fuisse, possidebant enim praeterea alias Boeotiae partes, sed tantummodo id, Thebanos eas urbes non recuperaturos et nacturos, neque omnino aliquid effecturos fuisse. Quae tamen sententia mihi nequaquam his verbis exprimi videtur. Vellem igitur sane πλέον, quod Reisk. conjecit, codicum auctoritate probari, aut pro εἶναι legi παρεῖναι i. e. praesto esse scil. ad urbes istas recuperandas. Recte autem Reiskius 62, 20. ante οὐχὶ et post Θεσσαλοὶ interpunxit, verba enim οὐχὶ ταὐτὰ (scr. ταὔθ') ἕκαστοι μάλιστα (ita nunc melius pro vulg. μάλιστα ἕκαστοι, scribe tamen μάλιστ') ἐσπουδακότες, interposita sunt et participium per etsi est explicandum. Hoc certe ferri nequit, quod Rüdiger. non post Θετταλοὶ, sed solum post ἐσπουδακότες interpunxit. Aut enim in nullo aut in utroque loco est interpungendum. Idem statuo 62, 22. ubi post αὐτῷ et ante ἢ aperte est pausa in loquendo, recteque a Reisk. et Rüdig. est interpunctum.

In Philippica secunda non recte nunc a Bekk. 71, 20. scriptum videbis: πιστεῦσαι οἴεσθε; cum vulgo et in codd. ΩYuv. legeretur: πιστεῦσαι; οὐκ οἴεσθέ γε. App. Frcf. habet οἴομαι, Ald. Tayl. οἴομαί γε, Cod. F. οἴεσθέ γε. Non viderunt librarii infinitivum πιστεῦσαι regi a πῶς γὰρ οἴεσθ', quod supra legitur, inde οἴεσθε hic inseruerunt, quo facto affirmatio illa: οὐκ οἴεσθέ γε

omittebatur. Quod autem Rüdig. dicit, hanc lectionem simplicissimam videri, mihi in ejusmodi locis non tam simplicitas quam vis rhetorica spectanda esse videtur. Locus contra 66, 6. θαῤῥεῖ ὁρῶν excusandus erit. Hic enim participio singularis incipitur sententia, latine per quamquam annectenda. Quae autem 67, 9. in τὰ λοιπὰ ἐᾶσειν et 71, 23. in παντοδαπὰ εὑρημένα legis, poteris eadem ratione qua supra aut corrigere aut defendere.

Oratio de Haloneso scatet foedissimis hiatibus, in quibus enumerandis ita versabor, ut eos etiam omittam, in quibus Reiskius et Bekkerus non consentiant aut qui aliqua ex parte aliquam habeant excusationem. Quibus omnibus omissis tamen in α syllaba producta hi reperiuntur: 79, 10. Ποτιδαίᾳ ὤμοσεν. 83, 25. ἐξαπάτα ὑμᾶς· 85, 36. ποίᾳ ἡμέρᾳ ἡ. In η 81, 19. αὐτῇ ἐκκλησίᾳ. 20. σιωπῇ ἀπιόντες. 82, 22. εἰρήνη ἔσται. 23. λυθείη ἐκ 84, 30. τῇ εἰρήνῃ ἐπηνωρθώσασθε. 85, 34. ἐπιστολῇ ὑπισχνεῖται. 35. τῇ οἰκουμένῃ αἰ. 36. τῇ εἰρήνῃ εἴληφε. ib. ἡ εἰρήνη ἐγένετο. 86, 37. ἀφανῆ ἐστὶ. ib. ἡ εἰρήνη ἐγένετο. 40. διωρυχὴ ἔμελλε. In ω 78, 6. δικαίῳ ὀνόματι. 8. τῇ ἠπείρῳ ἁπάντων. 79, 9. αὐτῷ ὡς. 80, 15. ὁρμιζομένῳ εἰς. 81, 18. δήμῳ εἰρημένα. 82, 24. ἐγὼ ἐπιδείξω. 83, 33. ἑαυτῷ ἀντιλέγοντας. 86, 38. πολέμῳ ἑάλωσαν. 39. et 86, 41. ἔξω ἀγορᾶς. ib. ἔσω ἀγορᾶς. In ι 82, 23. ἀπολλύντι Ἀμφίπολιν. 84, 31. ὄντι εἰρήνην. 86, 41. νυνὶ ἐπιστολῇ. In diphthongo αι. 76, 1. γίγνεσθαι ὑπὲρ. ib. πεμπόμεναι ἐπιστολαὶ ἀνέλοιεν. 77, 5. οἴεται ὑπὸ. 78, 6. ἀποδοῦναι ἡμῖν. ib. ἀποδείξηται ἅπασι. 7. δύνηται ὑμῖν. 79, 12. δίκαι οὐκ. 80, 13. γίγνεται εἰς. ib. ἀμφισβητῆσαι ὑμᾶς. 14. ὁμολογῆσαι ὑμᾶς. 15. δοθῆναι αὐτῷ. ib. ἀμφιστάναι ἀφ'. 17. συγχωρῆσαι αὐτῷ. ib. οἴεται οἰκαδε. 82, 21. προῄρηται εὐεργέτης. 22. εἶναι εἰρήνην. ib. γέγραπται ἐν. 83, 25. ἐπανορθώσασθαι ἐβούλετο. 26. ψηφίσασθαι ἐκείνου. ib. εἶναι Ἀμφίπολιν. 85, 35. δωρεαὶ ἔσονται. 36. εἶναι ἴσῳ. 86, 39. καρποῦσθαι Ἀπολλωνίδῃ. 87, 42. γράψαι ἐν. 44. διαδικάζεσθαι οἱ. In diphthongo ει 78, 5. λανθάνει αὐτὸν. 7. χλευάζει ὑμᾶς. 83, 28. Ἀμφιπόλει οἰκοῦντες. 84, 33. διατελεῖ ὑπισχνούμενος. 85, 36. δεῖ ἐπιτροπῆς. 87,

41. ἐπιστάλλει ἐν. ib. δεῖ ὑμᾶς. 45. προσήκει αὐτούς. In diphthongo οι 77, 3. ἐκεῖνοι ἀδικοῦς. 78, 7. οὗτοι ὑμῖν. 80, 14. δυνατοί ἐστι. 84, 32. αὐτόνομοι εἶσιν. 86, 39. ὅροι εἰσὶν. 41. πολλοὶ ὑμῶν. 87, 45. Ἀθηναῖοι ὄντες. 88, 46. μοί ἐστιν. Denique in diphthongo ου 77, 2. ἑαυτοῦ οὖσαν. ib. ἑαυτοῦ εἶναι. 3. αὐτοῦ ἀφαιρεῖσθαι. 87, 7. ἐκείνου εἰσὶν. 80, 14. Φιλίππου οὐδὲ. 15. ἑαυτοῦ εἰς. 81, 19. ἐκείνου ἥκοντες. 21. αὐτοῦ εὖ. 83, 26. ἑαυτοῦ εἶναι. ib. ἐκείνου εἶναι bis. ib. αὐτοῦ ἠλίθιον. 28. ἑαυτοῦ εἶχε. 84, 30. ἑτέρου ἐπανορθώματος. 31. ἐκείνου ἄγειν. 86, 39. ἑαυτοῦ ὄντα. ib. Χερρονήσου οἱ. 40. Χερρονήσου ἔσεσθαι. 41. ἑαυτοῦ οὖσαν.

Haec igitur oratio quum hac in re tantopere recedat a ceteris Demosthenis publicis orationibus, esset ea ipsa de causa, etiamsi nulla alia adessent argumenta, Demosthenis abjudicanda. Nam qui suum esse duxit in publicis orationibus hiatum evitare, non poterat in una earum hoc suum studium ita negligere.

In oratione de Chersoneso habita leges quidem nunc 91, 8. *εἰ δ' ἐκ τούτων τὰ δίκαια τίθενται καὶ τὴν εἰρήνην ταύτῃ ὁρίζονται.* Sed *ταύτῃ* legitur solum in Par. V. Ald. (Less.) Felic. Aug. III. a corr. et Ω in marg., ceteris iisque optimis libris *ταύτην* praebentibus, neque satis gravis adesse videtur causa, cur ab optimorum librorum auctoritate recedatur. Sententia enim est: Si ex his quid justum sit ponunt et pacem hanc definiunt (i. e. eam, ut pax sit, quam diu Philippus Attica et Piraeo abstineat), maxime errant. Non enim id concessimus Philippo, ut quidvis perpetrare ei liceat, modo Attica abstineat. Non magis probo, quod 104, 61. legitur: *Ὡς οὖν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ὄντος τοῦ ἀγῶνος προσήκει οὕτω γιγνώσκειν καὶ τοὺς πεπραχότας αὐτοὺς ἐκείνῳ μισεῖν καὶ ἀποτυμπανίσαι.* Ibi enim libri vulg. ante Reisk. una cum codd. FΩuv. ap. Bekk. habent *προσῆκεν οὕτω*, alii contra, uti Aug. I. Par. V. VII. VIII. Bav. in marg. Ald. 2. Man. et ap. Bekk. Y et γρ. F. quos partim secutus est Augerus, *οὕτω προσήκει.* Huc accedit quod in loco hinc repetito (Phil. IV, 148, 63.) in omnibus legitur libris: *οὕτω προσήκει*, idque ex usu factum, quo *οὕτω* si

respondet ὡς, quod participio absoluto praepositum, verbo finito in apodosi est praeponendum. Vid. Brem. ad h. l. Quis igitur facile credet, Demosthenem hyperbaton admisisse, ita ut foedus simul exstiterit hiatus? Omnino pars illa Philippicae quartae, quae ex hac est transscripta, saepius veriora habet, quam quae in hac de Chersoneso habita oratione leguntur. Ita 100, 42. haec sunt scripta: *ἐστὶ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφυκότες, ἀλλ' ἕτερον λαβεῖν κωλῦσαι καὶ ἔχοντ' ἀφελέσθαι δεινοί, καὶ ὅλως ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι ἕτοιμοι.* At in Phil. IV, 135, 14. ubi haec repetuntur, *δεινοὶ* post *ἀφελέσθαι* est omissum, deinde pro *ἀφελέσθαι* scriptum *ἐξελέσθαι* et pro *ἕτοιμοι—δεινοί.* In verbis autem ex Cherson. supra adscriptis primum verbum *ἀφελέσθαι*, quod diversa significatione bis est positum, offendit neque dubitarem, quin ex plurimis libris in altero loco *ἐξαφελέσθαι* praeferrem, nisi in Phil. *ἐξελέσθαι* legeretur. Deinde loco bene convenire videtur, si uni illi verbo *εὖ πεφυκότες* unum etiam idque aptissimum verbum *δεινοὶ* est oppositum, quod postea a librariis per *ἕτοιμοι* explicatum est. Videor igitur mihi in Philipp. IV. vera Demosthenis verba reperisse. In iis autem quae §. 43. haec excipiunt, legis: *πρῶτον μὲν δὴ διὰ τοῦτο δεῖ ἐχθρὸν ὑπειληφέναι—ἐκεῖνον—δεύτερον δ' εἰδέναι σαφῶς,* ubi Cod. Σ. pro *δὴ διὰ* exhibet *ἂν*, sed in Phil. IV, 135, 15. legitur: *πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο δεῖ, ἐχθρὸν*, ubi Reisk. signo coli post *δεῖ* interpunxit et ad *δεῖ* supplet *ποιεῖν*, vulgo tamen et in Codd. *YΩυν* et *γρ.* F. uti in Bav. marg. et apud Aug. scribitur *τούτου δεῖ χάριν· Διὰ τούτο* contra habent Harl. Par. VIII. Aug. I. et *διὰ τούτου* Ald. Tayl. Conjicio inde scriptum fuisse: *πρῶτον μὲν δὴ τούτου δεῖ*, ea re opus est. Quem Genitivum alii per *διὰ τοῦτο* alii per *τούτου χάριν* explicabant, alii uti Σ. nostro in loco *τοῦτο* solum scribebant. — Quod si probaveris, post *δεῖ* interpunges, quo melius tum legatur: *δεύτερον δὲ (τούτου δεῖ) — εἰδέναι σαφῶς.* Adde his verba 103, 57. *περὶ τούτου ἡ διαδικασία αὕτη ἐστίν*, ubi vulgo et in codd.

ΥΩuv. (in text. F. τούτων est) scriptum. Si τούτου legitur, id ad idem est referendum, ad quod τοῦτο in τοῦτ' αὐτοῖς δύναται refertur, id est, ad verba: μὴ δίκην δῶσιν ὧν ποιοῦσι νῦν. At quum διαδικασία non in universum significet litem, causam, quod Brem. ad h. l. censet, neque profecto bene dici possit: de ea re i. e. ne poenas illi dent, causa haec agitur; quia exspectaretur tum scriptum esse αὐτῶν pro αὕτη i. e. eorum res sive consilium hoc est; sed cum, uti bene Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 236. docet: οὐχ ἁπλῶς πᾶσα δίκη διαδικασία καλεῖται, ἀλλ' ἐν αἷς περί τινος ἀμφισβήτησίς ἐστιν, ὅτῳ προσήκει μᾶλλον, patet, non tam inter duas res (res enim erat una) sed inter duas partes in διαδικασίᾳ disceptandum fuisse. Ipse autem orator attulit, quinam sint, inter quos sit disceptandum, sunt οἱ ὑπὲρ Ἀθηναίων λέγοντες τὰ βέλτιστα et οἱ Φιλίππῳ ὑπηρετοῦντες. Recte igitur τούτων referes ad eos, qui optima dant consilia bellumque suadent. Significatur autem verbo illo διαδικασία rem simul causam esse privatam, certe de salute privata quorundam simul agi. Scribe igitur τούτων deleque in verbis quae ea excipiunt, ἐστιν. Solet enim in ejusmodi sententiis, in quibus pronomen demonstrativum ad finem est collocatum, copula omitti. Cf. pro Coron. 317, 274. et in Phil. IV, 147, 60. ubi noster locus verbis paulo mutatis est expressus: αἱ μὲν ἐλπίδες αἱ τούτων αὗται καὶ τὸ κατασκεύασμα τὸ τῶν αἰτιῶν, ὡς κ. τ. λ. Hiatum autem διαδικασία αὕτη ita explicabis aut corriges, uti supra est dictum. — In aliis locis de verborum collocatione dubitaverim, veluti 98, 35. ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι ἐπανελθεῖν οἴκαδε, ubi ἄν non post μή, sed post δύνασθαι a Demosthene collocatum fuisse conjecerim. Hoc certe concedes, locum post μή insolentiorem esse. Item 107, 28. in verbis: ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πρῶτος ὑμῶν ἔσομαι εὐθέως, verbum εὐθέως male post ἔσομαι est collocatum et aptius post ἐγὼ μὲν locum suum tenebit. —

Sunt etiam loci, in quibus hiatum pausa, quae in loquendo fit, excusabis, veluti 95, 22. οὐδ' ὅσ' ἂν αὐτὸς αὑτῷ πορίσηται ἐπαινοῦμεν, ubi Reiskius post πορίσηται

interpunxit. Idem de loco 95, 23. dicendum in verbis: *μήτε* (scr. *μηθ'*) *ὅσ' ἂν αὐτὸς αὑτῷ πορίσηται ἑκάστε*, ubi Reisk. post *πορίσηται* interpunxit. Idem statuendum etiam 97, 30. in *ὑμεῖς οἱ καθήμενοι οὕτως ἤδη διάκεισθε*. Nam *οἱ καθήμενοι* ita est dictum, ut sententia sit: quippe qui quiete hic sedeatis et sic orationes singulorum perpendere possitis. Pausa igitur quaedam post *καθήμενοι* est. Magis etiam id perspicuum est 97, 34. in *ἔνιοι ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις*, ubi per *μὲν* incisio fit et Reiskius post *ἔνιοι* interpunxit, quod fecit etiam 99, 40. in verbis: *πολεμεῖ οὐδ' ἐπιβουλεύει* post *πολεμεῖ* et 102, 53. in *περιγίγνεται ὑμῖν* post *περιγίγνεται* et 106, 67. in *φέρεσθαι ὁ μὲν* post *φέρεσθαι* et 107, 69. in loco: *ἔχων ἐνέχυρον τῆς αὐτοῦ σωτηρίας τὸ πρὸς χάριν ὑμῖν λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι ἀσφαλῶς θρασύς ἐστιν* post *πολιτεύεσθαι* et ib. in verbis: *προαιρεῖται ἐν ᾗ* post *προαιρεῖται*. Poteris etiam huc referre ib. *γίγνεται ἢ*, nam ante *ἢ* semper pausa vocis quaedam est, neque non 105, 64. *ὅτι ἐν μόνῃ τῶν πασῶν πόλεων τῇ ὑμετέρᾳ ἄδεια ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν λέγειν δέδοται* verba *τῇ ὑμετέρᾳ* (ita Dresd. et Phil. IV, 149, 66. cod. Σ Par. V. VII. Aug. I. III. pro cett. *ἡμετέρᾳ*) explicationi inserviunt ea vi, ut sit: in sola omnium urbium, dico in vestra. Quibus denique addes 96, 25. *οὔτε τὰ μικρὰ οὔτε τὰ πολλὰ*. 103, 54. *χαλεπὰ οὐχ ὅσ' ἄν*. ubi Reisk. et post *μικρὰ* et post *χαλεπὰ* interpunxit.

Est tamen locus 102, 51. *ὅτι ἐστὶν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνθρώπῳ μεγίστη ἀνάγκη ἡ ὑπὲρ τῶν γιγνομένων αἰσχύνη*, in quo alter quidem hiatus post *ἀνάγκη* potest excusari, quia hic pausa quaedam fit, unde Reiskius interpunxit, sed alter post *μεγίστη* nullam habet excusationem nisi hanc: sententiam esse fortasse aliunde petitam aut fuisse Atheniensibus valde probatam. Certe saepius a Demosthene est repetita v. Phil. I, 43, 10. Sunt denique particulae quaedam quae hiatum faciunt, veluti 102, 50. *ποῖ ἀποδυόμεθα*, ubi tamen ex mea sententia verius Par. II. Aug. II. Sopater et Pseudodemosth. Phil. IV, 138, 56. in codd. Ωuv. uti vulgo *τί* habent. Item 103, 35 in *καίτοι ἔγωγε*, ubi Aug. III. et F. *καίτοιγε* (scr. *καίτοιγ'*)

ἔγωγε praebent, fortasse melius, quamquam de ejusmodi particulis judicium est difficilius. In eo certe, quod 102, 50. ὅσῳ ἂν legis, non offendes.

In Philippica tertia 113, 12. pro τουτοισὶ ἐπεσκεψομένους cum Reiskio e Cod. Aug. II. scribe τουτουσὶν. Dresd. habet τούτους. Item 128, 66. in Λασθένῃ ἔπαρχον facio cum Reiskio et libris vulg., quibuscum consentit Ω et Dresd. qui Λασθένην habent. Videtur haec forma ab Atticistis in Demosthene spreta esse. Legitur tamen in sat multis libris etiam de mal. gest. leg. 451, 342. et Cherson. 99, 40. Neque minus 119, 34. facio cum Aug. I. et Harlej. qui in verbis: ὑβρίζεται ὑπ' αὐτοῦ verba ὑπ' αὐτοῦ omittunt. Opponuntur enim sibi ἡ Ἑλλὰς et αὐτὸς ἕκαστος et ad utrumque intelligendum est a Philippo. Iidem codices tamen non sunt audiendi 119, 31. in verbis: οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὄθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ubi Harl. pro βαρβάρου habet βαρβάρους et Aug. I. ὄθεν omittit. Hos enim si sequeris, sententia erit: Philippi, non solum non Graeci, neque ad Graecos aliquo modo pertinentis, sed ne barbaros quidem inde i. e. homines qui inde sunt, vocare aptum est. At ea quae sequuntur ὄθεν — πρίασθαι tum non habent quibus sint opposita. Hiatus autem non offendet, si tibi cogitas, uti cogitandum est, per ἐντεῦθεν coerceri quod dictum sit, Philippum ne barbarum quidem esse, ut sententia sit: ne barbari quidem quippe talis, qui inde sit. Unde patet post βαρβάρου paululum in loquendo quiescendum esse. Similiter excusandus est hiatus 111, 4. ἐκ τούτου ἐν μέν, ubi Reisk. post τούτου interpunxit. 115, 20. in πάνθ' ὅσων ἂν δέωνται ἀποστεῖλαι, ubi Reisk. post δέωνται interpunxit. Idem dicendum 116, 21. de verbis: γενέσθαι ἢ νῦν et 117, 25. de verbis: ὅλοις ἔτεσιν οἷς ἐπιπολάζει ἠδίκηκε, ubi Reisk. post ἐπιπολάζει interpungit et 118, 29. in ὃν ἄλλος ἀπόλλυται ἕκαστος ἐγνωκώς, ubi ap. Reisk. post ἀπόλλυται est interpunctum aut ibid. in verbis: πυρετοῦ ἢ τινος ἄλλου aut 122, 44. δικάσασθαι ἀλλ', ubi aperte post δικάσασθαι c. Reisk. Rüd. Brem. est interpungendum.

Idem 124, 54. in verbis: *οὐ δύνασθε* (scr. *δύνασθ'*) *ἡμᾶς ποιῆσαι οὐδὲ βούλεσθε* post *ποιῆσαι* a Reiskio est factum. Neque minus pausa est ib. in verbis: *ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι* post *ἔνιοι* aut ib. in verbis: *ἢ φθόνου ἢ σκώμματος*. Frotscherus quidem c. Cod. Σ. *ἢ* omisit, at videntur haec verba iis quae antecedunt *μωρίας ἢ παρανοίας* respondere. Ita etiam 130, 75. non offendo in verbis: *εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ — ποιεῖν ἐθελεῖν*. Absunt quidem haec verba ab optimis codd. Par. II. Aug. III. Obs. Bav. app. Frf. *Γ'ΣΩυν.*, sed jure defenderunt ea Schaefer. et Rüdiger. modo non post *γενήσεται*, sed post *ποιήσοντας* ponas, cujus collocationis vestigia reperit Rüdig. in optimo Dresd. Quod autem hiatum attinet, excusabis eum eodem modo, quo supra in *ὑπὲρ* c. infinit. excusatum vides. Incipit enim per *ἕνεκα* sententia, qua causa eorum, quae antecedunt, additur. Reisk. hac de causa post *πάλαι* interpunxit. Neque aliter censeo in loco 129, 72. de verbis: *οὐδ' αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκεῖναι καὶ κατηγορίαι*, ubi nullus liber articulum post *πρεσβεῖαι* habet, quem Reisk. primus addidit, idque recte. Explicat enim orator verba *αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι* ita: dico circa Peloponnesum illas et criminationes.

Sed in loco 113. nequaquam facio cum Bekkero, qui ex Σ. verba ita dedit: *εἶτ' οἴεσθ' αὐτόν, οἳ ἐποίησαν μὲν οὐδὲν κακόν, μὴ παθεῖν δ' ἐφυλάξαντ' ἂν ἴσως, τούτους μὲν ἐξαπατᾶν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ προλέγοντα βιάζεσθαι*, cum vulgo: *εἶτ' οἴεσθε, οἳ μὲν οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐδυνήθησαν ποιῆσαι κ. τ. λ.* legeretur. Demosthenes autem ibi est demonstraturus, Philippum non solere iis, quos subacturus sit, bellum indicere, sed artibus et dolo uti erga eos. Quamobrem affert exempla Olynthiorum, Pherarum et Oritarum et pergit: si eos, qui etiamsi voluissent, ne potuissent quidem vim vi repellere, sed fortasse si minus astute egisset, cavere, ne deciperentur, si igitur eos, quos tutius expugnare quam decipere poterat, tamen maluit decipere, quid vobis faciet, qui possitis resistere? Quae cum sit dicturus, facile perspicies, cur in altera sententia *ἐδυνήθησαν*, quod in altera abest, adden-

dum fuerit. Nam non enim, qui mihi fortasse nil mali attulisset (*οἱ ἐποίησαν οὐδὲν ἂν κακὸν*), hoc enim casu potest fieri egoque scire nequeo, sed cum qui mihi, etiamsi vult, non potest mali quid afferre, facilius armis et aperte impugnabo, quam insidiis, quas fortasse casu aliquo evitabit (*ἐφυλάξαντ' ἄν ἴσως*). Videtur autem aliquis concinnitatis gratia, quia in sequ. *ἐφυλάξαντ'* est, hic *ἐποίησαν* pro *ἐδυνήθησαν ποιῆσαι* scripsisse. Non minus desideratur *αὐτὸν*, quia in eo non parvum positum est momentum, si ipsi i. e. tam potenti regi, non possunt mali quid afferre; sed tamen fortasse ejus quamvis potentissimi insidias evitare. Quod autem *αὐτὸν*, quod post *οἴεσθ'* a Bekkero est additum, attinet, hoc aptius cum Harl. et Aug. I. (a sec. man.) post *τούτους μὲν* addetur, quo concinnior etiam quam apud Bekker. fit oratio, idem fere jam censente Schaefero. Consentit etiam cum hac quam defendi ratione plerumque Dionysius, qui hunc locum ter attulit (T. V, 610. T. VI, 948 et 979.). Potest etiam 125. 57. legi: *ἐπειδὴ ἀπαλλαγέντος Πλουτάρχου*, nam post *ἐπειδὴ* pausa est, qua de causa etiam et Reisk. et Brem. et Rüdig. et Reuter. post *ἐπειδὴ* interpunxerunt. Codd. *FYΣ*uv. et vulg. ante Bekk. tamen *γε* addiderunt, quod si post *Πλουτάρχου* esset scriptum, minus offenderet. Minus etiam offendes 118, 29. in *ἐπεὶ ὅτι* vel 130, 76. in *ἐπανορθωθῆναι ἄν*. Hoc quoque facile excusabis quod 114, 15. *Ἱεροῦ ὄρους* legitur, hoc enim unum fere erat verbum factum. Quibus adde 116, 21. *λοιπὰ ὑφ'* et 125, 57. *κακὰ εἰργάσατο*, quae poteris fortasse apostropho corrigere.

Sunt tamen alia, quae corrigenda esse videntur. Huc refero 121, 40. *μείζω ἐστὶ*, ubi *μεῖζον' ἐστὶ* scribendum esse censeo. Ita ante *ἐστὶν ἐλάττονα* leges 117, 25. ubi F. Aug. III. Harr. Bav. recte *ἐλάττον'* habent, unde alii (in codd. *Ω*uv. pr. *Y*. et vulg.) *ἴλαττον* fecerunt, alii, uti Felic. Weim. Man. *ἐλάττοι*. Porro 123, 46. *ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες* verbum *Ἕλληνες* additum esse videtur, uti pr. Coron. 231, 18. in verbis: *καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν* in plerisque codd. *Ω* K

p. qrs. et γρ. FΦ. Par. I. Aug. I. et a Reisk. Ἑλλησιν additur. Omnino hoc verbum modo addi modo omitti modo cum ἄλλος permutari ostendi pluribus ad Isocr. Areop. p. 310. In loco 126, 59. in verbis: ὅπως ἐλεύθεροι καὶ μηδενὸς δοῦλοι ἔσονται exspectaverim γενήσονται pro ἔσονται, quia non id agebat Euphraeus, ne servi essent (Philippus enim urbe nondum erat potitus) sed ne servi fierent. Videtur tamen, quia simul ad ἐλεύθεροι est referendum, a Demosthene esse scriptum, et conjecerim post μηδενὸς antiquitus illud ἔσονται fuisse collocatum. Accedant denique verba 127, 64. ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον, quae non possunt id significare, quod Rüdiger. vult: quum putarent se vinci vel succumbere in re summa vel publica. Nam orator causas expositurus est, cur multi morem gerant oratoribus pacem suadentibus, cedebant enim, inquit, paulum, quia putabant, se, si resisterent, inferiores fore oppositos universae civitati („dass sie in der Gesammtheit unterliegen würden"). At ea ipsa de causa putaverim ἄν post ἡττᾶσθαι esse addendum, quia conditio latet, si oratoribus istis ipsi resisterent.

In Philippica quarta hiatum eadem cura, qua in ceteris orationibus publicis a Demosthene habitis, evitatum totamque sermonis conformationem eandem videmus. Quae igitur vitia ejusmodi leguntur, jure erunt suspecta. Itaque minus probandum est quod 133, 8. Bekk. in verbis: ταῦτα μέντοι ἐαθέντα post μέντοι τότε (scr. τότ') delevit, quod et vulgo et in FYΣuv. legitur et locum suum optime tenet, refertur enim ad πρῶτον μετὰ τὴν εἰρήνην. Possit tamen etiam μέντ' scribi. Item 136, 20. in verbis: αὐτὸν οἶμαι οὐδὲν ἂν ἄλλο μὰ τοὺς θεοὺς εὔξασθαι, non dubito, quin cum Aug. I. Harl. et Σ. οἶμαι aut οἴομαι, quod Aug. I. Harl. Ald. Tayl. me non improbante praebent, ante μὰ sit collocandum, quo facto ἄλλ' erit scribendum. Fortasse etiam verborum ordo mutandus est 138, 28. ἃ δεῖ—λειτουργῆσαι ἕκαστον, nisi mavis ἕκαστον a librariis esse additum, quia in ὅσα (scr. ὅσ') ἀκοῦσαι

δεῖ et ὅσα βουλεύσασθαι προσήκει, quae deinde sequuntur, subjectum etiam deest. 140, 34. in verbis: εἰ δὲ μὴ ἐδέχεσθ' ὑμεῖς, ἀλλ' ἀπεψηφίζεσθε, οὐ τά γε (scr. γ'; Σ: om.) ἐκείνο αἴτια c. Par. VII. ἐκείνων pro ἐκείνου scribendum videtur i. e. Persarum et quidem regum et satraparum. Certe facilius dices, unde ἐκείνου quam unde ἐκείνων ortum sit. Si autem deinde pergit: ὑπὲρ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐγγὺς οὕτωσὶ ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανομένου λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων in hiatu: οὕτωσὶ ἐν non offendes, quia οὕτωσὶ ad ἐγγὺς referendum est et verba ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι explicationi inserviunt; unde post οὕτωσὶ (post quod verbum Reiskius interpunxit) et post Ἑλλάδι pausa quaedam fit. Quae deinde sequuntur: ἐπειδὴ οὐχ possunt ferri, quamquam ἐπεὶ οὐχ saepius dicitur. 141, 36. in verbis: οὗ οὐδὲν ἂν εἰς τὰ πράγματα μεῖζον εἰσενεγκαίμεθα recte offendit οὗ, quod cum Reiskio, quamvis κακοῦ antecedat, explicandum, per τὸ ἀνελεῖν τὰς βλασφημίας καὶ τὸν φόβον. At aptissime cod. Σ et Ω. pr. οὗ omittunt, ita ut per οὐδὲν nova sententia initium capiat. 142, 42. in verbis: τοὺς μὲν τοίνυν εὐπόρους ταύτῃ χρωμένους τῇ γνώμῃ οὐ μόνον κ. τ. λ. post γνώμῃ pausa quaedam est, unde interpunxit Reisk. Idem fecit 143, 45. in τὰ δὲ (scrib. δ') ἑκάστου ἴδια τοῦ κεκτημένου post ἑκάστου. 145, 51. miror quod Bekk. ex solo *F.* ἄχρι οὗ pro cett. ἄχρις οὗ scripsit, nam vel ex Atticistarum praeceptis non omnes Attici ἄχρι ante vocales scripserunt v. Matth. Gr. gr. §. 41. Idem non probo, quod Bekk. 150, 72. ex Σ. τῇ μὲν πόλει ἀσφαλὲς pro cett. τῇ πόλει μὲν ἀσφαλές scripsit. Illud quidem usitatius est, hoc tamen dici posse patet vel ex §. 71. τῇ πόλει δὲ coll. 73. et 74. Ib. 73. in verbis: δόξα σοι ὑπάρχει—τῇ πόλει δὲ conjicio post σοὶ μὲν excidisse. Supra enim 72. eadem oppositio est, sed scriptum vides: σοὶ μὲν et τῇ πόλει δέ. 151, 74. denique in verbis: ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἥκοντας Bekk. ἥκοντας ex Σ. quocum Aug. I. Par. I. V. VII. Harl. Ald. Tayl. consentiunt, recepit pro ceterorum προϊόντας, quod scriptorem hic ad hiatum evitandum praetulisse censeo.

Hi quidem hiatus in ea orationis parte reperiuntur, quam aliunde esse petitam nemo poterit confirmare. Eae autem partes, quae iisdem fere verbis in orat. de Cherson. leguntur, continentur §. 11—17. (134—136.) 29—37. (137—138.). Denique 55—70. (146—150.). Disputatum est a viris doctis, utrum ipse Demosthenes haec mutuatus sit, quae est Ulpiani, an tota oratio Demosthenem non habeat auctorem, sed ex ejus fasciniis sit composita, quae plurimorum virorum doctorum est sententia. At qui potuerit fieri, ut praeclarissimus orator iisdem auditoribus eadem iisdem verbis narraret eaque non pauca, sed per integras orationis partes, nemo facile dicet, neque poterit explicari, cur eaedem illae orationis partes, quae ex orat. de Cherson. sunt repetitae, minus cum ceteris cohaereant. Orator enim in exordio primum queritur de diversis partibus earumque diversis studiis et quod salus reipublicae negligatur propter Atheniensium segnitiem. Exponit deinde, quem usum inde Philippus in singulis terris oppugnandis ceperit. Pergit tum (§. 17.) apte ad id transiens, de quo deliberetur, i. e. ne amplius quiescant in pace, cum Philippus Cardianis auxilium tulerit, sed ut potius res suas in Thracia strenue agant. Quae quum bene se excipiant, illa, quae ex orat. de Cherson. a verbis: πρῶτον μὲν (Cherson. 38, hic 11.), usque ad τἆλλα πάντα πραγματεύεται (Cherson. 45, hic 17.), sunt interposita, interrumpunt orationem, cum hic jam quaeratur, quid igitur factu opus sit, et tamen iterum exponatur, quatenus Philippus etiam Atheniensium reipublicae sit infestus. Postquam igitur hortatus est Athenienses, ut res suas strenue agerent semperque ad bellum necessaria parata haberent (19—22), recte ad id transibit, unde opes sint sumendae, idque paucis praemissis ut quiete audiant quae sit dicturus (28—30.) exponit (31—35.) et ostendit, eas posse a Persarum rege accipi. At interposita sunt iterum ex orat. de Cherson. quae ibi §. 47—51. sequuntur et in quibus contrarium fere docetur, magnos esse sumtus ab Atheniensibus ipsis faciendos. Sequetur autem inde, quod Persarum opes poterunt ex ora-

toris sententia ad bellum gerendum adhiberi, hoc quoque non esse amplius necesse, de pecunia theatrali disputari, quod pauperes id indigne ferant opulentisque ea de causa succenseant omninoque multae inde oriantur turbae (35—45.). Qua de sumtibus necessariis disputatione absoluta impeditimentisque quae obstare possent sublatis, bene ad id fiet transitus, quid damni Atheniensibus inde ortum sit, quod a pristino more recesserint neque amplius afflictis sociis et amicis auxiliari soleant. Inde enim sequetur, nunc quoque Thracibus auxilium esse ferendum neque gloriam antiquam diutius negligendam. Ad gloriam autem sive comparandam sive servandam etiam singulos homines multum laboris impendendum esse censere, exemplo ipsius adversarii, qui pacem esse servandam suaserat, dico Aristodemi histrionis probat. Quae cum ita sint, ne iis, qui a Philippo sint conducti et corrupti, aures praebeant, Athenienses adhortatur. At haec, quae tam apte se excipiunt, interrumpuntur iterum iis, quae in or. de Cherson. §. 52 —67. sequuntur, in quibus ea quae brevius 8—11. et 18. jam sunt enarrata, repetuntur, ut inde demonstretur, quod jam est demonstratum et quidem iisdem argumentis, bellum esse cum Philippo gerendum.

Quae si vere sunt a me disputata, intelliges totam illam orationis partem ex orat. de Cherson. a §. 38. usque ad 67. pag. 99—106. hic illic paullulum mutatam non ab auctore orationis, sed ab alio quodam esse insertam atque aut, ut comparatio inter utramque orationem instituatur, ad marginem fuisse adscriptam, aut ab otioso rhetore ejusmodi artificium fuisse excogitatum, ut ex duabus una conficeretur oratio. Inde poteris etiam optime explicare, unde factum sit, ut antiqui rhetores et Grammatici, dico Dionysium Halic., Hermogenem, Aristidem, Stobaeum, Harpocrationem, Suidam et Photium (vid. Schaef. App. I, 610. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 23. 34. 41. 57. et Rüdig. de canon. Phil.) de fide hujus orationis non dubitarent, legebant enim ista addita-

menta non. Solus Grammaticus Bekkeri (Schaef. I, 618 et 651.) ea ante oculos habuisse videtur.

Restat tamen altera quaestio, quisnam orationis ipsius fuerit auctor, et qui contenderunt, Demosthenem non esse, haec attulerunt argumenta: Orator quum (140, 36.) legem de pecunia theatrali quam paucis annis ante antiquari voluit, nunc ipse sustineat, secum pugnat. At ipse hujus rei causam affert. Ante aliquod tempus, inquit, tantum centum triginta (scil. tributorum ex Boeckh. Pol. Oecon. I, 466. explicatione) nunc quadringenta talenta redituum habemus. Non igitur amplius opus est legis illius abrogatione. Si Rüdig. p. 204. pergit, frustra investigari summum consilium, quod auctor persecutus sit, varia enim eum tractare eaque non apto ordine disposita, eam rem aliter habere jam supra ostendi. Neque quod ab eodem viro immodestiae accusatur, concesserim. Quae enim §. 2. leguntur, nil aliud significant nisi id: si vera et justa in orationibus proponimus, omnes quidem nobis assentire solent, orationibus igitur superiores sumus et victores evadimus, sed nemo id facit, quod in nostra oratione probavit. In quibus quid insit immodestiae non video. Idem de verbis 151, 76. facilius etiam poterit demonstrari. Neque in eo quod §. 5 et 17. juramento usus est (§. 25. ex orat. de Cherson. est petita, in qua etiam juramento utebatur), offendo. Neque id recte urgebis, quod hic §. 8. Philippus dicatur Euboeam occupasse, posteaquam Serrium et Doriscum ceperit, sed verus Demosthenes Phil. III, 115, 17. ordinem inverterit. Nam quae ibi 115, 17. leguntur: *νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παρόντα* ad alias Thraciae regiones eodem jure possunt referri, neque cum eodem Rüdigero dubitabis, utrum Megaris ante an post Porthmi moenia diruta capta sit. Hic enim aperte id postea factum esse traditur et inde quod pro Coron. 248, 71. in enumeratione Megara anteposita sunt, nequaquam sequitur, Demosthenem dicere Megara antea capta esse, sed potiora prius enumerat. Mirum etiam est, si opponitur §. 9. dici, *Ἀντρῶνας ἐπρίατο*, cujus rei a Demosthene nullo in loco fiat mentio.

Res enim non ejus est momenti, ut eam aliis etiam in locis orator debuerit commemorare. Ea ipsa autem de causa, quia multae res traduntur, quae memoriae illorum temporum inserviant, Winiewskius censuit, eas partes genuinas esse (V. comm. chron. 190. n.). Quae autem denique de jejunitate quadam orationis et a Beckero et a Schaefero proferuntur, non prorsus negaverim, sed multa graviter et eleganter dicta opposuerim.

Ex iis igitur, quae nunc sunt disputata, perspicies, primum magnam orationis partem a sciolo quodam homine sive a rhetore scholarum gratia hic esse ex orat. de Cherson. petitam, unde qui in locis insertis reperiuntur hiatus, veluti 147, 60. ἀδικούμενοι ἀρωῦνται non tetigi. Quod Rüdiger. autem dicit verba §. 20. ex orat. Phil. I, 47, 25. esse petita, non te movebit, sunt enim haec sola verba: ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἐστὶν ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν, quae quominus saepius repetantur, nil impedit, ipso Dionysio VI, 1127. docente, eandem sententiam interdum a Demosthene repeti, quippe cui saepe de eadem re esset dicendum. Nostri oratores sacri id apertius etiam et saepius faciunt. Deinde orationis reliqua pars cur indigna sit Demosthene, nondum esse satis demonstratum, sermonis autem conformationem eandem quam in ceteris publicis Demosthenis orationibus esse ostendisse mihi videor.

In oratione quae ad Philippi epistolam a Demosthene habita esse dicitur, sane aliud dicendi genus atque in Demosthenicis reperitur. Hic enim non tot hiatus, quia pausa quaedam est, hic non tot hiatus aut si vis elisiones vocalis *α* in adjectivis, participiis et nominibus, hic non tot hiatus, quos particulae καὶ, ὅτι, εἰ, ἤ et similes faciunt, reperies, sed simile hiatus evitandi studium quam in Isocrate. Post interpunctionem habes hiatum 153, 6. προτρέψονται, ὃς et 158, 22. ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ. Nam 154, 9. in verbis: κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ ὥστε c. Aug. I. Harl. Σ. scribe αὐτῶν pro αὐτοῦ, probante Schaefero. Nam id ipsum negat orator Macedones velle pugnare et quotidie pericula subire pro suis i. e. ne suis, dum ipsi absint, mali quid fiat. A

autem elidendum 158, 23. in μάλιστα οἱ. 153, 3. in μεγάλα ἐπαγγελλόμενος. Hiatum invenies post καὶ 154, 9. in καὶ αὐτῷ (al. αὑτῷ) et ὅτι 156, 17. ὅτι ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Qui praeterea leguntur hiatus, sunt in δὲ 153, 3. 4. bis. 154, 7. bis. 9. bis. 14. 156, 17. (ubi tamen ε propter majorem pausam non est elidendum) 157, 18. 20. 158, 22. in μήτε 152, 2. bis. οὔτε 156, 17. 157, 18. in verborum terminatione in οἴεσθε 154, 9. ἐννοεῖσθε ib. et 157, 21. Quibus in locis elisio est adhibenda. Restat tamen unus locus 156, 15. in quo nunc haec sunt scripta: μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. At ibi ἐστὶ rectius in Olynth. II, 24, 22. unde sententia est petita, post πάντ' (ita pro ἅπαντα) est scriptum. Idem habet Dionysius, ab Aug. I. abest. Deinde pro τὸ ὅλον hoc quidem in loco Y., in Olynth. contra vulg. et omnes codd. Bekk. praeter Y. habent ὅλον. Quod si legis, sententia est: magnum enim momentum ac potius totum (nostrum: Alles) est fortuna. De neutro praedicati ὅλον v. Matth. Gr. gr. 437.

Ut autem perspicias, quid mihi voluerim dicens, orationem in Demosthenis orationibus aliter esse conformatam, ex oratione de Pace, quae fere eadem est magnitudine, primum afferam hiatus, qui reperiuntur post interpunctionem. 57, 1. ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ. 2. βουλεύεσθαι, ἔτι. ib. βουλεύεσθαι, ὑμεῖς. ib. πράγματα, ἐκ. 3. ἀνέστηκα, ἂν —προσήκει, ἔξειν. ib. σωθήσεται. Ἀκριβῶς. 58, 7. ἐθεᾶσθε, ἀλλὰ. 8. ᾐσθῆσθαι, ὅτι. 59, 9. ἐρῶ. ἡνίκα. 10. φανήσομαι, ἀλλὰ. 11. ἐπανοίσω, οὐδὲ. ib. δύο, ἕν. 60, 12. μοι. ὅταν. ib. λογίσαιτο. ἕν. 13. ποιήσει, οὐχ. ib. προείμεθα, ὧν. 14. Θηβαῖοι, οὐκ. 15. Φιλίππῳ, ἀλλ'. ib. εἶναι, ὅτι. 61, 15. καθεδεῖται. οὔκουν. ib. πολέμου. οὐδὲ. 16. εἶμαι, εἰς. 17. λάβῃ. εἰ. 62, 19. προστησάμενοι, εἶτ'. ib. πολεμῆσαι, ὥσπερ. 20. κωλῦσαι, οὐδὲ. 21. αἴσχιστα· εἰ. 22. παραδοῦναι, ἀλλ' ἠναγκάσθη· ἐγὼ. ib. λέγω, ἐκεῖνο. 63, 24. δίω. ἀλλ'. ib. λογίσασθαι. ἡμεῖς. ib. τί; ἵνα. Deinde terminationes nominum, adjectivorum et participiorum in α, quas Demosthenes elisisse videtur, in illa oratione hae reperiuntur: 57, 2. ἐπιτιμῶντα εὐδαιμεῖν.

3. παρόντα ἔσται. 58, 5. μεγάλα ὑμᾶς. ib. βέλτιστα εἰρηκότα ἐμέ. 59, 9. ἀποφανθέντα ὑπ'. 11. ἃ ἄν. 60, 14. ἔγκλημα ἴδιον. 61, 17. ἔγκλημα ὃ. 62, 20. ταὐτὰ ἕκαστοι. 63, 24. κελευόμενα ἡμᾶς. 25. ἕνα οὗτα. Deinde in particulis 57, 4. καὶ ἐπαχθὲς. 58, 7. καὶ οὔκετ'. 60, 12. καὶ οὐδὲν. ib. ὅτι ἄν. ib. καὶ οὐκ. 61, 15. ὅτι εἰ. 17. τί οὖν. 62, 22. ὅτι οὐ. 63, 24. καὶ εἰ. De hiatibus, quos δὲ, οὔτε, ταῦτα et sim. faciunt, nihil afferam, hoc tantum addens, ejusmodi hiatus, quales hic ex orat. de Pace vel ut excusandos vel ut elisione delendos attuli, in omnibus Demosthenis orationibus non minus frequenter reperiri. Videbis autem inde orationem hanc ad epistolam Philippi habitam prorsus aliter quam ceteras Demosthenicas esse conformatam et concludes jure, eam non esse a Demosthene scriptam, id quod viri docti aliis iisque gravissimis argumentis ducti recte jam confirmarunt.

Eandem autem legem, quam auctor orationis ad epistolam Philippi scriptae, secutus est etiam auctor epistolae Philippi, quae vulgo eam excipit. Nam in ea quoque hiatus pausa excusandos videbis evitatos. Reperies enim ne unum quidem ejusmodi hiatus exemplum. Videbis porro elisiones illas crebras literae α in adjectivis et simil. evitatos. Leguntur enim tantummodo 159, 3. δοκοῦντα ἐποίησεν et 163, 16. αἰτιώμεθα ἀλλήλους (ubi ex Anecd. Bekk. p. 120. ἀλλήλοις recipiendum), nam μάλιστα huc non est referendum, quod ante vocalem legitur 159, 4. 160, 5. Particulas καὶ et sim. deprehendes non ante vocales, nisi huc refers 162, 15. τί οὖν. Ceteri hiatus quos δὲ 159, 3. 162, 12. 13. 14. 15. 163, 22. ὥστε 159, 3. 160, 5. οὔτε 162, 13. τότε 162, 14. ἔγωγε 160, 5. et terminationes in ε faciunt 158, 1. 2. bis. 160, 6. 8. et in ο τοῦτο 159, 3. 4., aperte corrigendi sunt. Restant tamen duo hiatus, quorum alter 159, 4. legitur: στῆσαι ἀνδριαντα, sed plurimi codd. et ap. Reisk. et ap. Bekk. (apud hunc FYΩv.) habent id, quod ante Reiskium vulgo legebatur: ἔστησαν, idque praeferam quamvis εἴργειν praecedat. Cur enim structura verborum mutari non poterat? Quae autem

§. 2. legentur: *καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ εὐδοκοῦντα ἐποίησαν*; sane offendunt, neque Schaeferi conjectura *εὐδοκοῦντος* multum juvamur. Quid tamen epistolae auctor scripserit, non facile dices. Hoc autem nequaquam crediderim, eum qui in reliqua epistolae parte tantum prae se ferat studium hiatus evitandi, hic tam foedum admisisse hiatum. Recte autem admiraberis, quod regia epistola hac in re tantam prodit diligentiam, idque eo magis miraberis, quia in ceteris Philippi epistolis hiatum minime evitatum vides. Ita in brevissima illa de Coron. 238, 39. leges: *ἴστε ἡμᾶς—Φωκίδα ὑφ'—καὶ ὅσα.* 239. *μὴ ὑπακούοντα.* ib. *καὶ ἐξανδραποδισάμενοι.* ib. *καὶ ὑμᾶς.* ib. *γέγραφα ὑμῖν—μὴ ἐπὶ—καὶ ὁμοίως—ταῦτα οὐδὲ—ὥστε ἐὰν—μὴ ἐμμένητε—προτερήσετε ἔξω τοῦ ἐφθακέναι ἀδικοῦντες.* Idem in epist. Phil. quae 230, 77. legitur: *ἐμὲ οἰ—φαίνεσθε ἐν μεγάλῃ ἐνηθείᾳ ἔσεσθαι, εἰ οἴεσθ'—ὅτι ἐξαπεστάλη—παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς.* 78. *ναυάρχῳ ἄνευ—τοῦ Ἀθηναίων—καὶ ἑτέρων—συντετελέσθαι ἢ—καὶ ὑπολαμβάνουσιν—ἔσεσθαι οὐ—ἀφίημι ὑμῖν—λοιποῦ, ἐὰν—μὴ ἐπιτρέπειν—πολιτεύεσθαι, ἀλλ'.* His addas epistolam Philippi in ead. or. 280, 157. *Λοκροὶ οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν—καὶ ἀμύνασθαι—Φωκίδα, ἔχοντες—τοῦ ἐνεστῶτος—λῴου, ὡς—δὲ Ἀθηναῖοι.*

His ita comparatis id concedes, has epistolas ab alia esse scriptas manu. At dices, Philippus plures homines doctos secum habuit. Hanc igitur epistolam alius quam ceteras scripsit. Offendunt tamen praeterea longitudo et sophistica argumenta, quae in ea afferuntur, v. Schaeferum in Appar. I, 672. 674. Huc accedit, quod satis mirum est, quod et auctor epistolae et orat. adversus epistolam habitae prorsus eandem legem in conformando sermone eamque talem, ut minime ceteris epistolis et orationibus conveniat, est secutus. Dices quidem, at oratio et epistola sibi non respondent neque inter se cohaerent. At uti in epistola in universum ea, quae Philippus moleste ferebat, afferuntur, neque ulla singularis res gesta, cujus causa literae sint scriptae, commemoratur, ita etiam in oratione adversus epistolam orator au-

ditores in universum hortatur, ut ejusmodi epistolis non perterriti res suas strenue agant. Non igitur cum Winiewskio p. 191. hanc epistolam pro genuina habuerim, sed censuerim, et orationem et epistolam in schola exercendi causa ab uno eodemque esse scriptam.

In oratione de Contributione sunt hi hiatus, qui neque librorum ope removeri neque pausa excusari possint, veluti 169, 13. *πρᾶξαι ἀγαθά*. 174, 26. *εἰρήνη ἀπολώλασιν*, et 174, 29. *ὀνόματι εἰκολούθους*, ubi quod Cod. Obsop. habet: *ὀνόματι παραπλησίους* interpreti deberi videtur. 172, 21. *ἀγαθὰ εἰργασμένους*. 175, 30. *ἱκανὰ ὑμῖν* minus offendunt. Ceteri hiatus pausa quae in loquendo fit, excusari possunt, veluti 168, 7. *περιεργάζεσθαι ὅπως*. 169, 13. *ἀπιστῆσαι ὡς*, ubi Reisk. ante *ὡς* interpunxit. Fecit id etiam 166, 1. inter *κοινὰ εὐδοκιμῆσαι*. 174, 26. inter *στῆσαι οὐχ*. 175, 30. *γεγενημένοι οἱ*. 176, 36. *οὗτοι ὧν*. 170, 14. *λέγει οὐδὲ* et *καίτοι ὦ ἄνδρες*. Elisione poterunt sanari 171, 18. *δείξειμι ὑμῖν* et 166, 2. *ἀντείποιμι ὡς*, nisi vis hic ante *ὡς* vocem subsistere. Quod autem non plures hic reperiuntur hiatus, non est mirum, quia tota oratio cento Demosthenicus est, ex Olynth. III. et Aristocratea consutus. Conferas quae §. 4. 5. et 20. (p. 172.) usque ad 32. (175.) leguntur. Imitatus est scriptor finem Olynth. III. (§. 4. 5.) quo facto locum §. 20. sumsit ex Olynth. II, 26, 29. §. 21. ex Olynth. III, 35, 23. §§. 21—24. ex Aristocratea 686, 196—687, 200., mox §. 25. ex Olynth. III, 37, 32., deinde §. 26—29. ex Olynth. III, 34, 23.—35., denique §. 30. ex Olynth. III, 36, 29. et Aristocr. 689, 208. Recte igitur viri docti hanc orationem Demostheni abjudicaverunt.

In oratione de Symmoriis Demosthenes nondum tantum studium in hiatu evitando posuit, quantum ab eo postea, quum Philippicam primam Olymp. CVII. scriberet, in ea re positum esse vidimus. Habemus hic hos graviores hiatus: 183, 21. *μέρη εἴκοσιν*. 184, 23. *ἑαυτῷ εὑρήσει*. 188, 35. *βαρβάρου ἔσεσθαι*. 189, 41. *ἔργον ἀδίκου*. Non offendunt: *εὖ οἶδ'* 178, 2. et 181, 13. *εὖ εἰ-*

δίκαια et 188, 37. ἐπεὶ al. 189, 39. πάλιν ἄν. Pausa excusantur. et ap. Reisk. interpunctum est 182, 15. inter Ἀθηναῖοι ὅτι. 185, 26. ἀπολαλύκαι ἤ. 186, 31. ἡγοῦμαι ἐπὶ μέν. 189, 38. φοβοῦνται ἤ. 40. ἀκουσίου ἤ.

In oratione de Rhodiorum libertate legitur 197, 33. ἤττηνται ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Sed paulo post Bekk. e Codd. *F*Ωuv. et Anecd. p. 147, 1. scripsit: ἤττησθε —οὔτε τῶν δούλων, id quod ante Reisk., qui ex Par. I. Aug. I. Ald. Tayl. οὐκ ὑπὸ τῶν δ. recepit, vulgo legebatur. Schaeferus probat ὑπὸ, quia etiam post ἤττηνται ὑπὸ legatur. At cum Grammat. in Anecd. aperte ὑπὸ ante δούλων non legerit, ego potius ὑπὸ, quod facile poterat addi, etiam ante Λακεδαιμονίων deleverim. In iis autem, quae deinde sequuntur: αὐτοῦ ἐκείνου, non dubito, quin κείνου scribendum sit. Hanc enim formam et Isocratea, de quo supra vide, et Demosthenes vocali antecedente praetulerunt. Vid. Schaefer. in Appar. I, 819. et me pluribus de hac re disserentem ad Isocrat. Areop. 258. et sequ. Porro 198, 26. in verbis: ποτ' ἐν Βυζαντίῳ οὐδεὶς videtur ποτὲ Βυζαντίους scriptum fuisse. In iis enim, quae sequuntur, optimi codd. ΣΩuv. et vulgo ante Reisk. (vid. etiam Bekk. Anecd. 287.) Βυζαντίους habent pro Βυζάντιον probante Schaefero. Quod si verum est, hoc quoque in loco sequ. ἐκείνους Βυζαντίοις melius habebit. Collocatio fortasse mutanda 191, 1. in τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει, nam quod ὅσονπερ sequitur, non offendit, et 194, 15. in τῇ σωτηρίᾳ αὐτῶν. Excusari possunt 191, 5. ὁρῶ ὑπὲρ μὲν neque minus 193, 8. ὅσῳ ἂν μᾶλλον, ubi Reisk. et antiqua exempla minus ex usu ὅσῳ μᾶλλον ἄν dederunt. Item 195, 16. quod e conj. Reisk. δίκαιοι ἂν pro libror. δίκαιον ἂν est scriptum, per se non offendit, quamquam cur δίκαιον mutandum sit (αὐτοὶ poteris ad φήσαντα referre) non intelligo. Ib. in verbis: εἴ ποτ' ἂν εὖ φρονῆσαι ἠθέλησαν omittitur ἂν vulgo ante Reisk. et in *F*Ωuv. Equidem conjecerim post φρονῆσαι fuisse collocatum. Saepius enim vidi ἂν omitti in aliis libris, si in aliis alium habebat locum.

In oratione pro Megalopolitis 293, 4. nunc qui-

dem κατέφευγον Ἀρκαδίαν legitur, sed Par. I. Aug. I. Ald. Tayl. et Σ. articulum addunt probante Schaefero. Solet quidem Ἀρκαδία sine articulo scribi v. pr. Coron. 327, 304. et de mal. gest. leg. 344, 10. 11. 402, 198. 424, 261. 438, 303. 439, 306. 440, 310., hic tamen articulus non sine idonea ratione est additus. Significatur enim: illam Arcadiam ejusque urbem, de qua jam agitur. Eundem addendum esse conseo 204, 11. in verbis: κομίσασθαι Ὠρωπὸν coll. ib. κομίσασθαι τὸν Ὠρωπὸν et 206, 16. et 18., quamquam alibi etiam sine articulo legitur 205, 13. et 206, 18. bis. In iis quae 209, 18. exhibentur: οἱ Μεγαλοπολῖται ἔτι τῆς Θηβαίων συμμαχίας ἔχονται cum Bavar. ἔτι delebis, quo facile caremus. Similiter 210, 30. in ὑπάρξει ἤδη σωθῆναι Reiskius offendit in ἤδη, addens, se non perspicere, quae vis sit particulae ἤδη. Sententiam postulare δοκεῖν. Schaefers tamen defendit, quia oppositum sit τὸ συμβησόμενον. At eos servari posse etiam Atheniensibus non adjuvantibus, concessit in iis quae antecedunt, hoc igitur in loco solum id urget, eos servari per Athenienses, qui quae inde eventura sint in aliorum, non in suis incommodis, perspecturi sint. Equidem igitur non intelligo, quid sibi orator velit dicens: so wird ihre Rettung schon durch euch geschehen. Nam minime opponitur, si ab Atheniensibus non recipiantur, Arcades postea servatum iri per illos, sed eodem tempore aut suis et Thebanorum opibus servabuntur aut a Lacedaemoniis subigentur. Videtur illud ἤδη ex iis quae antecedunt: οἱ ἤδη τι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐξίβη huc venisse. Non facio cum Bekkero 205, 15. ex Σ. scribente: τὸ αὐτὸ (scr. ταὐτὸ) βουλομένη ἀεὶ πράττειν. Vulgo ante Reisk. et in Ω. legitur: τὸ αὐτὸ ἀεὶ βουλ., in Aug. I. βουλομένη πᾶσιν ἀεὶ πράττειν, unde Reisk. dedit: πᾶσιν ἀεὶ βουλ. πρ. Ego πᾶσιν sane desidero, quia sententia est: modo Lacedaemonios, modo Thebanos, modo Euboeenses servavimus, qui tamen aliis temporibus inimici nostri fuerunt, sed socios fecimus, quia semper idem facere volebamus erga omnes sive amicos sive inimicos, i. e. injuria afflictos

servare. Sequere igitur Aug. I. et scribe: *ταὐτὸ βουλ. πᾶσιν ἀεὶ πρ.* Verborum ordinem muta etiam in *τοὺς πολλοὺς οἶμαι ὑμῶν ταῦτα φῆσαι* et vulgatum: *ὑμῶν οἶομαι*, qui a Bekk. ex Σ et Ω., quibuscum faciunt Aug. I. Ald. Tayl., mutatus est, restitue. Quod autem Rüdiger. e. Dindorfio, probante Schaefero, ex Σ Aug. I. Ald. Tayl. Vind. Rhedig. *ἐμοὶ* post *ὑμῶν* recipi vult, ut *ταὐτὰ* habeat, quo referas, non probo, nam quisque ad *τις* referet, ut sententia sit: quantum qui de hac re cogitarit, conjiceret et puto plerosque vestrum eadem (secum) dixisse. Intelliges autem vim sententiae minorem esse, si orator dicat: puto vos idem mecum esse dicturos, quam si dicat, puto plerosque vestrum idem cum eo, qui res diligenter consideraverit, sensisse. Inde etiam non probo, quod Rüdiger. in Programm. Frib. 1836. p. 8. contendit, ex Ω Aug. I. Par. I. Ald. Tayl. Vindob. Rhed. „nexu flagitante" *φήσειν* esse recipiendum pro cett. *φῆσαι*. Convenit oratoris consilio magis, si dicit, „puto vos idem jam vobiscum dixisse," quam: „idem esse dicturos, postquam ego dixerim." Hiatus autem eodem modo hic est excusandus, quo 202, 4. in *ἀντείποι ὡς*. 203, 5. *γενόμενοι ὡς*. 204, 10. *βουλόμενοι ἤ*. 205, 14. in *οἶμαι ὡς*. 206, 18. *καταστρέψασθαι οὐχ*. 209, 28. *ἔσονται οὐχ ἵνα*. 29. *φρόνου ὅτι*. 210, 31. *ἔσονται ἡμῖν* et 32. *ἰδίᾳ εἴρηκα*, quibus omnibus in locis Reiskius inter vocales interpunxit. Item non offendes 207, 19. in *ὅσῳ ἂν* nec 205, 12. in *καίτοι οὐδ'*, quamquam in Cod. Σ et Y *γρ. καίτοι* abest. Num orator haec exclamans quodammodo et indignatus ita dixit?

Oratio denique ultima inter publicas deliberativi generis de foedere cum Alexandro aperte Demosthenem non habet auctorem, id quod veteres jam intellexerunt. Videas quaeso hiatus, qui hic leguntur, iis omissis, qui aliquo modo excusari possunt aut in quibus Reiskius et Bekkerus non consentiunt. Syllabam *α* productam excipit vocalis 219, 28. *Μακεδονίᾳ ἐπιλελοιπότων*; syllabam *η* 212, 4. *κοίνῃ εἰρήνῃ*. 217, 19. *κοινῇ ὁμολογηθέντων*. 219, 28. *δὴ ἐστὶ*; syllabam *ω ὅσῳ ἐκ* 216,

16. μάρφ' ὑστέρου 219, 27. δεινῶ ὑμῖν 220, 30.; syllabam ε 213; 5. ἐντεῦθεν ἐμμένων. 214, 6. ἔρεν εἶπον. 216, 17.: Μακεδόνι ὑπηρέται; diphthongum αι 213, 3. ὑπομεῖναι ἀντι. 213, 6. προσγέγραπται ἐν. ib. στρατεύεσθαι ἐπ'. 214, 8. στρατεύεσθαι ἐπι. 215, 14. οἴονται αἰσθήσεσθαι. 216, 17. αὗται αἱ. 217, 18. πεύσεσθαι οἰήσονται. 218, 26. τολμῆσαι εἰσπλεῦσαι εἰς. 219, 27. ἀνέχεσθαι ἡμᾶς. ib. εἶναι ἐμηχανῶντο. 28. ναυπηγήσεσθαι ἐνταῦθα. ib. πληρώσεσθαι ἐν. ib. ἐξέσται ἐπι. 220, 29. χρῆται ὁ et 30. παύσασθαι αἰσχρῶς; diphthongum αι 213, 8. ἐπιτάττει ἡ. 215, 15. προσήκει ἀπολωλέναι. 216, 17. δεῖ ἐπικρίπτεσθαι. ib. κελεύει ὁ. 218, 25. δυνάμει ἔστι. 219, 27. ἴδοι εὐθύς; diphthongum οι 213, 2. ἀδικούμενοι ἀνέχησθε. 216, 17. ἕκσπονδοι ἡμῖν. 217, 19. μόνοι ἐξηλέγξατε. 22. ἀναίσθητοι ἦσαν. 218, 23. ἄλλοι Ἕλληνες. ib. βάρβαροι ἅπαντες; diphthongum ου 213; 4. αὐτοῦ ἴδοι. 217, 19. που ἐν. 20. οὐ ὑμεῖς.

Ex orationibus judicialis generis publicas a privatis esse discernendas quisque concedet nemoque negabit, orationes inprimis ad sese ipsum publice defendendum scriptas de corona dico et de male gesta legatione eadem diligentia fuisse componendas et esse revera compositas, quam in ceteris publicis orationibus adhibitam vidimus. Quod ut clarius etiam perspiciatur, singula orationis de corona jam perlustrabimus. Hiatum igitur reperies hic 230, 17. in: ἀναμνῆσαι ὑμᾶς. At optimi codd. Σ et Aug. II. ὑμᾶς non habent, Ω. habet ἡμᾶς, Hermogenes contra ὑμᾶς ὑπομνῆσαι et Syrianus: ὑμᾶς ἀναμνῆσαι. Potest sane ὑμᾶς eodem jure abesse, quo is, cui aliquid in memoriam revocatur, omissus est in Plat. Phileb. 89. ὑπελαμβες καὶ ἀνέμνησας, ὦν. Similiter in Leptin. 480, 76. legitur: ταῦθ' ὑπομνῆσαι πειράσομαι. Similimo modo ὑμᾶς erit delendum 236, 34. δέομαι τοῦτο μεμνῆσθαι ὑμᾶς παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα. Nam hic quoque Σ k a. et qui hunc locum afferunt Syrianus et Alexander Rhetor de fig. 23. qui tamen μέμνησθε habet, ὑμᾶς omittunt. Cf. Platon. Soph. 250. d. τόδε—μνησθῆναι δέομαι καὶ τοῦτων. Item 250, 76. in verbis: ὁ Φιλιππος οὐδὲ

στιτᾶται ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ πολέμου, ἑτέρους ἐγκαλεῖν vulgo pro ἐμέ, quod in uno Σ. est, με legitur. Schaeferus quidem affirmat, ἐμέ vel sine codice scribendum fuisse, sed non vidit ἑτέρους generis esse neutrius, ut sententia sit: Philippus in illa epistola non de bello accusat me, sed de aliis rebus queritur, idque epistolae ipsi, quae sequitur, optime convenit. Rectius igitur scribetur με. Vitium aliud est tollendum 264, 114. in verbis: πολλάκις ἐστεφανῶται ὑφ' ὑμῶν. Ibi enim et Marcellinus ad Hermog. et codd. Ωp. ἐστεφανοῦτο habent, quod tum sequ. ἐστεφανοῦντο commendatur, tum re ipsa et verbo πολλάκις, quia honor quidem manet (inde τετίμηται) sed non coronatio. Probavit etiam Schaeferus. Difficilior est locus 303, 227. φησὶ προσήκειν ἧς μὲν οἴκοθεν ἦκεν ἔχοντες δόξης περὶ ἡμῶν ἀμελῆσαι, ὥσπερ δ', (dele comma) ὅταν οἰόμενοι περιεῖναι χρήματά τῳ λογίζησθε, ἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψῆφοι καὶ μηδὲν περιῇ, συγχωρεῖτε, οὕτω καὶ νῦν τοῖς ἐκ τοῦ λόγου φαινομένοις προσθέσθαι. Aeschines igitur hic comparavit falsam de Demosthenis meritis opinionem cum falsa de opibus alicujus opinione et optavit, ut idem accidat Demosthenī, quod ils accidere solet, qui plus pecuniae possidere videantur. Rationes enim subducuntur et si apparet, iis revera non tantum pecuniae esse, quam opinio fuerit, cedunt qui putaverunt. Quod maxime in litibus de permutatione accidere solebat. Quae si est sententia, non apparet, quid verba sibi velint: ἂν καθαραὶ ὦσιν αἱ ψῆφοι, cum de λογίζεσθαι i. e. de rationibus subducendis sermo sit. Videtur igitur id praeferendum, quod optimus habet cod. Σ. καθαιρωσιν, quod scribe καθαιρῶσιν, ut sententia sit: si calculi diminuunt, i. e. si ex calculis positis summa pecuniae, quam adesse aliquis credebat, diminuitur.

Deinde 236, 33. verba: καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ post τρόβῳ c. codd. Par. I. II. VII. Aug. I. YKprsv et Vpt et Bav. in text. delenda esse videntur. Cur enim inde quod Aeschinem corruperit, tanta orta sit trepidatio, non patet, poterat hoc ex Demosthenis sententia etiam sine magna trepidatione facere. — 244, 58. in verbis: με μηδεὶς ὑπολάβῃ ἀπαρτᾶν τὸν λόγον τῆς γραφῆς codd. pr. ὑπολάβῃ post γραφῆς colloca. Alio in loco

264, 113. in verbis: ἐπῄνεσεν αὐτὸν φησὶν ἡ βουλὴ ὑπεύθυνον ὄντα, potest quidem vocalium concursus pausa excusari, quae post βουλὴ est, rectius tamen cod. Σ. ἡ βουλὴ omittere videtur, nam ad ἐπῄνεσιν poteris supplere Ctesiphontem, contra quem, non contra τὴν βουλὴν, Aeschines orationem habuerat. Additum est, quia subjectum desiderabatur, quod e nexu facile potest cogitari. Idem videtur legisse Maximus Sophista, qui haec habet (loc. vid. in Schaefer. Appar. II, 167.): οὐ δυνάμενος γὰρ ἀντιστῆναι πρὸς τὸ, ὅτι οὐχ ὑπεύθυνον ὄντα αὐτὸν ὁ Κτησιφῶν ἀνηγόρευσεν, ὅπερ ἄντικρυς καὶ διαῤῥήδην ὁ νόμος ἀπαγορεύει—ὀνόματος μεταθέσει τὴν μέθοδον παρέσχετο ἀντὶ τοῦ ἀνηγόρευσεν ἐπῄνεσεν εἰπών. — Difficillimum est judicium de loco 270, 129. ὡς ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ ἥρωϊ χρωμένη τὸν καλὸν ἀνδριάντα καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον ἐξέθρεψέ σε; Hic enim multa de Calamite heroë a viris doctis sunt disputata. Alii, uti codd. Aug. I. cod. Tiber. K et prs. omittunt ἥρωϊ, alii uti Apollonius ἡρῴῳ habent, alii pro Καλαμίτῃ, uti cod. Tib. καλάμῃ τῇ exhibent, alii, uti Petitus, Κυαμίτου conjecerunt, alii uti Ald., Καλαμίτῃ omiserunt, alii denique, uti Schaeferus, πρὸς τῷ καλαμίτῃ Ἥρωι scribi voluerunt et putaverunt, medicum illum καλαμίτην fuisse appellatum, quod τοῖς καλάμοις perite uteretur aut in curandis ossium fracturis aut ad alios usus chirurgicos, afferentes ex Demosth. de mal. gest. leg. 419, 249. verba: πρὸς τῷ τοῦ Ἥρωος τοῦ ἰατροῦ et ex Photio c. 60. Ἥρως, ἰατρὸς, οὗ μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. At ex apposito verbo ἰατρὸς conjecerim, Photium orationem de mal. gest. leg. cum or. de corona permutasse et ex loco Demosthenico patet, hic non posse de medico Heroë cogitari. Illo enim in loco dicitur Aeschines pater literas docuisse πρὸς τῷ τοῦ Ἥρωος τοῦ ἰατροῦ, hic autem aperte patris domicilium a matris lupanari, de quo hic sermo est, discernitur. Huc accedit, quod cognomen medici καλαμίτης sic antepositum et satis mire formatum quemque offendet. Rectius igitur Suidas dicit: Καλαμίτης, κύριον ὄνομα et

Hesychius: *Καλαμίτης*, *ἥρως* (scr. *Ἡρῷον*) *τῷ ἡλισίῳ* (scr. *κλισίῳ*) *πλησίον*. Equidem censuerim primum pro *ἥρωϊ* cum Apollonio scribendum esse *ἡρῴῳ* et *Καλαμίτου* aut esse retinendum, hiatus enim quia haec duo verba unum quasi conformant nomen, minus offendit, aut quod malim in *Καλαμίδος* mutandum, ut mentio hic fiat celeberrimi istius statuarii Calamidis, cujus juxta heroum domicilium illud erat. Tum enim optime explicabitur, quod a nemine adhuc vidi explicatum, cur Demosthenes hic dicat: matrem ibi nutrivisse Aeschinem *τὸν καλὸν ἀνδριάντα*. Quia enim Aeschines juxta heroum celeberrimi statuarii nutriebatur, facile ex eo pulchram statuam mater poterat facere videri. — Ordo verborum est mutandus 275, 142. in verbis: *ὑποληφθῇ ἐλάττων οὗτος*, ita enim nullus habet cod., sed in Σ. est: *ὑποληφθῇ οὗτος ἐλ.*, cum ceteri omnes, uti ante Bekk. legebatur et iterum est scribendum, praebeant: *οὗτος ἐλάττων ὑποληφθῇ*. Praefero etiam 317, 274. in verbis: *ὁρῶ πᾶσιν ἀνθρώποις διωρισμένα καὶ τεταγμένα πως τὰ τοιαῦτα. ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου· ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ* c. codd. Guelph. Aug. Vindob. Aug. I. Σrs. accusativos *ὀργὴν — τιμωρίαν — συγγνώμην*, simulque signo interrogationis cum Wunderlichio deleto, *εἰ* reticeri censuerim v. Viger. 508. — Si 230, 18. haec leguntur: *οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε* (scr. *ἔγωγ'*) *ἐπολιτευόμην*, ego particulam *δὴ* nequaquam necessariam habeo et cum Par. I. V. Aug. I. II. Ks. et schol. Hermogen. deleverim, uti 301, 220. *τοὺς ἄλλους* non cum uno Aug. I. post *ὑπερῆρας*, sed cum libris ante Reiskium et codd. FYΦΩprtuv. (Σ. omittit) post *τόλμῃ* ante *ὥστε* collocaverim.

Non minus collocatio verborum est mutanda 264, 113. in verbis *δικαία ἐστὶ τυγχάνειν*, quo quidem in loco Reiskius jam ex Aug. I. II. IV. quibuscum faciunt YK prs. dederat *τυγχάνειν ἐστί*. Deinde 274, 139. in verbis: *ὁ βάσκανος οὑτοσὶ ἰαμβειοφάγος* recipe ex Par. I. Aug. I. Bav. Ks. *οὗτος* pro *οὑτοσὶ*, pertinet enim pronomen ad *ὁ* ante *βάσκανος* et postpositum est, ut nomen

magis urgeatur. 296, 174. ne dubita post Ἑλένης ante ὄντα cum Reisk. e Par. I. V. Aug. I. V. Wolf. Vindob. Krs. ὖν addere. 302, 222. nunc quidem legitur: τῇ πόλει ἐπαιρόμενος λόγους, et Aug. II. et K. habent: λόγους τῇ πόλει ἐπαιρ., rectius tamen scribes auctor. Aug. I. et s. τῇ πόλει λόγους ἐπαιρόμενος. 303, 228. in verbis: ὡμολόγηκε νυνὶ ὑμᾶς alii uti Par. I. Aug. I. Krs. νυνὶ omittunt, alii uti Ωu. νῦν, alii uti Σ. νῦν γ' habent. Equidem cum Σ. fecerim et νῦν γ' scripserim: concessit nunc quidem. Sequar etiam eundem librum 321, 228. in verbis: ἀδελφοὶ ὑπὸ τοῦ δήμου τόθ' αἱρεθέντες, ubi Σ. post ἀδελφοὶ οἱ habet, id quod Reiskius bene antea jam conjecerat: qui delecti fuissent. Post ἀδελφοὶ tum vox quiescit. Non male idem cod. 322, 290. in verbis: Ἀκούεις—καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ ὡς τὸ—κατορθοῦν; οὐ verbum ὡς omittit, cum codd. Par. I. Aug. I. K s. ὡς τὸ omittant. Fortasse Demosthenes scripsit: Ἀκούεις, Αἰσχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ τῷ: „μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν" ὡς οὐ κ. τ. λ. Hiatus tamen in vulgata poterit facile ferri. — Corrigendum autem aperte est, quod 331, 319. legitur: οὐδενὶ ἐξίσταμαι. Nam Grammat. in Bekk. An. hunc locum diserte citat ut exemplum constructionis verbi ἐξίσταμαι cum accusativo, praebentque optim. codd. ΣΥ. non minus οὐδένα (scrib. οὐδέν') ἐξ, legitur etiam accus. Lept. 460, 10. et Androt. 617, 76. Recte igitur Schaeferus quaerit: quid dubitamus h. l. praeferre accusativum?

Pausa autem, quae in loquendo fit, excusari possunt hi hiatus: 226, 4. δόξω οὐδ'. 229, 12. αὕτη ἐχθροῦ μὲν (huic μὲν respondet in iis, quae sequuntur, μέντοι, quod Schaeferum latuisse videtur). 229, 14. διεξῇει ἡ. 230, 17. ἴδοι οὗτε. 231, 19. τοῦ πολέμου οἱ τότε μὲν. 231, 20. ὀργιζόμενοι ἑτοίμως. 233, 24. μου οὐδὲν (Cod. Y. μου om.) 236, 31. καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ, hic enim vox post ἀεὶ paululum subsistit. 237, 34. κεχρημένου ἀνάγκη. 242, 49. ἴδοι ὅτι. 51. λαβόντι ἢ (al. verb. om.). 244, 57. εὑρεθήσεται εἴτε. 255, 89. οὗτοι —θηροῦσιν οἱ χρηστοὶ ἐπὶ ταῖς—ἐλπίσιν, ubi Schaeferus

recte explicait: οἱ χρηστοὶ, qui se ipsi χρηστοὺς iactant. 264, 114. ἔρχοντι ἢ (al. ἀρχ. om.) 266, 118. μαρτυρεῖ ἐφ' οἷς. 267, 120. λογίσασθαι ὅτι. 271, 133. et 134. ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου. 275, 143. οἱ μὲν — συγκαθημένοι σὺν. 276, 145. αὐτῷ ὅμως. 281, 160. ἐψαμένῳ εἰς ἄ. ib. πεπολίτευμαι ἀφῖχθαι (al. ἀφ. om.) 284, 169. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ οἱ μὲν. 285, 172. ἡ ἡμέρα ἐκείνη (scr. κείνη) οὐ μόνον. 288, 180. βούλει ἐμαυτὸν μὲν. 292, 191. καθημένου ἐγὼ. 295, 203. ἐκπιτὰ οὐδ'. 296, 205. Ἀθηναῖοι οὔτε. ib. τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν. 206. δείκνυμι ὅτι. 299, 213. ἀγαθὰ εἰς. 300, 216. στρατοπέδου οὐδείς. 301, 219. ἑαυτῷ ἅμα μὲν. 304, 230. εἶναι ἑπτακόσια. 231. προτίθημι ὅτι. 306, 238. Αἰσχίνη ἢ. 307, 240. ἀκριβολογουμένου ἀπῆλθον. 310, 249. μανίαι οὔτ'. 313, 257. ἐλέσθαι ὥστε. 323, 291. ἑαυτοῦ ὅτι. 325, 298. πατρίδι οὐδέν. 326, 303. κακία ἢ (al. ἢ om.) 328, 308. φυλάττει ὁπηνίκ' (al. φυλάττειν, al. πηνίκ'). Quibus addas 319, 279. ἀνηλωκέναι ἰδίας et 312, 255. ἑκάστου ἐν, ubi item vox paululum subsistit, unde a Reiskio est interpunctum, eodemque modo excusarim 331, 321. μοι (quippe) περὶ ἐμαυτοῦ λέγοντι ἀνεπιφθονώτατον et 239, 40. διορίζεται (idque) ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ συμμάχους, ubi ex bis posit. praeposit. πρὸς jam concludi potest, verba: ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ discernenda esse. Refer etiam huc 241, 48. μέχρι τούτου Εὔδικος, ubi quippe in enumeratione vox post τούτου paululum subsistit. Idem statuerim 271, 134. ἐν Δήλῳ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγνοίας, unde Reisk. etiam post Δήλῳ interpunxit. Denique huc referri possunt: 272, 137. καίτοι ὅστις. 285, 171. καίτοι εἰ. 294, 198. καίτοι ὅτῳ. 314, 264. καίτοι ὅστις. 324, 295. οἳ ὅτ'.

Restant tamen nonnulla vitia, quae tum a Demosthene ipso profecta, tum antiquitus orta sunt. Veluti 231, 20. ἄλλῳ οὐδενὶ, quod non facile evitari poterat. 241, 48. ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν, ubi fortasse Φίλεππον scriptum erat v. Aristocr. 625, 15. 242, 49. πάλαι ἂν non offendit quod etiam 228, 10. de κοινὰ ὑπέρειν dici pot-

est, nisi ibi, mavis vocalem elidere. 243, 52. δοκεῖ μισθωτὸς Αἰσχίνης ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου. — Num εἶναι ἢ ξέν. Ἀλ.? 244, 57. ποιεῖν ὅτι ἂν δύνωμαι ἀγαθὸν. Cur non ἀγαθὸν δύνωμαι? 247, 68. χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ, fortasse χωρ. γ' ἀδ'. τότ' ὄντ. κ. μ. 262, 107. non ἀναλῶσαι ἄν, minus etiam μικρὰ ἀναλῶσαι offendit. Alii tamen ἀναλώσειαν praebent. Sed ibidem plures sunt hiatus, quia locutiones et ritus solennes in re nautica afferuntur, quae non facile mutari poterant, ita legis ibi: ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθίζετο — αὐτοῦ ἀπελείφθη, — οὐ δυναμένη ἀνάγεσθαι. — 263, 112. pro ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ fortasse ὑπ. ὢν ὁμ. scriptum fuit. 267, 120. ὅπου ἂν non offendit, sed 271, 132. pro ἀφεθῆναι ἐποίησεν fortasse ἐποίησεν ἄφ. a Dem. est scriptum. Excusari poterit vocalium concursus 274, 139. in verbis: δειξάτω ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι, ut in formula solenni. Delenda tamen esse conjicio verba 285, 171. καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ante ἀναστάντες. Nam οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι non alii esse possunt atque qui nunc non adsunt judices. Ad id ipsum cur afferat, etiam ceteros Athenienses eodem urbis servandae studio esse impletos, non liquet, inest enim idem in verbis: ὑμεῖς πάντες, quippe Athenienses. Item fortasse etiam verba ib. πάντες γὰρ οἶδ' ὅτι σωθῆναι αὐτὴν ἠβούλεσθε, quae otiosa sunt et vim orationis certe minime augent, non sunt a Demosthene profecta. 285, 173. in verbis: ἐφάνην τοίνυν οὗτος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐγὼ Schaeferus οὗτος (quod in cod. Ω. abest) recte explicuit per: quem ὁ καιρὸς ἐκάλει, ad tum quid ἐγὼ sibi velit, minus est perspicuum. Videtur a librariis ad explicationem verbi οὗτος additum esse. Item 286, 175. ἐξαπατῆσαι ἐνῆν, fortasse ἂν ἐνῆν scriptum erat, additur enim ipsum contrarium, v. Kühner. Gr. gr. 821. n. 3. Non offendit 297, 210. ἐπεὶ οὐδ' neque 323, 293. ἐπεὶ ἔμοιγ' neque 318, 277. εὖ οἶδ'.

In oratione de male gesta legatione legitur quidem 345, 15. ἐδημηγόρει καὶ συνηγόρει ἐκείνῳ, at ex Par. I. V. Aug. I. Kr. (u. om.) aoristus συνηγόρησεν est recipiendus. Postquam enim orator in universum di-

xit quid tum fecerit, id est ἐδημηγόρει addit, qualis fuerit concio ejus eo tempore et quid ejus consilium. Poterat igitur tempora eodem jure mutare quo nos dicimus: er hielt eine Rede und hat darin Jenem zu Gunsten gesprochen. Tempora autem saepe a librariis mutata sunt, si ceteris non respondere videbantur. Ita 354, 43. in verbis: ἐμοῦ τἀληθῆ μὴ ἐθελῆσαι ἀκοῦσαι καὶ αὐτοὺς οἴκοι καταμεῖναι, codd. fidem Par. I. Aug. I. Krs. pro ἀκοῦσαι praebent ἀκούειν et pro καταμεῖναι καταμένειν, quamvis φεναχισθῆναι praecedat et νικῆσαι sequatur. At ἀκούειν regitur ab ἐθελῆσαι et praesens est scriptum, quia et vera non audiendi et domi manendi voluntas per longius tempus manet, sed φεναχισθῆναι et νικῆσαι ψήφισμα et etiam ἐθελῆσαι i. e. consilium ipsum ex ipso tum allato nuntio singulari sequebatur. Collocatio tamen verborum in μὴ ἀκούειν ἐθελῆσαι mutanda esse videtur, μὴ enim ad ἀκούειν referendum, quo facto recte καταμένειν poteris cum ἐθελῆσαι struere: et a me verum non audire voluisse et domi manere. Ordo verborum etiam mutandus est 355, 46. in verbis: ὑπολαβὼν ἔφη Αἰσχίνης οὐτοσὶ, μὴ νῦν ἀφίστασο, ubi plurimi et optimi codd. Reisk. (except. Bav. Ald. P. Man.) et Bekk. codd. Ks. cum Reisk. ipso ἔφη post ἀφίστασο collocant, quo oratio ex meo quidem sensu vividior fit. Deinde 356, 48. in verbis: ἀλλὰ τοσούτου ἔδει ἐπαγγέλλεσθαι ὥστ' κ. τ. λ. Reiskius particulam γε, quae ante eum vulgo post τοσούτου legebatur, uncis inclusit, quia in Par. I. IV. Aug. I. non legitur, Bekkerus, in cujus codd. FΦΩrtuv. est, omisit. Particula γε tamen bene locum suum tenet, quia cum dicturus sit, multum abesse, recte ironice dicit: tantum quidem aberat, scil. ut tale quid polliceretur, ut ipse diceret, se nescire etc. Offendo tamen in verbo repetito ἐπαγγέλλεσθαι, quod cum quisque cogitaturus sit ad ἔδει et nequaquam vim aliquam habeat, delendum esse censeo. Quis nostrorum oratorum facile dicet: Aber nichts hat der wenigstens versprochen, sondern er war so weit gewisslich davon entfernt, zu versprechen, dass er sagte: — Nam non in eo quod pollicebatur, sed quod justa se

factarum esse pollicebatur, momentum est positum. Simillimo modo 372, 98. ante *συμβουλεύω* erat *ἐφεδρεύω* additum, quod nunc Bekk. delevit. Ante *ὥστε* autem pausa est. Non offendo 356, 49. in verbis: *ὅτι βοηθήσει ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων*, videntur enim haec verba ex decreto ipso desumta esse. Sed si infra 356, 50. *οὐδ' ἐξιέναι Ἀθηναίους* legitur, videtur *τοὺς Ἀθηναίους* scriptum fuisse cf. 387, 149. et 391, 160. Non offenderim 359, 57. in formula solenni: *ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι εἰπάτω*, neque in numeris, veluti ib. *ἑνάτῃ ἐπὶ δέκα*. 58. *τρίτῃ ἐπὶ δέκα* et *ἕκτῃ ἐπὶ δέκα*. Huc etiam referam 359, 57. *ἡ μὲν τοίνυν εἰρήνη ἐλαφηβολιῶνος — ἐγένετο*. Nam in ejusmodi locis hiatus quippe in enumerandis rebus facilius ferendi sunt, inde etiam 59. *ταύτῃ ἐγίγνοντ'* non sollicitabo, neque 360, 60. *αὐτὸ συμβαίνει εἰς ταὐτὴν εἶναι πέμπτην*, quamquam ibi in ind. Lambin., probante Tayloro, *εἰς* deletum est. Neque aliter statuo 361, 62. de verbis: *ἄλλῳ οὐδενί* et 366, 81. *οὐδενὶ οὐδέν*. Quo tamen non referrem 362, 68.: *εἰς τὰ πράγματ' αὐτῷ ἐδέησε*, ubi c. cod. t. *αὐτῷ* post *ἐδέησεν* ponas, cod. *K.* omittit *αὐτῷ*. Nam ubi alieno in loco verbum aliquod positum erat, fere semper fieri solet, ut alio in libro sit omissum. Offendere poterunt 372, 96. *οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ πολλῷ ἄγοντες*. Hoc tamen recte Marklandus et Schaeferus senserunt, interpungendum esse post *πολλῷ*, quo alter ille hiatus excusatur, cum alter ex solenni dicendi ratione *δανείζεσθαι ἐπὶ πολλῷ* explicandus esse videatur. In verbis: 372, 97. *εἰ γὰρ ἡ μὲν εἰρήνη ἐγεγόνει — τίν' ἀνθρώπων ἐλύπησεν ἂν ἡ εἰρήνη*, non putarim Demosthenem verbum *εἰρήνη* ipsum repetiisse, non tamen c. Bav. *FΦ.* alterum *ἡ εἰρήνη*, sed prius *ἡ εἰρήνη* post *ἡ μὲν* deleverim. Nam quis dicet: si pax facta esset — quem hominum pax dolore affecisset? idque paucis verbis interjectis? Facile autem explicari poterit, cur post *ἡ μὲν* (statim praecedente *ἡ εἰρήνη*) *εἰρήνη* adscriptum sit. 377, 117. ante *οἶμαι* pronomen *ἐγὼ* delendum est auctor. Aug. I. II. *Ks.* Ib. paulo ante verba: *ἀφίημι ἔγωγ', ἔφην*, aliter interpungenda esse censeo, et quidem post *ἀφίημι*. Dixerat

enim etiam in iis, quae antecedunt: 116. *ἐγὼ—ἤφην*. et 117. *ἤφην ἐγώ*. Apostropho poterit hiatus removeri 372, 98. in *ἀφίημι Αἰσχίνην* et 404, 202. *εἰμὶ ἄνθρωπος*. Item non dubito, quin 379, 125. in verbis: *κἀκείνοις συνήχθεσθε καὶ αὐτοὶ ἐξεπέπληχθε* lectio codd. *ΣΥ* et *γρ. F. ἑαυτοῖς* pro *αὐτοὶ* (Cod. v. *αὐτὸν* habet) recipiendum sit. Nam Athenienses revera non solum cum Phocensibus lugebant, sed etiam, quod ex iis, quae sequuntur, intelligitur, sibi ipsis timebant. Quod autem *ἑαυτοῖς* de secunda hic dictum est persona, poterat quidem, sed non debebat librarios offendere. V. Schaef. App. I, 371. Codices Aug. I. r. et s. sequar 401, 191. pro *πότεροι οὖν* scribens *πότερον οὖν*, coll. Mid. 558, 133. *πότερ' εἰσὶν ὄνειδος—οἱ διαβάντες—ἢ σὺ*, ubi codd. *Kr. πότεροι* habent. In iis autem quae §. 192. sequuntur, verborum ordinem: *μικρὸν ἀκούσατέ μου ἔξω τι τῆς πρεσβείας ταύτης* non probandum esse censeo, sed *τι*, quod *F* et *Φ.* omittunt et cujus loco u. habet *τὸ* ante *ἔξω* collocaverim, uti scriptum videbis 407, 213. *ἐάν γέ τι ἔξω τῆς πρεσβείας βλασφημῇ*. Idem fortasse faciendum 404, 202. in verbis: *ἔστε δ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπραγμένων οὔτε δικαία οὔτε προσήκουσα* (scr. *προσήκουσ'*) *ἡ τοιαύτη ἀπολογία*. Cod. *Σ* enim *γρ.* habet *ἀπολογία αὕτη* et *Φ. αὕτη ἀπολ.* Equidem igitur scriptum fuisse conjicio: *ἡ ἀπολογία τοιαύτη*, i. e. quae talis est. Magis etiam offendo in iis, quae 420, 250. leguntur: *ἃ δ' οὐδὲ πώποτ' ἐν τῷ βίῳ ὑπεκρίνω*. Opposita enim sunt verba: *ὃς ἃ μὲν πολλάκις ἠγωνίσω καὶ ἀκριβῶς ἐξεπίστασο ὑπερέβης*, sequentur igitur: quae autem non didicisti, ea quaeris et profers, ut inde civibus damnum aliquod pares. Qua de causa verba *ἐν τῷ βίῳ* offensioni sunt. Nam legationes suscipere, de quo inprimis orator loquitur, per se patet, eum non prius discere potuisse in vita quam eas subierit. Multo aptius autem procedit oratio omissis his verbis: *ἐν τῷ βίῳ*, quae a librariis ad *ὑπεκρίνω* addita esse videntur. Sententia enim erit: quae autem quum histrio esses, nunquam egisti, id nunc quaeris agere. Ejusmodi additamentum etiam reperisse mihi videor 423, 256. in verbis: *ἐγὼ δ' ἀεὶ*

μὲν εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τοῦτον ἡγοῦμαι. Hic enim εἶναι ab omnibus fere codd. Reisk. et Bekk. (*ΓΣΥΦΩ*tv.) omittitur, neque ante Reiskium legebatur, ἀεὶ autem in codd. Aug. I. II. *K.* et s. abest ejusque loco iidem codd. praebent εἶναι ante μὲν, idque revera a Demosthene profectum esse censeo. Demosthenes enim hoc est dicturus: esse quidem veram hanc Solonis sententiam: „deos Athenas servare“ se putare et velle, ipsam autem hanc causam quodammodo probare Deorum benevolentiam se non minus putare. Ergo non ἀεὶ et νῦν, sed opinio et optio sententiam esse veram et res, quae sententiam veram esse probavit, sibi respondent. Quam facile autem ἀεὶ inseri potuerit, non est quod ostendam, quo inserto εἶναι est omissum. Interpretamentum inesse 426, 266. in verbis: τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπολωλέκεσαν τας ἐν τῇ Χαλκιδικῇ οἱ προδιδόντες opinati sunt Marklandus et Taylorus, recte dissentiente Schaefero, qui tamen in eo erravit, quod οἱ προδιδόντες tantummodo de corruptis hominibus istis, de quibus supra orator est locutus, intellexit. Equidem potius cum codd. *ΣK*s. fecerim, qui articulum οἱ omittunt et προδιδόντες explicuerim per „tradentes.“ Nam subjectum ad ἀπολωλέκεσαν omnes sunt Olynthii, qui dicuntur χιλίους ἱππέας κεκτημένοι, πλείους ὄντες ἢ μύριοι et quae sequuntur. Num censes hos omnes proditores fuisse? tradidisse autem urbes omnes in terra Chalcidica recte dicuntur, neque Philippus sufficiebat urbes tradentibus. Vertes igitur: sie hatten alle Städte in Chalcidice durch (freiwillige) Uebergabe verloren. Pronomen ὅσοι deleverim 433, 287. in verbis: πάντες ὅσοι οἱ περὶ πορνείας ἐρρήσαν λόγοι. Omittitur enim ὅσοι ab optim: codd. Aug. I. Lind. Ital. *ΣY*Ks., in aliis οἱ deest uti in cod. δ. Tayl. Bav. (ὅσοι superscriptum est ut varia lectio) *F*Φr. Item pronomen personale σὺ 435, 294. ante ἔκρινες auctor. Aug. I. *K.* s. delebis probante Schaefero. Nam non in eo, qui, sed in re, quam Aeschines ad judices detulit, oppositio est. Alia medicina parata est 449, 335. verbis: ὡς οὐ σὺ αἴτιος δεῖξον. Ibi enim vulgo ante Reisk. et in codd. *F*Φtuv. recte συναίτιος legitur pro αἴτιος. Demosthenes

enim hoc dicit: Ne id dicas, alios quoque auctores perniciei Phocensium fuisse, sed id demonstra, te non simul fuisse auctorem. Videtur σὺν ob praecedens σὺ evanuisse. Eadem ratione etiam 450, 341. τουτονὶ ante ἐαλωκέναι c. codd. ΣΥΩKs. in τοῦτον mutaverim.

Pausa excusandus est hiatus 343, 9. in ὑπομνῆσαι εἰς τόνα (cod. s. εἰς om.). 350, 31. ἐμοῦ οὔτ' (Σrc. post ἐμοῦ inseruit τότε). 352, 36. ἡ ἐπιστολὴ ἡ παρὰ τοῦ Φιλίππου. 354, 41. ὡμολόγει ἡλίκα—ποιήσει. 358, 53. ἀληθῆ ἃ. 363, 70. τούτῳ ὡς. ib. βουλῇ αὐτὸς. 365, 77. πράττει εἰς. 368, 87. Πορθμῷ ἢ. 373, 99. πολιτικὴ οὐδὲ. 102. Φιλίππου ὅτι. 374, 104. ἠδίκηται ἰδίᾳ δίκου. 375, 113. οὐδὲ Φιλοκράτης ἐτόλμησε ποιῆσαι ὁ μιαρός. 377, 119. λέγει ὅτι. 120. αἰτιάσασθαι ὡς ἢ πεπεισμένα ἢ χαριζόμενά τῳ ἐστι τοιαῦτα, ubi non solum ante ὡς pausam esse dixerim, sed etiam post τῳ quod ad χαριζόμενα refertur. Sententia enim est: Res ipsae sunt testes nec poterit dici, eas ut vel ab aliis persuasas vel alicui studentes esse tales i. e. estes. Idem statuendum 379, 124. de προσελθὼν τῇ βουλῇ ἐξώμοσεν. 125. ἐν Πειραιεῖ ὅτι. 385, 143. τὸν—βουλόμενον παραδοῦναι ἐχθρὸν ἡγήσεσθαι. 387, 150. ἡ μὲν εἰρήνη τέλος εἶχεν αὕτη (i. e.) ἡ τοῦ Φιλοκράτους. 390, 157. ἔλεγον μὲν ἐγὼ ἐψήφιστο δὲ. 392, 162. ἃ πρὸς Εὐκλείδην ὕστερον ἐλθόντα τουτονὶ ἀπεκρίνατο (codd. Krs. ὕστερον post τουτονὶ collocant). 396, 175. οὑτοσὶ (codd. rs. οὑτοσίν) ἐμὲ μέν. 176. δυοῖν θάτερον ἢ μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι ἀναγκάσω. Est hic, ut in membri incisione pausa quaedam post. ἐξόμνυσθαι. 401, 194. φοβηθέντες οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ὑπεξέθεντο. ib. 402. αἰχμάλωτοι γεγόνασι καὶ εἰσὶ παρὰ σοὶ ἡλικίαν ἔχουσαι γάμου. 195. τῶν ἀποκτεινάντων ἦν τὸν Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν τὸν Φιλίππου οὗτος ὁ Ἀπολλοφάνης. 403, 198. ἔξω δ' αὐτῆς οὖσα — ἡ γυνὴ ἀναπηδήσασα προσπίπτει, ubi ἀναπηδ. cum προσπίπτει conjungendum. 404, 202. δικαία οὔτε. 405, 205. τουτουσὶ ὅτι. 406, 209. ἐμοῦ ὧν. 407, 212. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἀμφότερ'. 411, 224. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἐκλελύσθαι. 412, 227. ἡγεῖται οὔτε. 413, 233. προσήκει ἢ. 414, 236.

Φιλιππέιοι οὔτ'. 416, 240. σοι ᾖ. 418, 247. δεδιδάχθη οὔτε. 426, 267. ἱερὰ οὔτε. 427, 270. εἰδέναι ὅτι. 433, 286. ἀλῷ ἢ. 434, 288. ζῇ ἢ. 436, 296. δεῖ ᾗ. 439, 306. ἀκοῦσαι ὅτι. 445, 326. ἀντὶ τοῦ—παραδοθῆναι ὁρμητήρια—παρασκευάζεται. 446, 327. τῷ θεῷ οἱ μὲν. 449, 335. λέγει εἰ et 336. λέγει ὡς. 450, 340. τούτου ὡς.

His igitur praetermissis restant hi hiatus: 353, 40. εὖ ἴδειν, coll. 363, 70. εὖ ἴδει. 387, 148. εὖ οἶδ'. 405, 204. εὖ εἰδότες. 206. εὖ οἶδ'. id. 428, 273. 440, 309. 441, 312. Addas his 397, 178. δεινὰ εἰργασμένον. 179. ἱκανὰ αὐτὸν. 398, 181. δεινὰ ἐφυλάττεσθ'. 426, 267. δεινὰ ἐψηφίσασθε. 437, 299. κακὰ εἰργασμένον. coll. 442, 314. in quibus an α possit elidi, dubium est. Referendum etiam huc 346, 18. ἃ οὗτος. Sed 361, 63. in verbis: ὅτι Φίλιππος ἀπηγγέλλετο πρὸς ὑμᾶς ὑπὸ τούτου ἐπὶ τῇ τῶν Φωκέων σωτηρίᾳ παρεληλυθέναι, post τούτου vox paululum subsistit, quia id ex loci sententia quasi parenthetice additum est ὑπὸ τούτου, id quod etiam ex collocatione concludi potest. 374, 103. πάλαι ἂν non offendit, idemque 429, 276. nunc est scriptum. Item 403, 200. ἐπεὶ ὁ et 406, 209. ἰοὺ, ἰοὺ non offendunt. Recte tamen dubitabis de loco 380, 127. ὡς ἐπικεκήρυκται χρήματ' αὐτῷ ἐν Θήβαις et 401, 194. ὅτι ἦν αὐτῷ Ἀπολλοφάνης — φίλος, ubi μὲν post αὐτῷ addendum esse videtur, sequitur enim ἐπειδὴ δέ. Ferendum fortasse 407, 212. ἀπαψηφίσασθαι αὐτοῦ, non ita 415, 238. τὸ συγγνώμη ἀδελφῷ βοηθεῖν προσειληφότες, ubi cum fere omnes iique optimi libri (solus *F*. ap. Bekk. et marg. Benen. ed. Fel. et marg. Lut. habent συγγνώμη) συγγνώμην tueantur, et in hac proverbiali dictione δὸς aut simile quid suppleri possit, συγγνώμην praefero, quamvis hiatus in proverbio minus offendat. Item non offendunt quae 430, 279. leguntur: καὶ ἠλέχθησάν τινες αὐτῶν ἐν τῇ βουλῇ οὐ τἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες. Bene enim Reiskius ea sumta esse dicit e formula illa, qua mortis sententia dicta fuerit in Epicratem ejusque consortes. 434, 290. post ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης ψήφου ante οὐδ' ὑπακοῦσαι καλούμενος ἤθελες vox paululum subsistit, idemque fit 435, 293. in ver-

bis: ἐξελεγχομένους ὑπ' αὐτοφώρῳ ἐπὶ τῷ τῶν συμμάχων ὀλέθρῳ ταῦτα πεποιηκότας ante ἐπὶ. 439, 305. in iis quae ab Aeschine dicta esse narrantur, fieres hiatus ἐγείρεται ἡ et ἀγαναπτῆσαι ἴφη. 441, 312. in verbis: καίτοι τούτων αἰσχίους λόγοι οὐδένες πώποτ' ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ γεγόνασι παρ' ὑμῖν ante οὐδένες, quod magis ad sequentia pertinet, pausa quaedam fit. Si denique 447, 330. in verbis: διὰ τί; οὔτε γὰρ ὑμεῖς γε ἀχάριστοί ἐστε οὔτ' ἄδικοι ἄνθρωποι οὔτε κακοί. codd. Aug. I. II. Krs. γε omittunt, mihi id post ἀχάριστοί collocandum et γ' scribendum esse videtur: vos ingrati quidem non estis. Verba ἄνθρωποι οὔτε κακοί, ab aliena manu inserta esse dixerim, a qua etiam 448, 333. verba: τούτων γάρ εἰσιν οἱ στρατηγοὶ ὑπεύθυνοι addita esse suspicor. Ipse enim §. 334. explicat, cur Aeschinem non accuset rerum in bello male gestarum, sunt, inquit, omnino, quae amissa sunt, non in bello rebus male gestis amissa, sed per istos homines corruptos: ergo duces sane causam rerum gestarum non possunt sustinere, quia illa non sunt bello gesta.

In oratione adversus Leptinem ordo verborum est mutandus 466, 30. ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος. Cod. Aug. I. enim et K. δήπου melius post Λεύκων collocant. Cum A. Wolfio antiquum verborum ordinem qualis ante Reiskium erat, restituendum esse censeo 496, 97. in verbis: μηδὲν εἶναι ἀτελῆ τούτων οἷς, ubi cum plur. codd. Reisk. (except. Aug. I.) et cum Bekk. codd. Fv. τούτων ἀτελῆ ὧν scribe, in relativo enim, quod sequitur, hiatus non offendit. Dices quidem similem hiatum legi 457, 2. et 466, 29. at ibi ipsa legis a Leptine propositae verba afferuntur; id quod neque de hoc loco neque de verbis 496, 128. dici potest: Γράψας ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδὲν' εἶναι ἀτελῆ, προσέγραψε πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ubi codd. ΣΥΩr. rectius ἀτελῆ post προσέγραψεν ponunt. Ὅπως ἄν enim hic finem sive consilium indicat, uti de Symmor. 184, 23. φημὶ—ἐπικληρῶσαι τὰς τριττῦς, ὅπως ἄν—ᾖ, quem ad locum Hermannus de part. ἄν p. 122. recte monuit ἄν esse additum, quia dubium sit, an fa-

cturi sint Atheniensem. Conjunctivus autem non offendet, cum ad γράψας sit νόμον supplendum i. e. legem, quae jubet. Quae cum ita sint, certe comma post ἀτελῆ erit delendum, rectius tamen etiam ἀτελῆ post προσέγραψεν collocabitur. Non minus sedes verborum est mutanda 503, 152. ubi nunc legitur: μὴ ἐξεῖναι ὑπὸ τοῦ δήμου χειροτονηθέντα πλεῖον ἢ ἅπαξ συνδικῆσαι, cum ante Bekkerum in omnibus libris et in Bekk. *FK*stv. scriptum sit: μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα (scrib. χειροτονηθέντ') ὑπὸ τοῦ δήμου κ. τ. λ.

Sequar codicem optimum Σ. qui 499, 140. in verbis: ὅτου ποῤῥωτέρω ἐστὶν pro ποῤῥωτέρω habet ποῤῥώτερον, formam quidem insolentiorem, quam tamen Antiatticista ex Demosthene et uti videtur, ex hoc ipso loco affert, v. Buttm. Gr. gr. I, p. 271.

Quae restant praeterea hujusmodi vitia aut pausa aut alio modo possunt excusari aut mutari. Ita 457, 1. εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα (scr. c. *K*. ἕνεκα) τοῦ Χαβρίου ὡμολόγησα τούτοις, post Χαβρίου vox subsistit, unde Reiskius interpunxit. In iis quae sequuntur 2. ἐν μὲν γὰρ τῷ γράψαι μηδὲν εἶναι ἀτελῆ τοὺς ἔχοντας ἀφεῖλετο τὴν ἀτέλειαν, ἐν δὲ τῷ προσγράψαι μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι, non offendes in εἶναι ἀτελῆ ex causis supra allatis, neque in δοῦναι ὑμᾶς, nam inter δοῦναι et ὑμᾶς quod cum ἀφεῖλετο struendum est, vox quiescit, offendes tamen, si vocalium concursum spectas, in δοῦναι ὑμῖν et F. A. Wolfius verba δοῦναι ὑμῖν delevit cum Obsop. et Wolf. At id ipsum etiam in iis, quae §. 4. sequuntur: ἀφαιρήσεται τὸ κυρίους ἡμᾶς εἶναι, urget orator, quod ex lege illa Atheniensibus non amplius potestas sit donandi, in quo non poterant non Atheniensium animi maxime offendere. Si igitur quid delendum, potius cum Reiskio Aldinam secuto prius δοῦναι esset delendum. At in eo non minus vis quaedam est posita, quod ne dandi quidem potestas amplius Atheniensibus sit concessa, eamque ipsam gravitatem scriptor περὶ ἑρμηνείας, Demetrius, quem M. Antonini temporibus vixisse probavit Walzius in Rhetor. Gr. IX, Prolegg. I—IX., deprehendit 257. his ver-

bis: δεινὸν—πολλαχοῦ καὶ τὸ δύσφθογγον, ὥσπερ αἱ ἀνώμαλοι ὁδοί. παράδειγμα τὸ Δημοσθενικὸν τὸ: ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Excusabis igitur hic hiatum ita, ut dicas, Demosthenem gravitatem elegantiae antetulisse. 458, 4. excusabitur quidem hiatus in διδαχθῆναι ὅπως. Dindorfius tamen optimos codd. ΣΥΩrs. secutus πῶς pro ὅπως scripsit. Facilius etiam 459, 8. ἀντείποι ἂν feres, sed cod. Aug. I. et r. ἄν non male post οὐδ' collocant. 461, 14. inter πεπεῖσθαι et ὁμοίαν Reisk. interpunxit, quia pausa est, idemque fecit 15. post ὦ ἄνδρες δικασταὶ ante ἄμεινον et 477, 69. post δικασταὶ ante ἐκείνῳ μὲν, uti 463, 22. in verbis: ἵνα (scr. ἵν') οὖν τριάκοντ' ἄνθρωποι ἢ πλείους—λειτουργήσωσιν post ἄνθρωποι si ἢ legitur, distinctio et pausa fit, at Aug. I. et K pr. ἤ omittunt: Reiskius inde ἤ sustulit locumque ita explicuit: ut itaque in posterum semper homines triginta conferant numero plures quam nunc conferunt. Probavit id recte Schaeferus, tum, quia oppositum est: τοὺς ἅπαντας, ergo non plures, sed ad summum triginta debet dici, tum quia ipse orator supra 21. triginta ut summum numerum posuit. 464, 25. καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα κοινὰ τῇ πόλει ἐκεῖνο ὑμᾶς δεῖ σκοπεῖν poteris vocalium concursum inter πόλει et ἐκεῖνο excusare, sed eum facile etiam tollere κεἶν' scribens. 466, 29. in verbis: διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ videtur μὲν post γεγράφθαι excidisse, sequitur enim μὴ διῃρῆσθαι δέ. Si post haec verba: ὅτου ἀτελῆ legitur, fortasse ἀτελῆ ab aliis est additum, ter enim repetitur, quamquam hiatus in pronomine excusari poterit. Item hiatus 467, 33. in τοσούτου ὥστε defendi quidem posset, sed omnes libri habent τοσοῦτον recteque dixit Schaeferus, ipsum positum pronominis ὑμῖν inter οὐ μόνον et ἱκανὸν interserti arguere, quod frumenti superabundasset, cum difficultas annonae premeret πάντας ἀνθρώπους, exteris sic venditum esse, ut aeratium XV talenta lucraretur. Equidem verbum προσπεριγενέσθαι me explicare non posse fateor hac Hier. Wolfii conjectura recepta. Quid enim hoc est: Leuco frumentum misit nobis non modo sufficiens, sed tam modico

pretio, ut praeterea XV. talenta lucrifacta sint. Quomodo ex sufficiente frumento lucrum praeterea addi poterat? — Pausa est 467, 35. post *ὑπομενεῖ* ante *ἑαυτῷ μὲν*. Sed 470, 44. in *ποιεῖ ὁ νόμος* fortasse *ὁ νόμος* ab aliena profectum est manu, et in universum Leptines cum lege sua supplendus. 472, 51. in *ἄξιόν ἐστιν εὐλαβηθῆναι ἀδικῆσαι* videtur post *εὐλαβηθῆναι μὴ* additum fuisse. 474, 57. in verbis: *τοῦτο δ' οὐ γένει καὶ δόξῃ [κρινόμενον] ἴδοι τις ἂν ἀλλ' ἔργῳ* Reiskius, quem secutus est Bekkerus, *κρινόμενον* uncis inclusit, abest enim in Par. I. Aug. I. et Bekk. ΣΥΩKrs., Dindorfius delevit. Desidero tamen ejusmodi verbum, quod superiori *διώρισται* respondeat, et aptius quam *ἴδοι* cum dativis illis *γένει — δόξῃ* et *ἔργῳ* strui possit. Non magis probo, quod 490, 111. in verbis: *οὐδὲ δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι [τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας] εἰσὶ* viri docti, Lambinus, Taylorus, F. A. Wolfius, Bekkerus, Dindorfius et Schaeferus offenderunt in verbis uncis inclusis, quia interpreti debeantur verbum *ὧν* explicanti, neque de civitate Thebanorum bene *δεσποτεία* dici possit neque sana structura cum ceteris verbis cohaeret. At spectanda sunt inprimis verba §. 107. *ἐπειδάν τις* (Lacedaemoniorum) *εἰς τὴν καλουμένην γερουσίαν ἐγκριθῇ παρασχὼν ἑαυτὸν οἷον χρή, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων, παρὰ δ' ἡμῖν ταύτης μὲν ὁ δῆμος κύριος κ. τ. λ.* Qui igitur Lacedaemone de civibus bene meruit, inter principes civium est receptus et *δεσπότης* factus. Talia tamen, inquit, nequaquam Atheniensibus suaderi possunt, quibus (*δι' ὧν*) illi *μεγάλοι* i. e. potentes sive *δέσποται* (nostrum: die Grossen) civitatis suae, quippe quae *ὀλιγαρχία* et *δεσποτεία* sit, sunt i. e. exstiterunt. *Μέγας* autem etiam dici *τῇ ἐξουσίᾳ καὶ σεμνότητι* testis est schol. ad Aristoph. Vespp. p. 67., uti etiam a Xenoph. Hell. I, 7, 44. *μέγιστος τῶν πολιτῶν* ita dicitur. Contra Wolfium negantem *μέγας* cum genitivo strui cf. Bernhard. Synt. gr. 154 et 155. qui certe similes attulit genitivos. Posse autem Lacedaemoniorum rem publicam *δεσποτείαν* dici ex ipsis Demosthenis verbis

supra allatis potest intelligi. De Thebanis demonstravit idem Krügerus ad Dionys. Histor. p. 469. Reiskius tamen, qui verba defendit, in eo erravit, quod dixit: τῆς ὀλ. κ. δεσπ. idem esse atque κατὰ τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ δεσποτείαν i. e. per quae magni illi sunt ratione oligarchiae, cum ὀλιγαρχία et δεσποτεία potius de civitatibus ipsis dicatur, uti explicui. Krügerus autem, qui l. all. genitivos per epexegesin verborum δι' ὧν explicuit, oratorem satis contorte locutum esse statuit. 477, 68. in verbis: εἰ ἄρ' ἄξιον καταμεμψαμένους ἢ τὸν ἄνδρα ἢ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ ἄκυρόν τι ποιῆσαι τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. vocalium concursus poterit quidem defendi, quia inter αὐτῷ et ἄκυρον pausa quaedam est, abest tamen αὐτῷ non solum in Par. I. Aug. I. ΣΥΩKrs. sed etiam in Dionysio p. 171. h. loc. afferente, qua de causa Dindorfius, improbante tamen Schaefero, pronomen delevit. Cum autem orator in universum dicat: aut hominem aut res gestas vituperantes, poterit αὐτῷ jure abesse. Pausa est 479, 75. inter λόγου et ὅτι. Excusatio in relativo 480, 78. οὗ ἑκάστην et οὗ ἕκαστον, in pausa 481, 79. Δοκεῖ τισὶν ὑμῶν — τοσούτων καλῶν αἴτιος ὢν αἴσχρου δ' οὐδενὸς τῇ πόλει ἄξιος εἶναι ἀποστερηθῆναι τὴν ἀτέλειαν; ubi tamen malim εἶναι, cujus loco Ald. ᾖ habet, abesse. 482, 82. in verbis: καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκεῖνο (scr. ἐκεῖν') ἀνάξι' ἂν εἴη πεπονθὼς ὁ παῖς, εἰ τῆς δωρεᾶς ἀφαιρεθείη, καθ' ὃ πολλάκις ὑμῶν στρατηγήσαντος Χαβρίου οὐδενὸς πώποθ' υἱὸς ὀρφανὸς δι' ἐκεῖνον ἐγένετο vocalium quidem concursus, quia post genitivos absolutos vox subsistit, minus offendit, legebatur tamen vulgo ante Reiskium καὶ οὐδενὸς, quod sane legi potest. Repetitur enim ita particula praecedentis sententiae: καὶ κατ' ἐκεῖν' ut significetur: „etiam eatenus male de eo ageretur, quatenus etiam nullius filius per eum orbus est factus, ipse autem etc.“ Non raro enim factum est, ut particula καὶ sic repeteretur. Exprimitur ea novum quod hic additur argumentum. Nos quoque dicere possumus: Und auch insofern widerführe ihm Unwürdiges — inwiefern ja auch trotz dem dass Chabrias oft unsre Heere anführte, Nie-

manns Sohn je durch ihn verwaist geworden ist, er selbst aber u. s. w. Male Wolfius, contortius Reisigius ad Oedip. Col. 304. καὶ explicuerunt, ceteri deleverunt.

Si 485, 92. νεώτεροι οἱ νόμοι legitur, videtur articulus delendus esse. Non enim hoc dicturus est orator: eas leges ad quarum praescriptum senatus consulta scribi debeant, recentiores esse his ipsis senatus consultis (τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν) hoc enim fieri nequit. Sed cum sit vituperaturus, quod leges tam saepe rogentur et abrogentur, hoc dicit: esse adeo leges senatus consultis juniores et tamen ad legum normam, quia sint stabiles, decreta esse facienda. Id autem cum non de omnibus legibus posset dici, rectius articulus, qui facile ex praecedente syllaba poterat oriri, aberit. Sententia loci erit: Von den Verordnungen unterscheiden sich aber die Gesetze gar nicht mehr, sondern ihr habt jüngere Gesetze, nach welchen doch die Verordnungen abgefasst werden, als selbst die Verordnungen sind. Poterit igitur quidem articulus legi, quia scriptores interdum id, quod de singulis est dicendum, de omnibus dicunt, melius tamen aberit. Non offendes 488, 102. in verbis: ἐξεῖναι δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ᾧ ἄν τις βούληται neque 489, 105. ὡς ἆρ' οἱ Λακεδαιμόνιοι καλῶς πολιτευόμενοι καὶ Θηβαῖοι οὐδενὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς διδόασι τοιαύτην οὐδεμίαν τιμήν. Hic enim post Θηβαῖοι pausa quaedam est; nam quae praecedunt, ea vi sunt dicta: homines quales sunt Lacedaemonii, qui bonis utuntur institutis publicis et quales sunt Thebani. Perspicies simul inde, cur ad Λακεδαιμόνιοι articulus sit additus, neque dubitabis, quin idem cum Reiskio ex Aug. I. et K. ad Θηβαῖοι sit addendus. Schaeferus articulum et ante Λακεδ. et ante Θηβ. delendum esse censet. Vox quiescit 489, 107. inter φυλακαὶ et ὅπως, 490, 109. inter πονηρίᾳ et ἢ, 495, 126. inter φαίνεσθαι et οἷα, 127. inter καίτοι et εἰ; inter quae Reiskius ubique interpunxit et 496, 130. inter ὄντι et οὔτε, ubi est sententiae incisio. Idem dici poterit 503, 150. in verbis: πολὺ τοίνυν κάλλιον τῇ δεινότητι ταύτῃ χρῆσθαι ἐπὶ τὸ—κολάζειν ἢ—ἀδικεῖν. Nam ἐπὶ hic locum te-

mus particulae finalis. Alia de causa non offendunt verba: 504, 136. „ἄτοπος ἔστω“ φησὶ „καὶ ἡ αἰσία ἀφοσιοῦσθαι ἔστω,“ sunt enim verba alius. Simili de causa ferendus editum hiatum 503, 138. in verbis: ἔδησαν ἐφ' οἷς ἐξῆν αὐτοῖς ἀποστασίου. Sunt enim verba legis, et possunt conferri quae Aristocr. 644, 74. leguntur. Pausa contra est et inde a Reiskio interpunctum 504, 133. inter ἀποστάσιον οὐ μόνον. 136. τῷ νόμῳ ὃς et 507. 164. ἡ δὲ πόλις τούτοις ὧν αὐτὸν ἐρωτᾷς, δοξῶ ἅπαντος φθονερὰ φανεῖσ' πρὸς πάντα εἶναι, ubi et ante ὧν et ante ἅπαντος et sequ., quae τούτοις explicant et singula enumerantur, vox paululum quiescit. Excusari quidem poterunt, tamen non probanda esse censeo, quae 489, 133. leguntur: ἃ πυνθάνεσθαι αὐτὸς ἔφασκεν εἶναι χρήσιμον, ubi ante Bekkerum in omnibus libris et in Bekk. FKstv. post πυνθάνεσθαι additur τις, quod non cum Bekkero delendum esse censeo. Corrigendus denique erit locus 593, 137. ubi in: ὅπως μὴ γενήσονται οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι verba: οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι offendunt. Schaeferus eam rariorem dicit constructionem et librarii in Aug. I. Par. I. rs. φόνοι in φθόνοι mutaverunt. Equidem ferri posse nego. Nam οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι singulare esset caedum genus, at ex iis, quae (158) sequuntur εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, patet, de interfectoribus hominum omnino sermonem esse. Conjicio igitur scriptum fuisse: περὶ ἀλλήλους οἱ φόνοι. Discrimen idem erit ac si dicis: damit nicht die Mordthaten unter einander vorfallen, et si dicis: damit nicht die gegenseitigen Mordthaten (quae igitur a singulorum caedibus discernentur) vorfallen.

In oratione contra Midiam evitatus est quidem hiatus non ea cura, qua in iis, de quibus supra mentionem fecimus, neque tamen opinandum est Demosthenem omnino in hac oratione non ad hiatum attendisse. Magna enim eorum qui hodie deprehenduntur pars aut excusari aut non raro etiam corrigi potest. Veluti si 515, 2. αὐτοῦ οὐκ ἐπείσθη οὐδ' legitur, vocalium concursus non offendit, quia post αὐτοῦ et ἐπείσθη pausa est, unde Reisk. et Buttm., altero in loco etiam Meier. inter haec

verba interpunxerunt. Quod autem 516, 7. *δίομαι οὖν* est scriptum, hic quoque uti alibi, fortasse *οὖν* in *δ'* corrigendum erit. 517, 9. *ἐν δὲ ταύτῃ ἐπειδὰν* Reiskius post *ταύτῃ* interpunxit, quia ad *χρηματίζειν* refertur quod sequitur. Sunt enim haec legis verba interrupta illius *ἐπειδὰν—ἄρχων*. Idem quidem 521, 20. de verbis: *τἄλλα δὴ ὅσα πρόσεστι τούτῳ* dici posse videtur, mihi tamen hic verba tam arcte cohaerere videntur, ut cum Reisk. ex Aug. I. Kr. *τἄλλα* (scrib. *τἀλλ'*) *ὅσα δὴ πρ. τ.* praeferam, quamquam Schol. Venet. ad Il. o. 496. *δὴ ὅσα* habet. In talibus enim sententiarum vinculis ejusmodi auctoritas non magni est facienda. Non offendes 523, 26 et 27. in *εὖ οἶδα*, sed 524, 32. in *ἤδη ὁ*, ubi tamen prorsus non video, quid *ἤδη* sibi velit, neque dubito quin delendum aut cum *νὴ Δί'* permutandum sit. Ibid. 33. *ἰδίᾳ ὑπόδικος* ferendum erit, sed 527, 41. pro *ἐνέσται* ante *αὐτῷ λόγος* c. Aug. I. Kr. scripserim *ἔνεστ'*, uti in Eurip. Iphig. Taur. 998. legitur. — 529, 48. *ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ* mutarem, si codices addicerent, in *ὑβρίζειν ἀξιοῖ*, ut verba sequent. *οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν* responderent. *Ἀξιοῦν* enim hic significat: aequum censere, v. Buttm. ad Mid. s. h. v. 530, 49. autem verba: *εἰσὶν Ἕλληνές τινες ἄνθρωποι οὕτως ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι τοὺς τρόπους* ita intelligenda sunt: die Griechen sind eine Art Leute so mild u. s. w. unde optime vocalium concursum pausa poteris excusare. Non corrigendum esse videtur 532, 55. *στεφανοῦται ὁ νικῶν*, et ib. *τῷ τοῦ θεοῦ ἱερῷ*. 533, 60. *οἴχεται ὁ λ. χ.* 536, 67. *ἕκαστος ἡγεῖται ἑαυτῷ μετεῖναι ἐν δημοκρατίᾳ*. 537, 71. *εὖ οἶδ'*. ib. *ἐν Σάμῳ ἐν — διατρίβῃ οὕτως ἰδίᾳ*. 538, 74. *μοι ἦν*. Ib. *βεβουλεῦσθαι ἀνασχόμενον* potest pausa excusari, uti etiam 539, 76. *γενέσθαι ὥστε*. 540, 80. *δίδωμι εἴκοσι* potest elidi. 541, 83. *πάνυ αἰσχρῶς*. Ib. in verbis: *ταύτης λέγω ἧς* recte Lutet. Reisk. et Buttm. post *λέγω* interpunxerunt, pejus Ald. Herw. Fel. Wolf. post *ταύτης*, cod. *Σ γρ.* habet *ἧς λέγω ταύτης ἦν*. Idem factum 542, 87. inter *Μειδίᾳ οὐδ'*. 543, 90. autem vulgo ante Buttm. et Bekk. et in codd. *FKrtv. ἐξὴν αὐτῷ δή-*

σον pro eo, quod nunc minus bene est editum: αὐτῷ ἐξῆν δήπου, legebatur. Non offendit 544, 93. καίτοι εἰ, sed 545, 95. verba τοῦ φθέγξασθαι ἢ ὀδύρασθαι et notione et nexu tam arcte sunt conjuncta, ut cum Reisk. et Buttm. auctor. Aug. I. *Kr.* faciam, qui καὶ pro ἤ habent. Neque 546, 99. in verbis: ἴστε δήπου ὅτι cum Bekk. facio, qui τοῦθ' quod ante Bekk. in omnibus libris et in Bekk. *FK*rtv. post δήπου legitur, delevit, neque cum Meiero verbum uncis incluserim, quippe quod in optimis codd., ad quos Aug. I. *Kr.* refero, reperiatur. Hiatus tamen neque hic offendit neque 548, 105. in verbis: παρεθῆναι ἀλλὰ, inter quae et Reisk. et Buttm. interpunxerunt. Sed 549, 106. in verbis: ἐγὼ μὲν γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι νομίζω αὐτόχειρα cum Aug. I. *Kr.* νομίζω ante ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (*Kr.* ἄνδρες omitt.) collocaverim, ante quae verba pausam esse saepius dixi, ita ut 551, 111. in ἔχω ὦ ἄνδρ. non offendam. Magis dubito 550, 110. de verbis: ὡς ἐγὼ αἴτιός εἰμι, ubi Demosthenes fortasse ἔγωγ' scripsit. Excusandum erit pausa 552, 117. κεφαλὴ ἐξεληλυθὼς, ubi Aristides μιαρὰ κεφαλὴ habet. Eandem pausam statuo 555, 124. inter αὐτοῦ et ἄλλο, ubi Reisk. et Buttm., qui tamen αὐτοῦ habent, interpunxerunt. Deinde 556, 127. recte quidem Bekk. cum Reisk. et Buttm. ex Aug. I. et *Kr.*, quibuscum Lessing. facit, scripsit ἐμοῦ pro vulgat. ἡμῶν, quod etiam in *F*tv. et in schol. legitur et cujus loco ΣΠΥΩs. et marg. Lut. ὑμῶν praebent (Bav. tres simul exhibet lectiones) in verbis: οὐκ ὡς ὑπὲρ ἐμοῦ ὄντος μόνον τοῦ λόγου, ipse enim supra dixit: οὐκ ἔσθ' ἑφ' ὅτῳ τῶν πεπραγμένων ἐγὼ μόνος ἠδίκημαι, sed debebat idem Bekker. cum Reisk. et Buttm. codices Aug. I. et *Kr.* sequi, qui μόνον ὄντος dant. Excusabis facile hiatus 558, 133. ubi Reisk. et Buttm. inter πόλει et οἱ atque inter σὺ et ὁ interpunxerunt. Quod autem 558, 134. σοὶ ἐπέχαιρον legitur, offendit, non ita 559, 137. οἶομαι ὧν et 561, 143. εἰμὶ ἄφρων. Offendit etiam 562, 146. πρόγονοι οὐδενὸς τούτων, ubi fortasse τούτων οὐδενὸς scriptum erat. 563, 151. in verbis: Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων ὄντων τῷ βδελυρῷ

τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ ὦν βεβίωται poterit quidem hiatus excusari, Aug. I. tamen *K* et r. ὦν omittunt, cujus loco tv. et vulg. ante Bekk. μάλα habent, quod Reisk. uncis inclusit. Iidem autem libri, qui ὦν non habent, addunt una cum *F* tv. et vulg. ante Bekk. praeter Bavar. post ὄντων pronomen ἄ, id quod et vulgo et a Reisk. et a Buttm. est editum. Schaeferus igitur conjecit ὄντων τῶν — ἀναιδεῖ βεβιωμένων, Orellius autem ex μάλα ὦν fecit μαλακίωνι. Mihi Demosthenes post ὄντων scripsisse videtur ὦν ea vi ut sit: unde vitam est tuitus homo tam protervus et petulans. Potuit autem facillime ὦν post ὄντων excidere, quo facto alii ἄ, alii ὦν, sed alieno loco scripserunt. Hoc enim non negabis, dativos illos τῷ βδελυρῷ et ἀναιδεῖ melius ad βεβίωται referri, quia id non est mirum, quod homini impudenti tot et tales opes sint, sed quod homo tam petulans et impudens usque ad hoc tempus potuerit vivere, nec sit punitus idque sane sola illarum divitiarum ope. Genitivus ὦν potuit eodem jure addi quo Herod. II, 177. ὄθεν βιοῦται, unde vita sustentatur dixit et quo alia verba (v. Kühner. Gr. gr. 526, c.) ita struuntur. Μάλα denique ad ἀναιδεῖ additum esse videtur. Verum vidit Reiskius 564, 153. in verbis: ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, ἡμεῖς οἱ πλούσιοί ἐσμεν, esse ἐσμεν delendum. Nam quis credet, Midiam imprudenter dixisse: „nos sumus divites“ et ita invidiam plebis concitasse, sed dixit potius impudenter sane: nos audire debetis, qui nos ii sumus, qui necessaria conferamus, nos divites. Nemo enim facile dicet, se inprimis audiendum esse, quia dives sit, sed quia plurima in usum communem conferat. Paulo ante 152. inter τούτῳ et ἤ pausa est. 565, 157. ἐγὼ ante ἔτη offendit, minus 158. σεμνὰ ἀναλώματα. Hoc autem non video, cur viri docti 566, 170. in verbis: Ἀλλὰ νὴ Δία τριήρη ἐπέδωκεν ab auctor. codd. (apud Bekk. *FΠΣ* YΩstv.) et libris vulg. ante Bekk. recesserint, qui τριήρη ἦν ἐπ. habent. Dixerat enim modo orator: ὦν (revera vobis utilium) οὐδὲν εὑρήσετε τούτῳ προσόν. Corrigit tamen se statim addens: sed hercle triremem (i. e. inve-

nietis) quam dedit. Facilius autem pronomen poterat omitti quam addi, neque cum Schaefero censuerim, scriptum fuisse olim vitiose τριήρην. Offendisse enim librarios in accusativo patet inde, quod alii (uti in Bav. et Σ marg.) μὴν διὰ habent. Nequaquam autem offendo in futuris quae dicuntur Midiae verbis: ἐγὼ ὑμῖν τριήρη ἐπέδωκα. Nam ejusmodi enunciationes quo similiores veris in communi vita sunt, eo majorem habent vim. In communi vita autem nemo facile hiatibus abstinuerit. Item 570, 171. in: ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἐχειροτονήσατε τοῦτον non offendes, non male tamen Reisk. sine dubio ex Aug. I. quocum Kr. faciunt τοῦτον ἐχειρ. scripsit. Eosdem sequar codices qui 172. in verbis: τίνος ἄλλου ἔστ' ἄξιος οὗτος verbum ἄλλου omittunt, quod codd. Ftv. et vulgo ante Buttm. post ἔστ' collocant more eo, quo si verbum est insertum, id alii alio in loco ex margine addiderunt. Schaeferus omissionem verbi probans vertit: Was ist der Mensch dann werth? Sed 571, 175. προβαλομένου αὐτὸν et 176. ἀφεῖναι ἠναγκάσατε legitur, quin e codd. aliud quid enotatum sit, fortasse igitur ordo verborum olim alius erat. 574, 186. contra defendi quidem poterit id quod Bekk. et Buttm. et vulgo ante Reisk. scripserunt: ταπεινὸς γενέσθαι οὕτως; quia pausa quaedam post γενέσθαι fit, mihi tamen id quod Reisk. ex Aug. I. recepit et quod in Ald. Herv. 1. 2. Felic. Wolf. legitur γενέσθαι ταπεινὸς eatenus magis placet, quatenus in ταπεινὸς summum est positum momentum. Minus offendunt 574, 184. πλεονεξία ἡ quia post πλεονεξία vox paululum quiescit et 575, 188. ἀγαθὰ ὑμῖν coll. 569, 169. κἀγαθὰ ὑμᾶς et καλὰ ὑπὲρ quae apostropho posito corrigi possunt. Pausa est 578, 197. inter τοιοῦτοι οἵους, unde Reisk. Buttm. et Meier. post τοιοῦτοι interpunxerunt, idemque Reisk. et Buttm. etiam 580, 205. inter αὐτοῦ et οὐχ et inter φῶ et ἄν fecerunt. Sed ib. non recte Buttm. et Bekk. βιάζεται οὐκ ὀρθῶς scripserunt. Hoc enim non recte factum esse ex ipsa verbi βιάζεται notione potest intelligi, quia nemo dicet: „non recte mentitur“ nisi qui hoc vult: eum melius mentiri potuisse. Verum viderunt Reis-

kius, Schaeferus et Meierus post *βούλεται* interpungentes neque ante *καὶ*, ut *οὐκ ὀρθῶς* solum per se sit intelligendum: „idque non recte.“ Addiderunt autem nonnulli (vulgo ante Reisk. qui uncis circumscripsit, postquam jam Wolfius omittendum censuit et signo omissionis in Lutet. notatum est, et ap. Bekk. in *F*tv.) *τοῦτο* ante *οὐκ ὀρθ.*, quia offendebant, quod verba ista *οὐκ ὀρθῶς* tam abrupte addita sunt, id quod non minus in *καλῶς* et *εἰκότως* fieri jam docuit Schaeferus. In iis quae sequuntur: 580, 206. *καλούμενος ὀνομαστὶ ἀντιβολοῦντος τοῦτο καὶ λιπαροῦντος* vocalium concursus quidem non offendit, sed Lind. Vind. Ital. *ΠΣΥΩs* Lut. Meier. (probante Tayl.) *καὶ* ante *ἀντιβολοῦντος* habent, quod mihi ea de causa praeferendum esse videtur, quia duae afferuntur causae, quibus Eubulus ad Midiam defendendum adduci potuerit, altera quod ipsius nomen in hac re ab aliis vocabatur, altera quod Midias rogabat. 581, 207. non offendes in *εἴη ἄν*, neque 582, 210. in *ἀγαθά ἐστιν*, hoc enim apostropho poteris corrigere. Quod autem legis 584, 219. *οὐδὲ δύναιτ' ἄν ποθ' ὑμᾶς ἅμα πάντας μιᾷ χειρὶ οὐδεὶς προπηλακίσαι*, recte poteris ex optimis illis codd. *K*rs. ita corrigere, ut *οὐδεὶς* post *ὑμᾶς* colloces. Minime denique probo Reiskii conjecturam ab omnibus qui eum secuti sunt editoribus receptam 585, 222. *ἐφ' ᾗ ἀδείᾳ αὐτοὶ πορεύεσθε*, quam ipse explicuit: „in qua securitate“ pro omnium libror. script.: *ἐφ' ἣν ἄδειαν αὐτ. πορ.* Nam accusativus hic non finem significat, sed *ἐπὶ* est latinorum: secundum, qua vi dici disces ex Kühn. Gr. gr. §. 613. Est nostrum: auf welche Sicherheit hin ihr selbst ruhig nach Hause geht. 686, 227. denique in verbis: *προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου εἰς ἱερὸν καθεζόμενος* post *τούτου* vox paululum subsistit.

His singulis allatis locis id intelliges, Demosthenem quidem hic illic in hac oratione hiatum admisisse, quum omnino opus non satis perfectum sit, v. Photii verba in Schaef. Appar. III, 301., tamen hic quoque Ciceroni esse assentiendum dicenti, maxima ex parte vocalium concursum a Demosthene esse evitatum. Neque hoc te

fugiet iis in locis, qui hiatu graviori aliquo foedati sint, saepe ex libris optimis auxilium peti posse, et ubi id fieri nequeat, verisimile tamen non minus saepe esse, olim aliud quid scriptum aliumve verborum ordinem fuisse.

In oratione contra Androtionem orator non minus paucos quosdam hiatus admisisse videtur, veluti 596, 10. *ἀναπηδῶντες οἱ βουλευταὶ ἐδέοντο.* 604, 36. *λάβοι* (al. *λάβῃ*) *ἡ βουλὴ.* 605, 37. *μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα* et 38. *τῇ δ' ἀληθείᾳ ὑπὲρ.* 614, 67. *ἐγὼ ὑμῖν.* 616, 73. *νόμοι εἰς.* Alia possunt corrigi, veluti 601, 25. *οὐχ ἑνὶ ἔδωκε τρόπῳ,* ubi *ἔδωκε* Bekk. dedit ex Bav. *FΣYr.* pro cett. *δέδωκε.* Perfectum ea de causa mutatum esse videtur, quia *ᾔδει—ἡγεῖτο—ᾤετο* sequuntur, non recte. Nam per *ᾔδει* et quae sequuntur rationes redduntur, cur ita vellet, sed hic de eo sermo est, eum leges ejusmodi dedisse, ex quibus adhuc liceat injustos vario modo punire. Cur autem Schaeferus *τιθεὶς* pro imperfecto haberet eaque de causa perfectum *δέδωκε* soloecum esse affirmaret, idoneam causam non video, neque probavit Funkhänel. ad h. or. Item 607, 47. *πολιτεύεσθαι ἐπιτήδειον* cod. r. *καὶ* ante *ἐπιτήδειον* inserit, quod probo. 610, 57. in verbis: *ἐπιτήδειαι ἐκεῖναι* scribe *κεῖναι* et 613, 65. pro *πότεροι* ante *αὐτῷ* da *πότερ'* uti supra in Mid. loc. all. Alia non offendunt, uti 593, 1. *ὑβρισμένου ἐλάττω.* 595, 5. *προσήκει οὐδὲ ἓν δήπου,* ubi tamen non dubito, quin ex Aug. I. *Kr. προσῆκεν* sit scribendum. Opponentem enim fingit Androtionem: senatus consulto non fuisse opus, quia lex praesto fuerit. At, inquit orator, de quibus lex scripta est, de iis tantummodo senatus consultum fieri potest. Quibus autem de rebus leges non praesto sunt, de iis omnino senatus consultum scribi non debebat neque poterat. Senatus consulta enim tantummodo ex legum praeceptis ferri debebant. Pausa est 597, 15. inter *πόλει* et *οὐ.* 602, 30. *θεάσασθαι ὅσην.* Idem dici potest ibid. de verbis: *περὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ οὗ,* ubi pausa est, sed Aug. I. *K* r. *αὐτοῦ* omittunt, fort. rectius. Excusabis 606, 41. *τολμᾷ ὡς.* 608, 48. *ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐπὶ,* nam verba: *ἐπὶ τ. πρ. τ.* ad praecedentem sententiam quae ra-

tionem explicat, qua sequentia (ἐπὶ τὴν εἰςπραξιν παρέδυ) facta sint, pertinent. Item pausa est 49. inter χρῆσθαι οὐδ', ita ut potius cum Reiskio post χρῆσθαι, quam post οὐδ' interpungendum sit. Funkhaenel. neutro in loco interpunxit. 610, 57. inter θεῖναι et οἴκοθεν pausam esse et Taylorus et Reiskius viderunt et post θεῖναι interpunxerunt, cum vulgo male post οἴκοθεν interpungeretur. Idem fecit Reiskius 57. inter νόμοι et οὐδὲ. atque 58. inter φύσει et οὐδὲ ib. inter ἀφιέναι et οὐδ'. 614, 67. inter ἀπεχθάνεσθαι (Man. ἀποχθάνεσθε) et ἤ. Addas his 609, 53. καίτοι ὦ ἄνδρ. Aliis de causis non offendunt 607, 44. τίθημι ἅπαντα, scribe tamen cum K. πάντα. Ita etiam 609, 54. auctor. Aug. I. Krs. cum Reiskio et Dindorfio καίτοι γε (scrib. γ') receperim. Nam quod Funkhaenel. dicit, se propter librorum paucitatem γε delevisse, quia Aug. I. Krs. adeo consentiant, ut ex uno fonte eos deductos esse recte statuas, idem poteris etiam in ceteros codd. dicere, quippe qui item saepenumero consentiant et ex uno deducti sint fonte. Sunt enim omnino multorum istorum codicum duae tantummodo partes, quarum ab altera Aug. I. Krs. stant. Inde autem quod ab altera paulo plures numerantur, nunquam demonstrabitur, eorum causam esse meliorem. Fecerim etiam iisdem de causis cum Reisk. et Dind. 610, 57. ubi pro καίτοι εἰ, Aug. I. Kr. iterum καίτοι γε (scr. γ') habent. Quod 616, 72. οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον est scriptum, in inscriptione non offendit neque 73. in verbis: Ἀνδροτίωνος ἐπιμελουμένου [ἐποιήθησαν], hiatus offenderet. Videtur tamen ἐποιήθησαν, quod in orat. in Timocr. in qua haec sunt repetita, ex Σ. est deletum, delendum esse uncisque est inclusum a Bekk. Dindorf. et Funkhaen. Addes his denique vitia, quae natura sua minus offendunt aut apostropho fortasse sunt corrigenda 606, 41. κακὰ εἰργασμένους. 607, 44. ἑπτὰ οὗτος, ubi tamen Aug. I. ΣΥΩKrs. rectius, ni fallor, τάλαντα (tu scr. τάλανθ') post ἑπτὰ addunt. In eo enim quod statim idem verbum praecedit, non offendo, utpote in enumeratione. 607, 46. ἱκανὰ εἶναι. 613, 65. κοινὰ ὑφαιρομένους.

614, 67. μικρὰ ἀδικοῦσιν. 615, 72. ζηλωτὰ ἐπιγράμματα —δεινὰ ἀντεπιγράφειν. 616, 73. ἱερὰ εἰσιέναι. 74. κακὰ εἰργασμένοι. 618, 78. ἱερὰ εἰσιόντα.

In oratione contra Aristocratem paucos vides admissos hiatus. Legitur quidem 621, 1. περὶ τούτου μοί ἐστιν ἅπασα ἡ σπουδή, sed Dionysius Halic., qui hunc locum laudavit, post τούτου habet τοίνυν, quod Schaeferus in τανῦν mutari vult et pergit: ἐστί μοι ἅπασα σπουδή, ex quibus facile quis conjecerit, scriptum fuisse περὶ τούτου μοὶ νῦν (inde τοίνυν) ἐστὶν ἅπασα σπουδή. Articulum omitti probavit etiam Schaeferus. 623, 7. non offendes in ψήφισματι ὥστε, neque 8. in συμβέβηκε γὰρ ἐκ τούτου αὐτοῖς μέν, ubi Aristides tamen verba ἐκ τούτου omittit, neque 625, 15. in συμπαρεσκεύασαν ἄνθρωποι ὅπως, ubi vulgo ante Reisk. συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος legebatur, quod tamen cum καθιστάντες et διδόντες sequatur, minus probo, quamvis non negaverim post ἄνθρωπος si idem significat atque τὶς, pluralem sequi posse. Eadem tamen vi hic dictum est ἄνθρωποι, quod plurimi et optimi tuentur codd., neque est cum Schaefero in ἄνθρωποι mutandum. Eadem excusatio est 17. in verbis: τῶν μὲν ἐχθρῶν ὁμοίως ἡμῖν τε κἀκείνῳ οὐδέποτ' εἰς τοὺς ἡμετέρους ἥξει συμμάχους οὐδείς. Nam dativi illi ἡμῖν et κἀκείνῳ reguntur ab ἐχθρῶν et sunt ita intelligendi, quasi scriptum esset: ἡμῖν τε κἀκείνῳ ὄντων. Senties igitur post κἀκείνῳ vocem paululum quiescere. Sed 626, 17. quicunque ad optimos referendi sunt Demosthenis codd. Bavar. Aug. I. FΣYΩKa. ἐστι (scr. ἐστιν) pro εἴη praebent in verbis: τούτων ἂν εἴη ὁ τοῦτο τὸ ψήφισμα φοβηθείς. Probo autem indicativum tum quia supra etiam dixit ἥξει, tum quia consilio oratoris magis convenit, pro certo id affirmare. Particulam ἄν poteris ad φοβηθείς referre, quo etiam grammaticus in cod. Σ. in margine retulit, qui pro ἂν scripsit δὴ et post φοβηθείς addidit ἄν. Est idem ac si dixisset: τῶν ἡμετέρων φίλων ἐστὶ, εἴ τις φοβηθείη κ. τ. λ. Vide de ejusm. loc. Herm. de part. ἄν p. 41. et sequ. Non offendes 627, 21. in ποιοῦμαι ἢ οὐ, neque 628, 26. in verbis: τὰ τοιαῦτα

Orestes? Nostrum: hier haben die zwölf Götter den Eumeniden und Leuten wie dem Orestes i. e. Orestes Recht gesprochen. Nemo offendet 642, 78. in ποιήσει ἀλλ', sed 643, 69. in: τῷ μὲν διώκοντι ὑπάρχει ταῦτα fortasse ταῦθ' ὑπ. erat scriptum. Verba legis sunt 643, 72. φόνῳ ἐν, uti etiam 644, 74. ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι ex legibus petita et solennis dicendi ratio est. Non minus ex lege petita sunt verba 646, 77. αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου. Non haerebis 646, 79. in καίτοι εἰ neque 80. in χρόνοι ἐν οἷς neque 648, 83. in verbis ex lege repetitis: θανάτῳ ἀποθάνῃ et τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, unde etiam 649, 86. ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι. 650, 89. ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ et 651, 91. ἀφέληται ἢ desumta sunt. Ibid. in verbis: ἐὰν μὴ παράσχῃ εἰς κρίσιν τὸν ἀφαιρεθέντα Demosthenes quodammodo legislatoris sensu et verbis pergit. Pausa est 652, 96. inter διδάξαι ἀπέφυγε. Verba enim ἢ καθυφέντων usque ad διδάξαι parenthetice sunt dicta. Pausa etiam est 657, 112. post ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ante οὐδένα et 658, 114. post χρὴ ante οὐ. Sed 659, 116. in verbis: ὅτε μὲν ἐπολιόρκει Ἀμφίπολιν jam Dindorfius codd. FΣΥΩ. secutus bene edidit Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει. Facile feres 117. ἐπεὶ ὅτι et εὖ εἰδέναι et inter βουλήσονται et εὖ pausa est, unde Reisk. post βουλήσονται interpunxit. Legislatoris verba imitatus est orator 660, 120. ἄν τις ἀποκτείνῃ Ἀλέξανδρον scribens. Si deinde 661, 126. haec leguntur: Ἐγὼ νομίζω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσα μὲν τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ νόμων ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι πολῖται ἐσπούδασαν γενέσθαι, ἅμα τ' αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν τούτων καὶ παρ' ἡμῶν οἰκεῖν καὶ μετέχειν ὧν ἐπεθύμησαν, offendit Schaeferus in particula ἂν et suspicatur quia cod. v. ἂν αὐτοὺς habeat, eam natam esse e priori syllaba pronominis, se enim dicit non intelligere quid hic valeat. At sententia est: censeo quidem illos ea de causa jus civitatis adeptos hic fuisse habitaturos. Sed non hic habitant ii, qui petiverunt illud jus, veluti Cotys, ergo aliis de causis petiverunt. Equidem autem etiam iis, quae antecedunt, ἂν addendum esse censeo et scribendum: πολῖται

γενέσθαι ἂν ἐσπούδασαν. Vulgo enim ante Bekk. et in omn. Bekk. codd. praeter ΣΥΩ. γενέσθαι ἐσπούδασαν legitur. Sententia loci tum erit: si institutorum et legum nostrarum cupidi fuissent, cupivissent cives fieri et hic habitare, si possent. Omissa est particula fortasse propter praecedens ὅσοι, quod tamen cum γενόμενοι conjunctum idem fere est atque: εἰ γένοιντο. Feres 663, 129. Ἰφικράτει ἢ et 664, 135. ἐξετάσω ἡλίκων, ubi tamen codd. ΩΥ. πηλίκων habent. 666, 140. haec leguntur: οὐ γὰρ ἄλλο τι ποιεῖ τὸ ψήφισμα τουτί, ὅτε τῷ μὲν ἐκείνου στρατηγῷ οὐ διείρηται τί πρακτέον ἢ μή, πᾶσι δ' κ. τ. λ., ubi pro ὅτε cod. v. uti vulgo ὅτι, codd. ΥΩ. οὖ γε, codd. Krs. autem ὅτε om. et post τῷ μὲν addunt γὰρ. Patet inde loco particularum ὅτε sive ὅτι olim aliud quid scriptum fuisse, fortasse οὐ γὰρ, omissa negatione quae post στρατήγῳ sequitur. Quia enim statim οὐ γὰρ praecedit, potuit facile hic excidere; quo facto alii οὗ γε alii ὅτι alii ὅτε alii γὰρ et οὐ sed alieno posuerunt loco. Id eo facilius probari poterit, si quod Aug. I. Krs. post ψήφισμα praebent, ἢ τοῦτο (vulgo ante Bekk. et in cod. v. ἢ τουτὶ legebatur) praefertur, ita ut scriptum fuisse statuamus: οὐ γὰρ ἄλλο τι ποιεῖ τὸ ψήφισμα ἢ τοῦτο. οὐ γὰρ τῷ μὲν ἐκείνου στρατηγῷ διείρηται κ. τ. λ. Non offendes 668, 146. in εὖ οἶδ' neque 148. in τίθημι (scr. τίθημ') ἐν, neque ib. in ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι αἰ neque 669, 150. in δοῦναι ὅτι, quamquam ibi rectius Reisk. ex Barocc. Vind. Aug. I. FΩKrs. scripsisse videtur διότι, sequitur enim διότι. Probavit id etiam Schaefer. Neque offendes 671, 155. in θαλάττῃ οὐδ', sed 672, 157. Demosthenem nequaquam scripsisse censeo: ὁ Μέμνων καὶ ὁ Μέντωρ, οἱ κηδεσταὶ τοῦ Ἀρταβάζου, ἄνθρωποι νέοι καὶ κεχρημένοι ἀπροσδοκήτῳ ἀτυχίᾳ τῇ τοῦ Ἀρταβάζου κηδείᾳ. Offendo primum quia simillimo modo de Charidemo in iis quae sequuntur dictum est: τυγχάνει ταύτης τῆς ἀλόγου καὶ ἀπροσδοκήτου σωτηρίας, deinde non video, cur hoc additum sit: eos inopinata usos esse fortuna, cum momentum potius in eo positum sit, eos affinitate Artabazi usos esse. Mihi igitur Demosthenes nec verba illa οἱ κηδεσταὶ τοῦ

Ἀρταβάζου neque ἀπροσδοκήτῳ αὐτυχίᾳ scripsisse videtur, sed tantummodo: ἄνθρωποι νέοι καὶ πεχρημένοι τῇ τοῦ Ἀρταβάζου πηδείᾳ. 672, 158. post τοσούτου ante ὀδόγκων fortasse γ' additum fuit. 673, 159. pro φενακίζοντι αὐτῷ cum Krs. scribe αὐτῷ φενακίζοντι. Quod contra 160. ἐξ Ἀβύδου εἰς Σηστὸν legitur, ut terminationem ex epistola haustam feres, neque minus 674, 162. ἐκείνου ἐπορεύετο, post ἐκείνου enim vox quiescit, unde Reisk. etiam interpunxit. Sed ibid. in verbis: δῆλον γὰρ που ἡμῖν γέγονεν non dubito, quin ex Aug. I. Krs. ὑμῖν δήπου scribendum sit. Alii uti Reisk. e Lut. marg. et F. habent δήπου ὑμῖν. Minus offendes ib. in λοιπὰ ἀφελέσθαι neque 675, 164. in στρατηγοῦ οὐχ ὧν, inter quae ut ante relativum, ad quod οὐχ pertinet, Reiskius interpunxit. 676, 167. in verbis: ᾗ αὐτὸς ὑπὸ τούτου ἐπείσθη ὤν non haerebis in vocalium concursu inter ἐπείσθη et ὤν, sed offendes in ὑπὸ τούτου ἐπείσθη, et fortasse Demosthenes ὑπὸ τούτου omnino non scripsit, uti 677, 170. in verbis: γράφει ὁ Ἀθηνόδωρος suspicari quis potest, quia statim nomen praecessit, hic ὁ Ἀθηνόδωρος ab aliena manu esse insertum. Non autem dubitabis quin cum libris ante Bekk. et codd. Krs. pro πάλιν ποιεῖ οὗτος scribas ποιεῖ πάλιν οὗτος. 678, 173. in verbis: παραγενομένου Ἀθηνοδώρου adde post παραγενομένου articulum τοῦ et cf. §. 171. In iis quae haec excipiunt, legitur ἔργῳ ἑαυτὸν ἐξήλεγξεν, ubi cod. v. ἔγνω pro ἔργῳ habet. Num Demosthenes ἔργον αὐτὸν ἐξ. scripsit: res eum coarguit? Facile feres 679, 175. γεγενημένου ὅτι, ferendum fortasse etiam est 679, 177. ὃν ὑπὲρ Σηστοῦ ἔχων. Certe non offendes 681, 183. in ἐπεὶ ὅτι et excusabis aut apostropho corriges 682, 184. μικρὰ ἀναλίσκων et 689, 208. περιουσία ἐστί. 690, 209. in verbis: τότε μὲν γὰρ τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ οὐδεμιᾷ, verbum Ἀριστείδῃ ita est interpositum ut sit nostrum: einem Aristides (nähmlich). Inde intelliges et ante et post hoc verbum vocem paululum subsistere. Non magis offendes 691, 212. in ἀποκρίνασθαι ὅτι, ubi vulgo male αὐτοῖς et in aliis codd. (Krs.) αὐτοὺς additur. Idem statues 692, 216. de ver-

bis: λαμπύσασθαι οἰκί. Sed 692, 217. pro πολεῖν αὐτοῖν (al. ἀναιτοῖν) πρῶτον, fortasse πρῶτον αὐτοῖν legendum. §. 218. autem in verbis: οὐκ ἐᾷ [ὁ νόμος] νόμον in omnibus mss. abest ὁ νόμος, et solum in editis legitur libris. Addendum esse ego quoque censeo, sed ut in iis, quae sequuntur, legitur: οὐκ ἐᾷ ψήφισμα (scrib. ψήφισμ᾽) ὁ νόμος ita hic quoque οὐκ ἐᾷ νόμον ὁ νόμος erit scribendum. Quae denique 693, 220. leguntur ut verba alius: δόξῃ ἀκεκτονέναι non magis offendunt, quam εὖ ἴστε, quod deinde est scriptum.

In oratione contra Timocratem 701, 5. legis εἶναι ὡς, quod pausa defenditur. Sed 702, 8. pro τὸν δὴ ὡς ex Aug. I. Ksv. scribe δὲ, sive potius δ᾽, uti in Aug. I. est. Magis etiam offendunt, quae 709, 31. leguntur: πῶς οὐ σχέτλιον τὴν μὲν πόλιν αὐτὴν ἑκάστῳ ἡμῶν δεδωκέναι ἄδειαν, recteque Schaeferus sensit, melius αὐτὴν abesse. Ego conjicio Demosthenem neque αὐτὴν scripsisse, nam cur urbem ipsam dicat, prorsus non adest causa, neque ἡμῶν, cujus loco v. habet ὑμῶν, nam sub ἑκάστῳ notare vult Timocratem, sed ita: πῶς οὐ σχέτλιον τὴν μὲν πόλιν ἄδειαν ἑκάστῳ δεδωκέναι. 711, 34. pausa est inter πόλει et οὐδένος. 713, 41. inter προστετίμηται ἢ. 714, 43. in verbis: οὐκ ἐνόμιζε δίκαιον εἶναι τοὺς αὐτοὺς τῶν νόμων ἀναγεγραμμένους ὕστερον ἢ ἐτέθησαν κυρίους εἶναι ἀνενεγκεῖν ἐπὶ τὴν ἡμέραν ἀφ᾽ ἧς ἐτέθησαν et Taylorus et Reiskius et Seagerus et Schaeferus de interpunctione paululum inter se dissentientes, id tamen recte viderunt ἀνενεγκεῖν ad τοὺς αὐτοὺς τῶν νόμων esse referendum et verba ἀναγεγραμμένους (al. γεγραμμένους) usque ad εἶναι ad significandum singulare legum genus esse addita, ita ut Reiskius interpungeret post εἶναι et Seager. verba ὕστερον usque ad εἶναι ut legis inscriptionem notulis insignia reddi vellet improbante Schaefero, qui tamen id non negabit, participium ἀναγεγραμμένους per etsi sive similem particulam posse exprimi, ita ut pausa quaedam sit post εἶναι. 718, 57. pro οὑτοσὶ εὐλαβούμενος e cod. s. recipe οὑτοσὶν εὐλ. 721, 65. nunc quidem in editis libris haec leguntur: ὡμολόγηκε γὰρ θατέρῳ τῷ προτέρῳ νόμῳ ἐναντίον τόνδε τιθεὶς ἀδικεῖν,

sed optimi libri Ven. Barocc. Aug. Vindob. Aug. I. ΣKrτ. habent θάτερον, id quod Reiskius recepit, nonnulla deesse censens ad hanc sententiam: θάτερον ἢ τῷ προτέρῳ νόμῳ ἐναντίον τόνδε τιθεὶς, ἢ τῷδε τὸν πρότερον, ἀδικεῖν. Taylorus contra scripsit: vide, annon haec nostra praestent: ὡμολόγηκε γὰρ θάτερον, τῷ προτέρῳ νόμῳ ἐναντίον τόνδε τιθεὶς, ἀδικεῖν. Sed ἐναντίον in optimo Σ. est omissum. Demosthenes igitur ὡμολόγηκε γὰρ θάτερον τῷ προτέρῳ νόμῳ τόνδε τιθεὶς ἀδικεῖν scripsisse videtur, ut sententia sit: confessus est enim se alteram sive diversam hanc illi priori legi ferentem sive addentem injuste egisse. Dativo enim significavit: diversam sive aliam esse legem si spectas priorem, unde factum est ut dativus pro genitivo scriptus sit. V. Matth. Gr. gr. §. 389. Verba legis sunt repetita 723, 72. in δεσμοῦ ἢ et 726, 79. in δεσμοῦ ἢ et εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητάς. 726, 80. post τελεύοντος μὲν τοῦ νόμου τούτου ante ἐν τῷ δήμῳ καθιστάναι τοὺς ἐγγυητᾶς pausa est. 81. legitur εὖ οἶδ'. Verba legislatoris repetuntur 728, 87. in ἢ οἱ ἐγγυηταὶ ἐπὶ. Idem apertius etiam est factum 730, 93. in δεσμοῦ ἢ et καταστήσαντι ἐγγυητάς, sed ib. in verbis: γέγραπται γὰρ δήπου ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ recte offendes, praecedentibus verbis: σκέψασθε δὴ τὸν καλοῦ κἀγαθοῦ τούτου νόμον ὡς λυμαίνεταί ταῦτα καὶ διαφθείρει. Verba igitur: ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ delenda esse censeo. 731, 98. conjicio Demosthenem pro μὴ ἱκαναὶ ὥσι τῇ διοικήσει ἀλλ' scripsisse μὴ ὥσιν ἱκαναὶ τῇ διοικήσει ἀλλ'. Nam post διοικήσει est pausa. In iis denique quae sequuntur: μὴ κυρία ᾖ ἡ βουλὴ μηδὲ τὰ δικαστήρια δῆσαι cum Reiskio facio qui ex Aug. I. quocum Ks consentiunt, locum ita dedit: μὴ ᾖ κυρία δεῖν ἡ βουλὴ μηδὲ τὰ δικαστήρια. Vulgo ante Reiskium editum erat: μὴ κυρία ᾖ μηδὲ ἡ βουλὴ μηδὲ τὰ δικαστήρια δῆσαι probante Tayloro. Non offendes 731, 100. in: νόμῳ ᾖ.

Ex iis quae allata sunt intelliges, satis diligenter in hac oratione hiatum a Demosthene esse vitatum, prorsus aliam tamen orationis conformationem eamque talem, in qua plurimos et gravissimos hiatus admissos videas, in iis quae a §. 110—145. p. 734—748.

sunt scripta deprehendes. Reperies enim hic iis qui pausa sive alia de causa excusari possunt omissis hos: 734, 110. δήμου ἠδικημένου ἡμίλησεν. 735, 111. πάλαι ὑφῄρητο — προσενήνεκται ὁ. 112. πλούσιοι ὄντες. 113. φήσαι ὅμοιος. 736, 113. ἀπαγωγαί εἰσιν — καταστήσαντι ἔκτισεν. 115. αὐτῷ ἐδόκουν — κλέπται ἔσεσθαι — τιμήματι ἐν αἰσχύνῃ ἤδη. 737, 117. ἐπειδὴ ἀπέφυγε. 738, 120. δὴ ἐρεῖ — ἱερόσυλοί εἰσι — ἀποδοῦναι αὐτοὶ ἔχοντες. 121. θεοῦ ἐπιπεμφθεῖσαν — οὗτοι αὐτοὶ αὐτοῖς διαδικαζόμενοι ἀπόλοιντο. 122. τέλη ὠνουμένοις — γέγραπται ἀνθρώποις — ζημιοῦσθαι ἐπὶ τῇ ὠνῇ ἅπαντες. 739, 123. δημοσίῳ ἐκκλησιάζῃ — νόμοι ἀπαγορεύουσιν — ἐξουσίᾳ ἔσται αὐτοῖς. 124. οὗτοι οἱ — πλούσιοι ἀπὸ — νεότητι ἐπιτηδεύματα. 125. πολὺ αἴσχιον. 740, 125. αὐτοὶ ἴστε. 126. δεδέσθαι αὐτῷ οὐχ — εἰσῄει εἰς — αὐτοῦ οὐδὲν — ἔστω ἐμοὶ ἐκεῖνος. 127. ἑαυτοῦ ἠδίκει — δεθῆναι αὐτὸν. 128. δὴ ἐῶμεν. 741, 129. εἶναι ὑφ' — περιφανῆ ἐστὶν. 130. κωλύσει ἅπαντας — οἶμαι οὐδὲν. 131. δεδήσονται ἔχοντες — ἁλισκόμενοι ἀγανακτοῦσιν — τούτῳ ὄντες. 132. πόλει ἀπιστεῖν — παρεξετάσαι αὐτούς. 742, 133. ἕκαστοι αὐτῶν — πολλοῦ ἄξιοι — δήμου ὀργῆς — γεγονέναι ὁ. 135. ἑαυτῷ ἰσχύειν — Αἰσχίνου υἱὸς — αἰτιωτάτου ὄντος. 136. οὗτοι ὑπέμενον. 743, 136. τούτῳ ἦσαν. 137. δόξει ἡ. 138. θεῖναι οὐκ — ναυκλήρου υἱὸν — αὐτοῦ ἐκείνου ἀντιτιμωμένου — τούτου αὐτοῦ. 744, 139. εἶναι ὁ — ζῇ ὁ. 140. πάνυ ἔτεσιν — λέγεται ἐχθρὸς ἐχθρῷ ἕνα ἔχοντι ὀφθαλμὸν ὅτι αὐτοῦ ἐκκόψει. 141. αὐτῷ εἶναι — ἄμφω ἀντεκκόψαι — συμφορᾷ ἀμφότεροι. 745, 142. πρόγονοι ἔθεντο — χρῆσθαι ὑμᾶς. 144. ἐκείνου εἶπω. 145. κεῖται ὁ — διδάξω ὑμᾶς — ἀπαράσκευοι εἶεν. 146. ἐγὼ ὑμῖν — τέλη ὠνουμένους. 147. ἤδη ἄκυρ' — συνεστάμενοι οἱ. 148. τούτου ἕνεκα. 747, 151. ἐξουσία ἐστὶ. 152. ταύτῃ ἐπιδείκνυμι — οἶομαι ὁμολογῆσαι. 748, 153. ἀπαλλάξει ὁ — φανῆναι ἄλλο. 154. οἶμαι οὐδὲν — πόλει οὐδένα.

Non est quod multis doceam, talem orationis conformationem non esse Demosthenicam. Sed non minus in eadem orationis hujus parte alia etiam reperiuntur argumenta, ex quibus concludi possit, eum qui quae antecedunt scripserit, haec non scripsisse. Postquam enim orator jam §. 102. et sequ. dixit, ab adversario judicio-

rum de scelestis hominibus habendorum vim frangi et postquam §. 108. satis se ostendisse affirmat, Timocratis legem civitati valde esse noxiam, tamen quamquam ipse se id satis demonstrasse est professus, idem argumentum pluribus exponitur §. 110—121. Quo factum est, ut de eadem Solonis lege 102—108 et 113—116, atque de publicorum vectigalium redemtoribus §. 59. 60. et 122. disputetur. Ita etiam ut singula afferam 723, 70. dixit: *ἔστι γὰρ οὐ τὸ μὲν αὐτοῦ καλῶς κείμενον τὸ δὲ* (scr. *δ'*) *ἡμαρτημένον, ἀλλ' ὅλος ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῆς πρώτης συλλαβῆς μέχρι τῆς τελευταίας, ἐφ' ὑμῖν κεῖται.* Idem repetitur 734, 110. *δῆλός ἐσθ' ὅτι ταῦτ' ἔγραψεν ἐπιβουλεύσας — μάλιστα δ' ἐκ τοῦ πάντα τὸν νόμον μέχρι τῆς ὑστάτης συλλαβῆς τοιοῦτον εἶναι.* Quae 722, 67. leguntur: *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο γ' ἔνεστιν αὐτῷ, ἀδίκημα μὲν εἶναι τὸ πρᾶγμα* (scr. *πρᾶγμ'*) *ὁμολογῆσαι, συγγνώμης δὲ τυχεῖν ἀξιοῦν· οὐ γὰρ ἄκων οὐδ' ὑπὲρ ἠτυχηκότων οὐδ' ὑπὲρ συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων αὐτῷ τεθεικὼς φαίνεται τὸν νόμον, ἀλλ' ἑκὼν ὑπὲρ μεγάλα* (scr. *μεγάλ'*) *ἠδικηκότων ὑμᾶς κ. τ. λ.* repetuntur 734, 110. *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄκων οὐδὲν ἔθηκεν ὀρθῶς ἔχον, οὐδ' ὡς ὑμῖν ἔμελλε λυσιτελήσειν· πῶς οὖν οὐκ εἰκὸς μισεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι τοῦτον, ὅστις τοῦ μὲν δήμου ἠδικημένου ἠμέλησεν, ὑπὲρ δὲ τῶν ἠδικηκότων καὶ ὕστερον ἀδικησόντων τοὺς νόμους ἔθηκεν.* Nova tamen sunt quae deinde de Melanopo et Glaucete afferuntur, uti quaedam de Androtione 739, 125. usque ad 741, 130., uti alia quae haec excipiunt usque ad §. 154. Quae deinde sequuntur a §. 155—159 (748—750) minus hiatibus scatent, nam quae 749, 158. leguntur: *καίτοι ἀνερωτῶντος* et *ὅτου ἕνεκα* et *εὖ εἰδέναι ὅτι* possunt excusari et 159 pro *τούτου ἕνεκα* poterit cum Reisk. ex Aug. I. rs. *τούτων ἕνεκα* i. e. Androtionis Melanopi et Glaucetae recipi, quamquam singularis habet quo magis commendetur. Sed quae haec excipiunt a §. 160—169. et 172—186. p. 750—58. iisdem verbis leges in Androtiona §. 47—56. p. 607—610. et 65—78. p. 613—618. Hujus rei alii aliam attulerunt causam. Schaeferus in Appar. III, p. 534. dicit: „In orationibus mercede

scriptis quid mirum Demosthenem talia commentandi compendia non aspernatum esse? Cavendum igitur ne hujusmodi repetitionibus abutare ad fidem faciendam orationibus spuriis argumenti politici". At quis non aegre feret scriptorem, quamvis mercede conductum, qui alterius orationis magnas partes in altera repetit et auditores tam parvi aestimat, ut eadem eorum auribus iterum iterumque inculcanda curet? Aliam igitur causam Taylorus in praefat. ap. Schaef. IV, 498. et Funkhaenel. in praef. ad Androt. p. XIV. proposuerunt dicentes, id propterea non mirum esse, quod una fere causa in ambabus agatur orationibus idemque malorum hominum foedus ab eodem Diodoro impugnetur. Quis tamen hodie quoque non offenderet, si nostrorum oratorum quis orationes publice ederet, quarum ex altera magna pars in altera iisdem verbis esset repetita? Huc accedit quod ista longa de Androtione et ejus pecuniarum exactione disputatio nequaquam hic apta est. Nam hoc potius debebat orator demonstrare idque se demonstraturum esse ipse professus erat, ab adversario legem istam non rite esse latam sed legem quae ceteris sit contraria reique publicae noxia. Ejusmodi autem Timocratis lex erat, etiamsi Androtion optimus fuerit homo neque fur. Mira etiam sunt verba quibus haec orationis pars reliquae annectitur. Scriptum est enim 758, 187: *Καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ σχολήν· ἃ δὲ Τιμοκράτει συνερεῖ, πολλὰ λέγειν ἔτι πρὸς τούτοις ἔχων παύσομαι.* Hic Wolfius jam miratus: Atqui nihil dixisti, inquit, de suffragatione, sed mores et facta Androtionis perstrinxisti. Reiskius mavult: *ἃ δὲ Τιμοκράτης Ἀνδροτίωνι συνερεῖ, πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι, πρὸς ταῦτα εἶπων παύσομαι.* Schaeferus conjecit: *καὶ περὶ μὲν τούτου* (sic Σ. ap. Bekk.) *κατὰ σχολὴν ἃ Τιμοκράτει συνερεῖ πόλλ' ἂν λέγειν ἔτι πρὸς τούτοις ἔχων παύσομαι.*

Omnes hae difficultates tolluntur, si statuimus quaecunque a §. 110 (p. 734.) usque ad §. 187. leguntur, ab aliena manu hic esse inserta. Recte enim tum orator, postquam id quod voluit de Timocratis lege demonstravit, perget: „haec quidem satis, sed desinam loqui postquam ea per-

strinxere, quae Timocratis causam possint tueri;" ita ut quae a §. 187. (758) usque ad finem sunt scripta, a Demosthene ipso profecta sint.

Quod si quaeris, unde illa, quae non Demosthenica esse dixerim, originem duxerint, equidem conjecerim in verbis a §. 110—160. partem ejus orationis esse servatam, quam Euctemon habuerit. Euctemonem enim hac quoque in re Timocratis adversarium exstitisse, tum ex iis, quae 701, 7. — 703, 12., tum ex verbis argumenti graece scripti apparet, ubi 697, 32. haec leguntur: *τούτου τοῦ νόμου γραφὴν ἀπηνέγκαντο Διόδωρος καὶ Εὐκτήμων ὡς παρανόμου καὶ ἀδίκου καὶ ἀσυμφόρου.* Videtur igitur aliquis ex tribus orationibus ex Demosthenis Diodoro actori scripta Timocratea, ex Androtiana et Euctemonis oratione unam confecisse, a quo etiam quae §. 110. leguntur uti ea quae 155. (748.) usque ad 160. (750.) et quae 169. (752.) usque ad 172. (753.) scripta sunt, originem duxerunt; eundemque etiam 737, 117. *Εὐκτήμων ἐάλω* pro prima persona scripsisse verisimile est. Ex mea igitur sententia hic simile quid factum est, quod in Philippica quarta supra ostendimus.

In iis autem quae a §. 187. (758.) usque ad finem leguntur, hi sunt hiatus: 759, 190. *δεδήσεται αὐτός*, inter quae verba pausa est, quae etiam est ib. inter *εἶναι* et *ὑπὲρ* et 191. inter *λέγῃ* et *ὅπως* (ubi in s. *ὅπως* omittitur quod propter sequens *ὅπως* non probo), sed in iis quae sequuntur *δεδήσεται Ἀθηναίων* non dubito quin ex *F* et v. *Ἀθηναίων δεδήσεται* sit recipiendum. Pausa est 761, 194. inter *διδάξαι* et *ὡς*, excusabis solennem formulam 762, 200. *τῷ δημοσίῳ ὀφείλει*, neque offendes 201. in *καίτοι ὅστις*. Vox quiescit etiam paululum, quia enumeratio singulorum lucrorum sequitur 763, 201. post *χρηματιζομένου* ante *ἀπὸ*. Facile feres 204. *εὖ οἶδ'*. Pausa etiam est 766, 213. inter *ἡγεῖται* et *ἀργύριον μὲν*. Cod. v. tamen habet *ἀργύριον μὲν ἡγεῖται*, sed in eod. et *F*. male non sequitur: *νόμισμ' εἶναι*, sed *εἶναι νόμισμα*.

In oratione contra Aristogitonem prima invenies quidem hiatus plures quam in ceteris publicis De-

mosthenis orationibus, qua de causa jure ab eorum stabis parte qui contendant hanc orationem, de cujus auctore jam veteres scriptores dubitaverint, non esse a Demosthene profectam. Hoc tamen negari non poterit, auctorem orationis eam ita conformasse, ut nimium vocalium concursum fugeret. Deprehenduntur autem nunc hi hiatus: 770, 2. τὸ πρᾶγμα πάλαι ὑπὸ, ubi vulgo ante Reisk. fortasse rectius πάλαι τὸ πρᾶγμα (scr. πρᾶγμ') ὑπὸ ediderant. §. 2. pro νυνὶ εἰ c. codd. *FΣΥK*v et libris ante Bekk. ed. scribe νῦν εἰ. 771, 4. non offendes, etiamsi cum Reisk. et Bekk. καὶ post πόλει non solum uncis includis, sed deles, in πόλει οὐκ, quia pausa post πόλει est. Sed ego retinuerim καὶ, quia hac in re summum est positum momentum, quod etiam id sciunt, illi tum non licere oratorem agere. 774, 17. poteris cum Reisk. et cod. *K*. pro τίθενται οἱ νόμοι scribere οἱ νόμοι τίθενται. Offendit tamen 776, 20. ἡ πολιτεία οἴχεται et 777, 24. ἡ καλοκαγαθία ἡσύχιον, ubi tamen plura enumerantur, quo fit, ut vox post καλοκαγαθία paululum quiescat. Idem statuo 777, 25. de verbis δόξει (al. δόξῃ) ὁ. Offendunt tamen 777, 26. verba: τῷ χειροτονηθέντι ἐξ ἴσου ζητοίη εἶναι. Facile feres 778, 27. 29. et 784, 47. εὖ οἶδ' et alia de causa φανήσεται ἐφ' οἷς aut 29. εἴποι ὡς aut 31. ἀγνοεῖ ὅτι, neque minus pausa est ib. post πόλει ante ἀπορῆσαι. Sed jure offendent 780, 34. Ἀπόλλωνι ἐν et εἰσιόντι εἰς, uti 35. ἀγιώτατοι ἐν— ψυχῇ ἑκάστου. Excusare poteris 781, 38. δεικνύναι ἡμᾶς μὲν, sed non ib. φενακίσαι ὑμᾶς. Minus offendes 784, 46. in σταθμὰ ἔχων et γίγνεσθαι ὁ aut 47. in ἰοὺ ἰοὺ et ποῖ ἔτρεψεν, sed difficilius poteris defendere ut Demosthenicum 785, 49. αὐτῷ ἀργύριον αἰτοῦντι οὗτα, facilius ea quae 785, 51. leguntur: περιέρχεται ἤτοι. Pausa est 787, 55. inter ἑαυτοῦ et οὐχ, non ita inter ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο neque ib. inter αὐτῷ ὁ. Vox paululum quiescit 787, 56. inter ὀκτὼ ἐφόδιον, ubi tamen vulgo et in *F*v. ὀκτὼ δραχμὰς legitur. Non poteris excusare 57. μετοικίου ἀπήγαγεν et αὐτὴ (al. αὕτη) αἰτία (*Σ* pr. om.) ἐγεγόνει. Idem statueris 788, 58. de verbis: αὐτῷ [ὁ

χρηστὸς ἀδελφὸς] οὗτοσι, ubi verba ὁ χρ. ἀδ., quae [illegible] FΣΥv. omittunt, Σ. χρ. habet, unde Bekk. ea [illegible] inclusit; Dindorfius autem delevit; hiatus tamen manet. Idem est 790, 65. in μητέρα αὐτοῦ ὄφλουσαν ἀποστασίου ἀπέδοσθε et 791, 69. in ὅροι ἑστηκότες, uti 792, 73. in δημοσίῳ ὁ et ἔσται ὁ, nisi hos excusabis, quia vox paululum subsistit, ante ὁ. Pausa est 793, 77. in καταφεύξεται ὡς, non ita 79. in τούτου ὁμοπάτριος. Feres fortasse 794, 80. ἰᾶσθαι αὐτὸς et ἐξαιτήσεται ὁ (Etym. Magn. habet ἐξαιρήσας ὁ) et 797, 91. τούτου αἰτίαν, sed non 798, 95. ῥῖψαι ἐκ. Corrigere denique poteris 799, 99. δήπου εἷς, ubi Reisk. ex Aug. I. et K. γε pro εἷς dedit, Fv et vulg. ante Reisk. γε et εἷς om., quo sane carere possumus, sed 800, 99. in verbis τούτου ἐκεῖ Σ. quidem ἐκεῖ omittit, nos tamen eo vix carere possumus.

Vides igitur profecto plures in hac oratione admissos esse hiatus, quam quos Demosthenes praecipue in oratione publica commisisse putandus sit, idemque de secunda contra Aristogitonem scripta oratione est dicendum. Reperies in ea hos hiatus: 800, 1. δημοσίῳ Ἀριστογείτων et si cum cod. K. nomen proprium omiseris, δημοσίῳ οὗτοσι. 802, 5. πέπαυνται ἄρχοντες. ib. αὐτοὶ ἰδιῶται. 6. φαίνονται εἴκοντες. 803, 8. τούτῳ ἐμμένει. 804, 13. δεδόσθαι ἐξουσίαν. ib. πράττοντι ὅτι excusabis; non ita 805, 15. ἐξετάζεσθαι ἀκριβῶς, neque 806, 19. τὰ γιγνόμενα τῇ πόλει ἐπὶ, ubi tamen cum Reisk. ex Aug. I. V. et K. τῇ πόλει γιγνόμενα ἐπὶ probante Schaefero, quem vide, poteris scribere. 808, 25. πείθεσθαι ἡλίκον minus offendit.

Eum igitur, qui has orationes in Aristogitonem scripserit, curam quandam quamvis non tanto cum studio quam Demosthenem in hiatibus evitandis posuisse negari nequit. Minime autem auctores ceterarum orationum publicarum contra Eubulidem Neaeram et Theocrinem scriptarum ullam in ea re collocavisse operam facile poterit demonstrari. Ita ex oratione contra Eubulidem idque ex dimidia ejus parte a §. 1—32. hi enumerari possunt hiatus, iis qui excusari possunt omissis: — 1301, 7. ἐγὼ

In orat. XXVI. in Evandrum: 175, 1. ἀναμνησθήσεσθαι ἐνίους—δὴ ἔγωγε—ἐλπίδι εἰς. 2. μεταδοῦναι ἠξίωσαν. 3. νυνὶ αὐτὸν—ἕτεροι ἐνταῦθα. 4. οἶμαι ἀντεπεῖν—ἑαυτοῦ ἀναλώσας—αὐτῷ ἀναθήματα. 5. δεῖ αὐτὸν—τούτῳ ἐπιτρέπειν—δοκιμάζεσθαι ἀξιοῖ—χρὴ ὑπολαμβάνειν—αὐτῷ εἶναι. 6. ἐγχωρεῖ ἄλλον—πάλαι ὁ—ἐνιαυτοῦ ἐστὶν. 7. αὐτοῦ ἕνεκα. 176, 9. ὀλιγαρχίᾳ ἀρξάντων—οὗτοι ἐν. 10. νυνὶ ἐδοκιμάζετο—αὐτοῦ ἐπὶ. 11. χρόνῳ ἐξαμαρτάνειν. 12. ἕδοι αὐτὸν. 13. γένωνται ἐν—ἄκριτοι ὑπὸ. 16. δοκιμασία ἐστὶν. 177, 19. πολλοὶ ὄντες—Πειραιεῖ ἡττήθησαν. 20. τοιγάρτοι ἀντὶ—εἶναι ἐψηφίσαντο—ἐγὼ ὑπὲρ—δήμου ἀποκρίνομαι et reliqua.

In orat. XXVII. in Epicratem: 177, 1. ὑπολείψει ὑμᾶς. 178, 2. αἴτιοι εἶναι—ψηφιεῖσθαι ὑμᾶς. 3. χρὴ ἐλπίδα. 4. ἔχω ἐπικαλέσαι—αὐτοῦ ἀδικήματος—αὐτοῦ ἀνδρὸς—αὐτοὶ ἦσαν. 5. παύσονται ἐπιχειροῦντες. 6. δυνάμει ἐσώθησαν. 7. δόξει αὐτοῖς εἶναι ὑμᾶς. 8. οὗτοι ἄκριτοί εἰσι. 9. ἡγοῦμαι αὐτοὺς—ἀκροασάμενοι αὐτῶν—πολέμῳ ἐκ. 10. τοι εἰς—εἰρήνῃ οὐδὲ. 12. ἐλεεινοί εἰσιν—ἀδικούμενοι ἐλεεῖτε—ἐξαιτήσονται αὐτούς. 179, 13. εὐνούστεροί εἰσιν. 15. χρὴ αὐτούς. 16. καταψηφισάμενοι Ἐπικράτους—χρόνῳ εἰθισμένοι ἐστέ—καταψηφισάμενοι ἐξελέγξητε—τιμήματι ἀζημίους—ψήφῳ οὐδὲν.

In orat. XXVIII. in Ergoclem: 179, 1. δύνασθαι Ἐργοκλῆς. 3. θανάτῳ ἐκολάζετε. 7. ἕτοιμοί εἰσι—ἡγοῦνται

οἰκέτ. 8. ἔδει αὐτὸν. 13. δικαίου ἐπιθυμοῦντες — προσήκει ὀργίζεσθαι. 14. εἶναι ἐν. 181, 16. χρὴ εἰδέναι. 17. ἄλλοι οἱ.

In orat. XXIX. in Philocratem: 181, 1. δοκεῖ οὐδενός. 2. ἡγοῦμαι εἰδέναι. 4. χρόνῳ ἐθελοντής. 5. αὐτῷ ἀποδεῖξαι. 182, 6. ἐπειδὴ ἐώρων. 8. ἀξιῶ ὑμῖν — πλείω αὐτῷ. 12. χίλιοι ἐκ.

In orat. XXX. in Nicomachum: 183, 3. ἀντίδικοι ἦσι. 4. ἐπειδὴ ἐκείνων — ἔτη ἀνέγραψεν — ἔδει ἀναγράφειν. 6. κολάσαι αὐτὸν — ἐπειδὴ ἑνός. 7. δύνηται ἀπολογεῖσθαι. 8. πολλοῦ ἐδέησα — δοκεῖ εἶναι. 184, 8. χρῆναι ἐμοῦ. 9. ἐγὼ ἐπιβουλεύσαντα — πλήθει ἀποδείξω — μου ἀκούσατε. 11. βουλόμενοι αὐτὸν, ἢ ἡ — αὐτοὶ ὑμᾶς. 13. ὁπόσοι ὑμῶν — ὀλιγαρχίᾳ ἀποθανόντων. 14. ᾗ ἡ. 16. αὐτῷ εἰσεσθε. 17. φάσκῃ ἀσεβεῖν — ἠγῇ ἀδικεῖν. 20. πλείω ἀνέγραψεν et sic reliqua.

In orat. XXXI. in Philonem: 186, 1. ἐθελῆσαι ὡς. 2. ὅρκῳ ἀποφαίνειν. 187, 3. ἐγὼ ἐλλείποιμι — εἴη οὗτος. 4. δυνατώτεροι ἐμοῦ εἰσί — λόγῳ ἀποφῆναι μείζω ὄντα — ἐγὼ ὑπολίπωμαι — δεῖ ὑμᾶς. 5. ἡγεῖσθαι εἶναι. 6. πολῖταί εἰσι — δῆλοί εἰσιν. 7. εἶναι αὐτὸν. 8. πόλει ἦν — ᾤκει ἐν. 9. ἑαυτοῦ ἐνθάδε — προστάτου ᾤκει — ἐπειδὴ ἐώρων — ὅπου ἑαυτόν. 10. ἄξιοί εἰσι. 11. γνώμῃ ἔπραξεν — ἄξιοί εἰσιν — ἡγεῖσθαι ἄκοντας. 12. σώματι ἀδύνατος. 188, 12. οὐσίᾳ ἄπορος — ἐγὼ ἀποδείξω. 14. Ὡρωπῷ ἐπὶ — ἄστει ἔθετο. 15. βοηθῆσαι εἰς — αὐτοὶ οὐ. 16. ἐγγένηται αὐτῷ ψευσαμένῳ ἐξαπατῆσαι — ἐπειδὴ ὕστερον — παρελθόντι ἐνθάδ' — κάλει αὐτὸν — ὁπλίσαι ἀπὸ. 17. κερδανεῖ ἀπὸ. 20. αὐτῷ ἄλλο — εἶναι ἀποδοκιμασθῆναι et reliqua.

In orat. XXXII. in Diogitonem: 893, 1. γεγένηται εἰπεῖν (al. εἰπεῖν om.) 894, 3. ἀποδείξω οὕτως. 4. ἀδελφοὶ ἦσαν — ἀφανῆ οὐσίαν — πείθει αὐτὸν — γίνονται αὐτῷ. 5. ἑτέρῳ εἰς — αὐτοῦ ἐπιτρόπῳ. 896, 7. οἴκοι ἀντίγραφα — ἐκείνου ἐν. 897, 8. χρόνῳ ἐδήλωσε — ἄστυ ἀναπέμπει. 9. καταλίποι αὐτοῖς — ἐγὼ οὖν — σὺ οὖν — σκόπει αὐτός. 11.

τῇ ἐμῇ οἰκίᾳ ἦν. 12. ἐγὼ ἠγανάκτουν. 901, 13. ἐγὼ εἰμὶ ἀθλία. 902, 14. βιβλίῳ ἐνεγκεῖν. 15. πολλοῦ ἄξια—σὺ ἐτόλμησας—σοι ἔδωκα. 905, 20. ὀκτὼ ἔτεσιν et sic reliqua.

In orat. XXXIII. Olympiaca: 911, 1. χρόνῳ ἀλλοτρίως. 912, 3. ἤκω οὐ. 913, 3. πολλοῦ ἀξίου.

In orat. XXXIV. de republica Atheniensium: 917, 1. δὴ οὗτοι. 918, 3. γένει ἀπειλαγνόμενος. 923, 8. ἀπαντήσονται ὅπλα—δοκεῖ εἶναι—τοσούτῳ ἐπιθυμοῦσι. 9. μάχῃ ἐστερήμεθα. 924, 10. χρὴ ἀναμνησθέντας.

In fragmento II. 1. τολμῆσαι οὕτως. 2. σοι ἐννέ—ἀδικώτατοι ἄνθρωποι ἐπιχειροῦσι. 3. δικάζονται αὐτῷ. 4. ἡμέρᾳ ἀπαιτήσοντες—πολὺ ἀσφαλέστερον—νομίζει εἶναι. 5. κέκτηται Ἑρμαίου [ὅσῳ ἐλάττους]—μοι ἀνάβητε.

In fragmento XLV. 3. ἱπποδρομίαι Ἀνακείων—ἐδεήθη ἥκειν. 5. λέγοι αὐτὸν—διακειμένου Ἀντίμαχον—ἠρῶτα αὐτὸν. 6. εἶναι ἀπέδοσαν.

In Erotico (in Platonis Phaedro): 231. c. ἕτοιμοί εἰσι. d. αὐτοὶ ὁμολογοῦσι—δύνασθαι αὐτῶν—σοι ἢ—σαυτῷ ἐπιτηδειοτάτων. 232. b. διαλεγόμενοι ἀλλήλαις. c. ἔμπειροι ἐγένοντο—φίλοι εἶναι. 233. a. φίλοι ὄντες—γενέσθαι ἐμοί. b. ἐπαίνου (al. ἐπαίνων) ἀναγκάζει. d. πολλοῦ ἐποιούμεθα. e. προσήκει οὐ. 234. b. σὺ οὖν.

Quae qui accuratius perpenderit, ei id erit perspicuum, Lysiam hiatum non evitasse, neque poterit negare, in orationibus I. III. IV. V. VI. VII. X. XI. XII. XIII. XV. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXIII. XXVI. XXVII. XXX. XXXI. XXXII. ne minimum quidem vestigium ejusmodi studii reperiri. Ab illis autem orationibus inprimis octavae recedit dicendi genus. Hiatus enim pauci qui in ista oratione reperiuntur, possunt facile tolli, uti 19. ubi pro εὖνοι ὄντες, quod e Reiskii conjectura est editum, εὔνους ὄντες habent et scriptor fortasse non. εἶνοι ὄντες, sed εὐνοοῦντες dederat. §. 7. autem in verbis: οὐδ' αὖ ὑμᾶς μὲν post αὖ vox subsistit et 112, 4. pro καίτοι οὕτως, quod Bekker. c. Marklando aliisque dedit

cum Foertschio καὶ τί οὕτως scripserim, G. enim καὶ τοσούτως et D. pr. καὶ τοιοῦτος habet. Si autem quaeritur, unde factum sit, ut in hac oratione nulli fere sint hiatus, id nequaquam casu factum esse poterit dici. Quis enim credat, casu quodam per viginti paragraphos verba ita esse conjuncta, ut nullus inde exsisteret hiatus idque apud scriptorem, qui, quantum ex plurimis ceteris ejus orationibus judicari potest, omnino orationem non ita formabat, ut simul vocalium concursus evitaretur. Marklandus igitur jure jam dubitavit num Lysiae sit, Reiskius cum Tayloro id in dubio relinquens eam pro epistola seu formula renuntiandae amicitiae habet. Spengelius denique in libr. saep. all. p. 125. eam ante anarchiam a juvene Lysia confectam esse censet. Similem protulit sententiam etiam Franzius in Lys. p. 250. et Gevers in libelli de Lysiae Epitaphii auctore Goetting. 1839. 8. editi p. 10. At num Lysiam juvenem hiatum fugisse credibile est eo tempore, quo oratores omnino hiatum nondum fugiebant? Num credibile est artem, cui juvenis studuerit, virum et senem neglexisse idque in argumentis multo gravioribus? Et cur in Erotico, quam orationem eodem tempore scripsisse dicitur, hiatus non est evitatus? Rectius igitur cum Marklando et Hoelschero (de vita et scriptis Lysiae. Berol. 1837. p. 72.) totam orationem non Lysiae, sed rhetori cuidam eique non optimo seriorum temporum tribues, quo etiam ducit argumentum exile.

Difficilius judicatu est de ceterarum orationum, in quibus hiatus rarius est admissus, fide. Recedit quidem a vulgari Lysiae consuetudine oratio secunda, sed non ita, ut ea de causa affirmare audeam, eam non esse Lysiae, id quod sane multi viri docti aliis de causis judicaverunt, v. Hoelscher. l. all. p. 48. Idem dicendum de oratione nona et decima quarta, de quarum auctore jam Harpocration dubitavit. Annumeranda tamen his erit etiam oratio pro Mantitheo, quam Marklandus ex optimis Lysianis existimat neque minus Hoelscherus p. 87. laudat, itemque et oratio contra Dardanios et de in-

valido, quam Boeckhius (Oecon. civ. I, 361.) exercitationem esse opinatus est, et de affectata tyrannide, quibus addas or. XXVIII et XXIX. De his omnibus uti de oratione Olympiaca, cujus fragmentum solum habemus, certi quid proferre non ausim, dubitationi tamen justae eas obnoxias esse dixerim. In oratione sexta autem judicanda id recte vidit Hoelscherus p. 59., eam circa Lysiae tempora scriptam esse. Nam serioribus temporibus orationes minus solebant hiatibus esse foedatae.

Ex iis, quae hoc capite allata sunt, spero fore ut tibi persuasum sit, ab oratoribus, qui ante Isocratem floruerint, hiatum non fuisse evitatum; restat igitur ut in

Capite sexto

de hiatu in oratoribus Isocrati et Demosthenī vel aequalibus vel aetate minoribus

ostendamus, in iis quos modo significavi oratoribus sermonem ita esse comparatum, ut hiatus ab iis non quidem eo studio sit evitatus, quo id in Isocrate et Demosthene factum esse viderimus, sed tamen minus saepe quam in oratoribus antiquioribus plerumque sit obvius. Transitum autem quodammodo facit Isaeus, cujus oratio de Astyphili hereditate scripta est Olymp. XCVII, 3., a. Chr. n. 390., aut certe non ita multo post, v. Schoemann. Isaeum p. 406., eaque ex iis, quarum annus definiri potest, sane prima est dicenda. Quod enim Schoemannus in Praefat. p. V. orationem de Dicaeogenis hereditate scriptam primam dixit, quippe Ol. 97, 3., circiter anno 390. aut paulo post habitam, in eo erravit. Non verius Krügerus ad Clinton. Fast. Hell. p. 113. orationem hanc nonagesima nona Olympiade esse habitam statuit, errans, quod censuit, a pugna Cnidia (gesta Ol. 96, 3. a. Chr. n. 394.), in qua Dicaeogenes II. obiisse §. 6. dicatur, amplius duodecim annos praeteriisse, quum haec adversus Dicaeogenem III. causa ageretur (§. 7.), necdum finitum fuerit bellum Olynthium (§. 46.) a 382—379. gestum. Quibus Schoemannus recte oppo-

sit ex iis, quae §. 35. legantur, intelligi, non duodecim, sed duo et viginti amplius annos ab illo proelio, in quo Dicaeogenes ceciderit, praeterilsse. Si igitur Dicaeogenes in nobili illa ad Cnidum commissa pugna Ol. 96, 3. a. Chr. n. 394. mortuus sit, hanc causam non Ol. 99., sed circiter Ol. 102. ineunte a Chr. 372. actam esse oportere, septem post finitum bellum Olynthium annis. Ipse igitur neque priore loco pugnam illam Cnidiam anni 394., neque altero Olynthium bellum designari opinatur, sed putat, possessam esse a Dicaeogene III. totam patris adoptivi hereditatem illo ipso temporis spatio, quo bellum Corinthium gestum sit h. e. inter ann. 395 — 387. idque concludit tum ex §. 37. ubi capti Lechaei mentio fiat a. 393. tum ex §. 11. ubi is Cephisodotum Corinthum misisse dicatur. Quae autem commemoretur Cnidia pugna, intelligendam esse pugnam navalem prope Cnidum ann. 412. auctore Thucyd. VIII, 42. commissam, quae §. 7. de calamitate urbis et discordia civium ann. 400. dicantur, oratoria magis quam historica fide ab adversario esse dicta, et §. 46. ex Olynthiis faciendos esse Corinthios. At ea ipsa de causa valde de Schoemanni ratione dubito et potius censeo, orationem Ol. 102. ineunte esse scriptam. Bellum Olynthium enim quod §. 46. commemoratur quominus finitum fuisse statuamus, id non impedit, quod de Olynthiis scriptum est: ἀποθνήσκουσι μαχόμενοι τοῖς πολεμίοις, praesens enim est historicum. Quod autem Schoemannus negat, Olynthios dici posse propugnasse pro Atheniensibus, id ego non negaverim. Quia enim Athenienses eodem tempore cum Lacedaemoniis bellum gerebant, quo Olynthii fortiter Lacedaemoniis resistebant, illi jure Atheniensium propugnatores dici posse videntur. Impugnabant enim et minuebant hostium opes. Quod autem §. 37. Lechaei capti mentio fit, id ita fit, ut Dicaeogenes III. sane trecentas drachmas istas conferre potuerit, antequam totam nactus sit hereditatem. Negat enim orator Dicaeogenem, qui beneficio populi tot opibus sit ornatus, aliquid ad sa-

lutem publicam contulisse pergitque cum nihil nisi trecentas tantummodo drachmas olim idque invitum et coactum dedisse. Minus etiam potest opponi, quod Dicaeogenes Cephisodotum Corinthum misisse dicitur; hoc enim cur illo solo tempore, quo Schoemannus voluit, factum sit, nemo facile demonstrabit. Id autem quod §. 11. de calamitate civitatis post Antalcidae pacem refertur, recte de anno 382. dici poterat, quo quidem tempore Athenienses plerisque sociis erant privati et omnia fere in peregrinis terris amiserant, v. Boeckh. Oecon. civ. I. p. 447. Vides igitur me si sequeris auctorem, neque Olynthios in Corinthios esse mutandos neque de alia Cnidia pugna quam de illa notissima esse cogitandum.

Ultima autem oratio, cujus annus definiri possit, est ex sententia Schoemanni (v. ej. Isae. p. 354.) oratio de Apollodori hereditate Olymp. CVI, 4. habita. Quod si verum est, simul discrimen quod in dicendi genere in Isaei orationibus deprehendisse mihi videor, explicari poterit. Sunt enim aliae orationes ita scriptae, ut hiatus raro, certe minus saepe appareat, aliae ita, ut frequentissimus sit. Quod ut clarius perspicias, tibi ex singularum orationum primis viginti paragraphis hiatus eos enumerabo, qui nec facile tolli neque excusari possint.

Ita in orat. I. paragr. XX. de Cleonymi hereditate hos solos leges hiatus: 35, 1. *ἀκροασόμενοι οὐδ'*, et 36, 11. *πατρὶ ἐγκαλεῖ*.

In orat. II. de Meneclis hereditate: §. 1. *ἐποιήθη ὑπὸ—πειρᾶται ἐξ—αὐτοῦ ἄπαιδα—ἐμοὶ ἀνάγκη ἐστὶ*. 2. *διδάσκω οὖν—ἐμοῦ υἱοῦ ἐκείνου*. 3. *ἐπειδὴ εἶχεν*. 4. *τετάρτῳ ἔτει ὕστερον—ἀδελφὴ ἡμῖν—Μενεκλεῖ ἡ—ἐπειδὴ οὖν*. 5. *λέγει ἑκάστοτε — πρεσβυτέρᾳ ἀδελφῇ ἐπέδομεν*. 6. *αὐτοὶ ἐν ἡλικίᾳ ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι ἐτραπόμεθα—του εἶναι ἄξιοι—πρεσβυτέρᾳ ἀδελφῇ ὄντα—ἔφη αὐτὸς*. 8. *ἱκετεύει αὐτῷ — ἐκδοῦναι ἄλλῳ αὐτήν*. 10. *γενομένου ἐσκόπει ὁ—θάψοι αὐτὸν—ἐώρα ἕνα—ἐδόκει αὐτῷ αἰσχρὸν εἶναι ἄπαιδα*. 11. *ἐπειδὴ οὕτως αὐτῳ ἡ—ὁποτέρῳ ὑμῶν*. 12. *ἠρεμία ἐκείνου—*

συμβῆναι ἀποδημία, ὡς σὺ οἶσθα—ἔφη αὐτὸν. 13. ἑαυτοῦ ἐξεῖναι. 14. εἶναι ἄπαιδα. 15. αὐτῷ οὗτοι ὡς—τοσούτῳ, ὄντι. 17. ποιήσασθαι υἱὸν. 18. ἐπειδὴ ὁ—γόνῳ ὄντα πατρὶ ἐμαυτοῦ ἐθεράπευον—γυνὴ ἡ.

In orat. III. de Pyrrhi hereditate: 38, 1. ἐκείνου ἐβίω πλείω ἔτη ἢ εἴκοσι. 2. θείου ἦκει—κλήρῳ ἐπιγραφάμενος. 3. οὗ ἦν. 4. μαρτυρίᾳ ὄντα—μαρτυρῆσαι ἐγγυῆσαι. 5. δίκῃ ἡ—ἐδόκει οὗτος—θείου ἡ. 6. Πύῤῥῳ εἶναι, μεγάλη ἀνάγκη ἅμα. 7. ψηφιεῖσθαι ἐξελεγχθῆναι. 8. γυνὴ ἀπέλιπε—ὅτου ἐκομίσατο. 39, 9. δικάσασθαι ἠξίωσαν—του ἀνθρώπων. 10. τούτου ἀδελφὴν—ἢ ὅσοι ἐκείνου—ἢ ὅσοι ὕστερον. 11. οὐδεμιᾷ ἐπισκήψασθαι ἠξίωσαν—γυνὴ ἐγγυητή. 12. ἐπεσκημμένοι εἰσὶ. 13. ἑταίρα ἦν—ἐγγυῆσαι ἐκείνῳ—τούτου ἀδελφὴ εἴη. 14. ἐπισκήψασθαι οὗτοι ἠξίωσαν. 16. καὶ ὅτι οὐδενὶ ἄλλῳ ἐγγυηθεῖσα. 17. νέοι ἄνθρωποι ἐπιθυμήσαντες. 18. παρεῖναι αὐτῷ—τούτου ἐκμαρτυρίαν—ἀναδέδεκται αὐτοῖς. 40, 20. χρῆσθαι ἀναγκαῖον.

In orat. IV. de Nicostrati hereditate: 46, 1. δοκεῖ εἶναι—μοι ὑμῖν—ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς. 2. ὁπότεροι ἁπλουστερον—Θρασυμάχου ἐπεγράψαντο—ἐκείνῳ ἀνεψιούς. 3. Θρασυμάχου υἱοῦ—προσποιοῦνται ἐκείνου. 4. ἔδει ὑμᾶς—ἀμφότεροι ὡμολόγουν. 47, 5. λόγῳ εἰπεῖν—Θρασυμάχου ἦν. 6. ἐκείνῳ ἀνεψιοί. 7. τουτουσὶ ἐπάγοντες—ταλάντω ἑξάκις. 8. ἔφη αὐτῷ εἶναι—ἐξηλέγχθη ὑπὸ—δοῦναι αὐτῷ—πολλῷ ὕστερον—Νικοστράτου ἕνδεκα. 9. Ἀθηνᾷ ἔφη—αὐτοῦ ἐκείνου. 10. Νικοστράτου ἄξαντες οὗτοί εἰσι—παιδίου ἀμφισβήτησιν—πόλει ἀποτίνειν—γένη ὑβρίζετο. 13. πολλοὶ οὐδὲ—αὗται ἀποφαίνοιντο. 14. παρακρούσασθαι ἐγχειρήσαι. 48, 14. δὴ ὑμῖν. 16. νόμοι οὐ—οὐδενὶ ἐᾷ—διακειμένου ὁ. 18. Νικοστράτῳ ἐπιτήδειοι ὄντες. 19. Χαριάδου ἀναιδείας. 20. μεμαρτύρηται ὑμῖν—οἶομαι ἀναγκαίας.

In orat. V. de Dicaeogenis hereditate: 50, 1. μέρη ἀναμφισβήτητα—Λεωχάρει ἐγγυητῇ. 2. μοι ἀνάγνωθι—ἀληθῆ ἀντωμόσαμεν—μοι ἀνάγνωθι. 3. Μενεξένου ἐν. 4. μοι ἀνάγνωθι. 5. τούτου ἔμελλον—παρεσκευασμένοι εἰσὶν—βούλομαι ὑμᾶς—δοκῇ ὑμῖν—πάππῳ ἐγένετο—Θεοπόμπῳ ἐγήματο. 6. αὐτοῦ ἄπαιδος—θείῳ υἱὸς. 51, 7. χρόνῳ οὐ-

σῶν—ἀμφισβήτει ἡμῖν—ποιηθῆναι υἱός. 8. μαίνεσθαι αὐτὸν—ψευδῆ ἀλλήλοις. 9. χρόνῳ ὕστερον—τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐξήλασε. 10. αὐτοῦ ἔτυχον—οὗτοσὶ ἐγγυτάτω ὤν. 11. τῇ αὐτοῦ οἰκίᾳ—ἐκείνου ἀδελφιδοῦν—τῷ ἑαυτοῦ ἀδελφῷ Ἁρμοδίῳ—ἐγκαλεῖ αὐτῷ. 12. μοι εἰρήσθω—ἡμετέρου υἱόν. 13. δύναται ἐξαπατᾶν—ἐγὼ αἰσχυνόμενος—μήπω ἁλωκότας. 14. ἠπατήθη ὑπὸ-καθηγούμενοι οὐκέτι—Δικαιογένει ἔχειν—ἐπειδὴ οἱ—αὐτῷ ἅπαντος. 15. διαθῆκαι ἐφάνησαν—κλήρου ἐγίγνετο—ἡμετέρῳ υἱός—διαθέσθαι ἐάλωσαν. 17 δίκη εσῄει—ὡμολογήθη ἡμῖν. 18. ὡμολόγει ἀναμφισβήτητα. 19. ἐπειδὴ εἵλομεν—μέρη ἡμῖν—ὁμολογεῖ ἐγγυήσασθαι αὐτὸν. 20. ὡμολόγει ἀναμφισβήτητα—βοηθῆσαι ἡμῖν.

In orat. VI. de Philoctemonis hereditate: 56, 1. οἶμαι ὑμῶν. 2. δέομαι οὖν. 3. ἀμφισβητῆσαι Ἀθηναίων—εὐθυδικίᾳ εἰσελθόντι εἰς. 4. ἐνὶ ἀγῶνι οἴεται ἀδελφοὺς. 5. ἐπιδείξω ὑμῖν—Φιλοκτήμονι ἐκ—συνῆκει ἐκ. 6. ἀδελφῷ αὐτῷ—ἄμφω ἄπαιδε ἐτελευτησάτην—ᾗ ὁ. 7. αὐτοῦ ἀδελφὴν—διαθήκη αὕτη ἀναγνωσθήσεται—μοι ἀνάγνωθι. 57, 8. μοι ἀνάγνωθι. 9. οὗτοσὶ ὁ—γνήσιοι ἄρρενες—δηλώσω ὑμῖν—τιμᾶσθαι ἄρχειν. 10. ἀποδέδεικται ὑμῖν—ψευδῆ ὄντα. 11. αὐτῷ ἐγένοντο. 12. ἐπιδείξω ἔργῳ ὑμῖν—ἐρωτώμενοι ὑφ'—εἴη αὐτῶν. 13. Σικελίᾳ ἔφασαν—ἀναιδείᾳ ὑπερβάλλον—ἐγὼ ὑμῖν ἀποφανῶ ἐκ—αὐτοὶ ἀπεκρίναντο. 14. οὐ ἐξέπλευσεν—ἤδη ἐστὶ—Ἀριμνήστου ἄρχοντος—οὔπω ὑπὲρ—ἀφελόντι οὖν—Σικελίᾳ ὑπολείπεται. 15. γιγνώσεσθαι αὐτὴν—ποριζεσθαι ὀνόματα. 58, 18. ἐβίω ἔτη ἐξ—ἐδόκει εὐδαίμων—οὐσία ἦν—ὀλίγη αὐτῷ—συμφορὰ ἐγένετο. 19. ἀπελευθέρα ἦν—Πειραιεῖ αὐτοῦ—ᾗ ὄνομα—Ἀλκὴ ὠνηθεῖσα—πρεσβυτέρα οὖσα—αὐτῇ ἦν. 20. αὐτοῦ ὑπεχώρησεν.

In orat. VII. de Apollodori hereditate: 63, 5. ἀδελφοὶ ἦσαν. 64, 8. ὁμηρεῦσαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἠθέλησεν—οὗ εὐπορήσει ἦν. 11. φίλοι ἐγένοντο. 12. γεγένηται αἴτιος. 13. πολὺ αὐτὸν. 65, 17. δὴ οὕτως (libr. διὸ, Schoemann. c. Reisk. δὲ, tu scr. δ'.)—ἐκείνῳ οὐκ. 20. γένει ἀπωτέρω.

In orat. VIII. de Cironis hereditate: 68, 1. ἀνάγκη ἐστὶ. 69, 4. τινι οὖν—δέομαι ὑμῶν. 5. δέομαι οὖν

—μου ἀκοῦσαι. 11. οἶμαι οὐδέν. 70, 12. δέῃ εὑρεθῆναι—ἀληθῆ ἐκ. 15. ἄνευ ἡμῶν—ἀεὶ ἡμᾶς. 17. παραδοῦναι εἰς. 19. ἐπειδὴ ἐγενόμεθα. 71, 20. εἰσδέχεσθαι ἡμᾶς.

In orat. IX. de Astyphili hereditate: 74, 1. μοι ἦν—προσήκει ἔχειν τὰ Ἀστυφίλου οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ ἐμοί. 2. οὑτοσὶ ἀνεψιὸς—εἰσποιεῖ ἐκείνῳ—οὗτοι ἔτι—ἐγὼ οἶμαι ἐπιδείξειν. 3. ἠγεῖται ἕξειν—ἠγγέλθη Ἀστύφιλος—ἐμοῦ ἀσθενοῦντος—ἑαυτοῦ εἶναι. 4. πάλαι υἱὸς. 93, 5. ποιηθείη ὑπὸ—Ἱεροκλεῖ Ἡφαιστίδῃ. 6. ἐμοῦ ἀπεκρίνατο—ἔφη αὐτὰς. 7. ἐγὼ ἐπεδήμουν—ὁστᾶ αὐτοῦ—μοί ἐστιν—τελευτήσαντι αὐτῷ. 9. πέπεισται ὁμολογεῖν. 10. εἰδέναι Ἀστύφιλον—ἀναγκαῖοι ἐκείνου. 11. εἶναι ἠλίθιον—τούτου ἐποιεῖτο—συγγενῆ ἐπιδημοῦντα—ἦδει Ἀστύφιλον—ὅτῳ ἐβούλετο—μαρτυρία ἦν. 12. ἐγγεγράφθαι ἐν. 13. ἡγοῦμαι ἔγωγε—τολμῆσαι ἄλλους. 76, 13. αὐτοῦ εἰς—αἰσχυνθῆναι οὐδενὶ προσήκει ἐπὶ. 14. ἁπανταχοῖ ἀπεδήμει—τελευταίᾳ αὐτῷ ἐγένετο. 16. ἑαυτοῦ οἰκείων—τούτου υἱὸν. 17. Ἀστυφίλου αἴτιος. 18. μαρτυρῆσαι ἐναντία—κἀλει Ἱεροκλέα. 19. αὐτοῦ ἀνδρὸς—Θουδίππου ἐπὶ. 20. ἐκείνου υἱεῖ.

In orat. X. de Aristarchi hereditate: 79, 1. παρασκευάσασθαι ἱκανοί. 2. τῇ ἀνακρίσει Ἀριστάρχου εἶναι ἀδελφὴν—τούτῳ Ἀρίσταρχος. 3. ἀκοῦσαι ἐθέλητε. 4. Ξεναινέτου Ἀχαρνέως—ἐξεποιήθη εἰς. 80, 4. ἐμὴ ἐπὶ—οἴκῳ ἐπίκληρος. 5. αὐτῷ υἱέος—κλήρου ἐπιδικάσασθαι—Κυρωνίδῃ ἐξέδωκεν. 6. Ξεναινέτου ἀδελφὸν—Ἀριστάρχῳ υἱόν—ἐγὼ ἐκ. 7. Ξεναινέτου οἶκον—ἐκείνῳ ἐτελεύτησεν—οὗ ἦν—ἑτέρα ἀδελφή. 8. γενομένου εἰς—ἐκείνου εἰσῆκται. 9. ἑαυτοῦ ἑτέρῳ. 10. οὐδετέρῳ αὐτῶν. 11. Ἀριστάρχῳ εἰσποιῆσαι—Ξεναινέτου οἴκῳ. 12. ἔχοντι Ἀπολλοδώρῳ ἢ Ἀριστομένει οὐκ. 81, 12. ἑτέρῳ αὐτὴν ἐκδόντι ἐξέσται εἰς. 13. πατρὶ αὐτῆς—πατρὶ ὄντι—εἰναγαγόντ ἐστι. 14. ἕξει ἀποδεῖξαι—τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῇ—γεγένηται ἡ. 15. ἡγοῦμαι ἀποδεδεῖχθαι—εἰσαχθῆναι εἰς. 16. οὗτοι ὑπὲρ. 18. ἀποστερούμενοι οὐκ. 19. προικὶ ἐγγυησάμενος—αὐτῷ ἠπείλησαν, αὐτοὶ ἐπιδικασάμενοι αὐτὴν—προικὶ ἔχειν. 20. ᾧ ἐγὼ—στρατεύεσθαι ἠναγκαζόμεθα.

In orat. XI. de Hagniae hereditate: 83, 4. ἕξει

εἰπεῖν. 5. προσήκοι ἀποκρίνασθαι ἐρωτημένῳ. 8. ἀνεψιοὶ ἐκ —αὐτοῦ ἀδελφιδῆν — ἀδελφῷ ὄντι ὁμομητρίῳ. 11. μέχρι (vulg. rectius μέχρις) ἀνεψιῶν. 12. οἴονται αὐτοῖς. 85, 14. εἶναι ἐψηφίσασθε. 15. ἤδη εἰρημένων — γιγνώσκεσθαι ὑμῖν. 16. ἔξω ἦσαν. 18. πολλοῦ ἐποιήσαντο.

In fragmento I. 1. οὗτοσὶ ὁ—αὐτοῦ υἱὸν. 2. αὐτῷ ἡμεῖς. 3. πράγματι ἐπιχειρῆσαι. 4. μοι ἐξουσία. 5. φέρεσθαι ἀλλήλαις. 6. μητρὶ ἠθέλησεν — φανήσονται ἐπιτηδεύσαντες — οἰκεῖοι ὄντες. 7. ἐπιδεῖξαι αὐτὸν. 8. οὗτοι ἐκινδύνευον. 9. οὗτοι ὁμολογοῦσιν — ὀμόσαι ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ ἐβούλετο ἐπὶ Δελφινίῳ ἢ μὴν τουτονὶ Εὐφίλητον εἶναι ἐξ — αὐτοῦ υἱὸν — βούλεται ὀμόσαι — εἶναι αὐτοῦ ἐξ. 10. ἐγὼ ἐτύγχανον — εἰμὶ ὀμόσαι — τουτονὶ ἀδελφὸν εἶναι ἐμαυτοῦ ὁμοπάτριον. 11. ἐπειδὴ ἔλαχεν—οὗτοσὶ ἄλλου. 12. διαιτηταὶ αὐτῶν—αὐτοὶ ἀδικεῖν—οὗτοσὶ Εὐφίλητος—ὑβρίσθη ὑπὸ—οἴομαι ὑμᾶς.

Cetera fragmenta breviora sunt quam ut de iis judicare possis.

Hoc igitur ex iis quae enumerata sunt, facile intelligetur, duo posse discerni orationum genera, alterum in quo hiatus frequentissimus sit, ad quod genus or. II. de Meneclis, or. III. de Pyrrhi, or. IV. de Nicostrati, or. V. de Dicaeogenis, or. VI. de Philoctemonis, or. IX. de Astyphili hereditate uti fragm. orat. pro Euphileto sint referendae, alterum, in quo hiatus multo rariores sint, ad quod or. I. de Cleonymi, or. VII. de Apollodori, or. VIII. de Cironis et or. XI. de Hagniae hereditate sint adnumerandae. Si autem quaeris, unde haec diversitas orationum, quae in eodem versantur argumento, orta sit, duplex afferri potest causa, aut quia diversi sint temporis, aut quia non ejusdem auctoris. Hoc tamen quia aliae rationes non adsunt unde probetur, illud alterum quatenus de his orationibus afferri possit, videndum est. Dixi autem jam supra primam orationem, cujus annus definiri possit, esse de Astyphili hereditate scriptam idque Olymp. 97, 3., et ultimam de Apollodori hereditate Ol. 106, 3—4. Demonstravi etiam orationem de Dicaeo-

genis hereditate ad annum Ol. 102. primum sive secundum esse referendam, neque minus verisimile reddiderunt Schoemannus et Krügerus orationem de Aristarchi hereditate Ol. XCVIII, 4. aut XCIX, 1. 385 aut 384. a. Chr. n. esse habitam, uti Schoemannus orationem de Philoctemonis hereditate anno Olymp. CIV, 1. sive ann. 364—363. a Chr. n., et orat. de Meneclis hereditate anno primo Olymp. CV. sive anno 360. adtribuit, quam quidem cur Krügerus Ol. CVII. scriptam esse dicat mihi non liquet. In idem fere tempus Ol. CV, 1. ann. 360. (potest etiam annus secundus cogitari) oratio de Hagniae hereditate a Clintono et Schoemanno refertur.

Quae cum ita sint, intelliges Isaeum usque ad initium Olymp. CV. sive ann. 360. a. Chr n. sermonem ita composuisse, ut hiatum prorsus negligeret, eodem modo quo Lysiam eum neglexisse supra docuimus, idque non mirum est. A Pseudoplutarcho enim in Vitt. X. orat. et Photio Bibl. cod. 263. memoriae est proditum, Isaeum disciplina Lysiae esse usum. Erunt autem praeter orationes, quarum annus supra est indicatus, etiam oratio de Pyrrhi et Nicostrati hereditate propter genus dicendi, quod in iis est, in temporis spatium aliquod ante Ol. CV. referendae. Sed ab hoc ipso anno primo sive secundo Ol. modo dictae magis magisque cura etiam ab Isaeo in hiatu evitando est posita, paulo minor cura in oratione de Hagniae hereditate, quae prima earum est, major jam in oratione de Apollodori hereditate, quam anno Ol. 106, 3—4. originem debere diximus; maximum autem ejusmodi studium perspicuum est in orat. de Cleonymi hereditate, quae nunc quidem ordine prima est, sed si secundum tempus collocatur, ultimum fere tenebit locum. Et eidem tempori post Olymp. CV, 1. etiam oratio de Cironis hereditate erit adtribuenda.

Si autem ab Hermippo apud Dionysium (in Isaeo) Isaeus Isocratis disciplina usus esse dicitur, hoc mirum sane est, si vera sunt, quae Pseudoplutarchus in vita Isocratis tradit, eum scholam suam Ol. CII. anno 4.

aperuisse, quia eo tempore Isaeus fere quinquagenarius fuit. At postquam cognovimus, majorem illam curam in hiatu evitando etiam posterioribus Isaei annis esse adtribuendam, hoc certe negari non poterit, illud dicendi genus, quod ab Isocrate inde ab Ol. XCV. cultum esse dixerim, Isaeum serius etiam quam Demosthenem esse secutum, cujus in orationibus in Aphobum et Onetorem, minus tamen in prima, quam alii etiam Isaeum fecisse dixerunt, hiatus est evitatus, ergo Ol. CIV. Si autem dixi Isocratem non ante Ol. XCVI. id dicendi genus coluisse, id ea de causa contendi, quia omnino dubito, num ante hoc tempus ab Isocrate orationes sint compositae. Nam orationes forenses, quae antea habitae esse videri possint, non vitae, sed scholae esse scriptas supra jam significavi, qua de causa annus earum vix poterit certo definiri. Prima autem, uti ab Isocrate ipso memoriae est proditum (de permutat. §. 193. verbis: ὅτ' ἠρχόμην περὶ ταυτην εἶναι τὴν πραγματειαν, λόγον διέδωκα γράψας), erat oratio in Sophistas, quam ea ipsa de causa Westermannus in histor. graec. eloqu. p. 290. non ante Ol. CVI, 4., sed potius ante Panegyricum, igitur ante Ol. XCIX. ortam esse dicere debebat. Quod si iis fidem habes, qui Isocratem certe decem, si non quindecim annos in Panegyricam orationem conficiendam impendisse dicunt, recte eam fere Olympiadi XCVI. sive XCV. poteris tribuere. Ceteras certe orationes demonstrativi generis fere omnes post Panegyricum esse compositas, Helenae tamen laudatione et Busiride exceptis, ex ipsis patet orationibus. Has autem contra Sophistas scriptas orationes primas Isocratis esse et huic tempori adtribuendas recte affirmabis.

Cur igitur non cum Hermippo Isaeum etiam quinquagenarium discipulum Isocratis factum esse dicemus, si intellexerimus, eum omnino posterioribus denique vitae annis simile dicendi genus esse secutum?

Ex ceteris qui deinde secuti sunt oratoribus Demadem non minus Demosthene studium in hiatu evitando posuisse, apparet ex fragmento orationis ὑπὲρ τῆς δωδε-

πανηγύρεως, in quo unus tantum reperitur hiatus 179, 9. in verbis: χιλίων ταφὴ Ἀθηναίων. At in codd. Bekk. M NT et E. hoc ipso in loco scriptura non recte habet. Codd. MNT. habent τε φὴ et E. τε φῆ. Latere igitur videtur hoc in loco vitium aliquod, quod quale sit, dicere non ausim.

In Lycurgo et Dinarcho hiatum non quidem evitatum, tamen rarius reperies. Frequentior est in Aeschine. De Hyperide judicari nequit.

Liber secundus.

De

Hiatu in Historicis Graecis.

Ante Isocratem oratorum neminem exstitisse, qui in hiatu evitando magnam posuerit curam, a quo etiam post illum dicendi praeclarum magistrum praeter Demosthenem oratores ex iis, qui Attici dicuntur, Demade excepto non prorsus abstinuerint, satis mihi demonstrasse videor. Sequitur ut idem de historicis Graecis ostendam doceamque hos quoque ante Isocratem quidem hiatus admisisse, post eum tamen usque ad eos qui Byzantini vocari solent et quos hic omittere satius esse duxi, alios diligentius alios negligentius in hoc genere esse versatos. Neque multis opus est verbis, quibus tibi persuadeam neque Herodotum neque Thucydidem neque Xenophontem ad hanc rem attendisse, evolvas quaeso eorum libros facileque intelliges, summos hos scriptores laudem in hiatu evitando non quaesivisse. De Xenophonte tamen hoc est addendum eum in iis quae ad defendendum Socratem scripserit, dico libri memorabilium cap. primum et secundum sermonem paulo accuratius ad verae orationis exemplar conformasse et ea de causa in iis pauciores hiatus admisisse.

Sed ex disciplina Isocratis, cujus domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, cujusque e ludo tamquam ex equo Trojano meri principes exierunt, prodiit discipulorum praestantissimus Theopompus, qui quum primum oratoriae arti operam dedisset, postea suadente magistro ad historiam se contulit. Qua in scribenda ita est versatus, ut omnem orationis colorem ab Isocrate sumeret adeo quidem, ut, quae in magistro reprehenderent censores, eadem vitia in discipuli scriptis invenirentur (v. Wichers. Theopomp. p. 39.). Huc autem praeter Ciceronem, cujus verba in Prooemoi

attuli, etiam Dionysius Halic. in Ep. ad Cn. Pompej. c. 17, 10. retulit, quod eadem cura vocalium concursionem fugerit. Scripsit enim ibi: *Εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστ' ἂν ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν περιόδων καὶ τῆς ὁμοειδείας τῶν σχηματισμῶν, πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν.* Idemque fere judicat Quintil. IX, 4, 35. „Non tamen id (i. e. vocalium concursus) ut crimen ingens expavescendum est; ac nescio negligentia in hoc an sollicitudo sit pejor. Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi et a potioribus avertat. Quare ut negligentiae est pars hoc pati, ita humilitatis, ubique perhorrescere, nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos, praecipueque Theopompum."

Quod autem tam graves scriptores de Theopompo sunt testati, id luculentius etiam ex ejus scriptis vel potius fragmentis pateat necesse est, et revera in

Capite primo

de hiatu in Theopompi reliquiis

ex iis, quae Wichers collegit et Lugdun. Batav. 1829. edidit, hanc veterum sententiam confirmari demonstrabo, modo ea omittantur, in quibus non ipsa Theopompi verba afferuntur. Ita in fragm. VII. ex Stephano s. v. *Χρυσόπολις*, et XV. ex Athen. VI, 271. f. — 272. a. nullum reperies hiatum, nisi in hoc *δὲ Ἐλεάται*, quod corrigendum erit. In fragm. XXIII. *καὶ οἱ Θασίοι ἔπεμψαν* non recte legi vidit Wichers conjecitque *καὶ ὁ Ταχὼς ἔπεμψε* esse legendum. Quod si verum est, articulum etiam deleverim. In eodem fragmento *δὲ Ἀγησίλαος* male habet et *οὐδὲ ἔγνω*, pejus etiam *ἢ αὐτὸν*, cujus loco cum *ἢπερ αὐτὸν* dedisse dixerim. Est hoc fragm. ex Athen. XIV, 657. b. petitum. In fragm. XXVIII. a. Polybio Exc. Hist. XII, 27, 8. allato pro *συμβαίνει ἐπὶ* legendum erit *συμβαίνειν ἐπὶ*, praecedunt enim *τοῦτον μὲν — τοῦτον δὲ*, quae structura accusativi c. infinit. continuata erat. In

longiore fragm. XXXIII. (ex Athen. XII, 531. e.) ne vestigium quidem hiatus reperitur neque in fr. XXXIX. ex Athen. VI. extr. Sed in fragm. XLI. (Athen. X, 443. a. b. c.) primum pro πίνουσι sequ. ἄγουσι scribendum erit πίνουσιν et pro δὲ ἡμέραν δ' ἡμέρ., nisi Athenaeus ipse, qui omnino ad hiatum non adtendit, in ejusmodi locis peccavit. Quaeri etiam poterit utrum Theopompus καὶ εἰδότες, an solum εἰδότες, quod recte potuit, scripserit, hoc enim participium non cum altero πολεμοῦντες est conjungendum. Verba autem ibid. γενομένου δὲ τούτου, οἱ μὲν—ἀπώλοντο, οἱ δὲ καὶ εἰς τ. π. κ. σ. λ. videntur Athenaei esse, qui contraxit, quae Theopompus pluribus enarraverat. Schweighaeuserus tamen post τούτου lacunae signum posuit in Animadv. ad Athen. l. dicens: haud dubie narraverat Theopompus, „simulata fuga castra sua deseruisse Gallos" aut aliquid in eam sententiam et „occupata mox ea fuisse ab Illyriis." Et potuerat quidem ista ipse Athenaeus consulto omittere, ut non multum ad summam rei facientia et per se facile intelligenda: sed quoniam quae hic apud Theopompum legebantur, ab his verbis: οἱ μὲν Κελτοὶ videntur initium cepisse, facile etiam librarius a verbis οἱ μὲν Κελτοὶ ad ea quae paulo inferius sequebantur οἱ μὲν αὐτῶν potuit aberrare. In fragm. LIV. ex Athen. XII, 527. nullus est hiatus itemque in fragm. LVII. ex Athen. IV, 157. d. e. Sed in fragm. LXV. ex Athen. XII, 526. d. e. f. primum δὲ οἱ est corrigendum, deinde pro εἰθισμένοι ἐπὶ τῶν καπηλίων Theopompus aut ἐπὶ τῶν καπ. εἰθ. scripsit aut aliud quid. In fragm. LXXXII. ex Priscian. XVIII, 1198. non est hiatus neque in fragm. XCII. ex schol. in Arist. Or. in Cim. nisi quod ibi male πέντε ἐτῶν pro πέντ' ἐτ. legitur. Plura vitia tamen insunt in fragm. XCIV. ex Athen. XII, 533. a. Habes ibi hos hiatus: Κίμων ὁ Ἀθηναῖος—φύλακα, ὅπως, quae quidem excusari possunt, sed in discipulo Isocratis, qui sedulo vestigia praeceptoris hac in re secutus esse dicitur, offendunt, fortasse Theopompus solum Ἀθηναῖος sine articulo et οὐδένας—φύλακας scripsit. Magis etiam deinde ἀεὶ αὐτελὴς offen-

dit, quia Theopompus εὐτελὲς ἀεὶ scripsisset. Pro δύο ἢ scr. δύ' ἤ, sed pro προσέλθοι αὐτοῦ δεόμενος aut aliud quid aut ordine mutato δεόμ. αὐτ. προσέλθ. Theopompum dedisse verisimile est. Quae deinde sequuntur καὶ εἰς defendi et τινα ἴδοι facile corrigi possunt. Pro κελεύει αὐτὸν autem, quod operarum errore in ed. 2 et 3. Casaub. est et Wichers non correxit, quamquam ποιεῖν δὲ praecedit, jam Schweigh. in Athen. κελεύειν αὐτὸν dedit. Ferri fortasse poterit: τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ· ἐκ δὴ. In fragm. XCV. ex Athen. IV, 166. e. nullus est hiatus, neque in fragm. C. ex Schol. Aristoph. Equit. 226. In fragm. CIII. ex schol. Aristoph. Vesp. 1001. scholiastes in verbis: ὅτε ἐξωστράκισαν τὸν Ὑπέρβολον ἔξ ἔτη· ὁ δὲ κ. τ. λ. utrum ipsa verba an sententiam eorum commemoraverit dubitari potest. In fragm. CXV. ex schol. Arist. Av. 881. nullus est hiatus. Sed in fragm. CXVII. ex Athen. XII, 532. b. Theopompum nequaquam ita scripsisse puto: διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν. Certe καταβιοῦν ante ἔξω collocasset neque εἵλοντο, sed εἵλονθ' scripsisset, sed dubito etiam de articulo οἱ ante ἔνδοξοι. De fragm. CXIX. ex Athen. XIV, 657. supra ad fragm. XXIII. quod idem est, disputavi. In fragm. CXXIV. ex Athen. IV, 145. a. verba non ipsa, sed sententia eorum affertur, id quod ex infinitivo δαπανᾶσθαι concludi potest. In fragm. CXXV. quod est longius ex Longin. de sublim. 230. offendit unus hiatus: ἱερεῖα εἰς ταὐτά. Num πρὸς ταὐτά a Theopompo scriptum fuerat? In fragm. longiore CXXVI. ex Athen. XII, 531. a. b. c. d. καὶ ὁ Στράτων legitur, quod ferri poterit. In fragm. CXXIX. ex Athen. XII, 526. c. post γενόμενοι ante αὐτῇ πατρίδι διεφθάρησαν adde σὺν. In fr. CXXXIII. ex Athen. X. p. 444. c. et 445. a. dele articulum in τοῦ Ἡγησιλόχου et paulo post ὁ ante Ἡγησίλοχος, sed verba: ἥντινα χρὴ τῶν πολιτίδων τῷ νικῶντι εἰς συνουσίαν ἀγεῖν non ita, sed fortasse τοῖς νικῶσιν scripsit Theopompus. In fragm. CXXXIV et CXXXV. ex Athen. VI, 265. b. et 252. a. b. c. nullus est hiatus. Sed CXXXVI. ex Athen. VI, 259. f. et 260. a. in verbis: καὶ ὅτι ἐν τοῖς συμποσίοις

ubi optimi codd. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quae sequere, *Αἰγεσταίων* habent. Non male autem Schweigh. hic adscripsit: „videtur ad hoc nomen excidisse articulus *τῶν*, quum praesertim nulla ante hunc locum mentio facta sit Aegestanorum.“ Tamen nil nisi *τε* in *τ'* mutandum esse suaserim. Quod 12. legitur *καὶ ἕτερα* Polybius fortasse *χάτερα* scripsit. Certius est eum XXVI, 7. non *δὲ ἑκατὸν*, neque 11. *δύο οὔσας* scripsisse, sed apostrophum posuisse. Item XXVII, 12. in verbis: *τῷ δὲ βιαιομαχεῖν κατὰ τὰς συμπλοκὰς καὶ συνιδεῖν τοῖς κόραξι τοὺς ἅπαξ ἐγγίσαντας, ἅμα δὲ καὶ τῷ συναγωνιζομένων ἀμφοτέρων τῶν στρατηγῶν καὶ τῷ ἐν ὄψει τῶν ἡγουμένων ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον κ. τ. λ.* Aug. Reg. C. et ed. 1. 2. male *καὶ τῶν* ante *συναγ.* pro *καὶ τῷ* praebent. Rectius Cod. Reg. B. et Casaub. *καὶ τῷ* ante *ἐν ὄψει* omiserunt. Genitivi enim *συναγ. ἀμφ. τ. στρατ.* causam indicant, cur in conspectu ducum milites proelium fecerint. Neque verba per *καὶ — καὶ* bene possunt distingui, quae idem significant. Reiskius recte quidem offendit in loco, sed non recte *τῷ συναγωνιζομένῳ*, quod Cod. B. habet, e conjectura rescribi jussit. Omnia bene habent verbis *καὶ τῷ* deletis.

E elide cap. XXVIII, 2. *οἱ δὲ, ἀφέμενοι*, commate quoque deleto. Sed 11. non offendes in *πάλαι ἂν*. 14. scribe *ἐγένεθ'* pro *ἐγένετο*. XXX, 1. corrige *τε Ἄννωνος* et 5. pro *δὲ εἰς* cum optimis codd. Vat. Flor. Aug. Reg. A. scribe *δὲ πρὸς*. C. XXXIV, 8. corrige *δὲ ἴσως* et ib. pro *αὐτῷ ἐκείνῳ* scribe *αὐτῷ κείνῳ*. Nam Polybius post vocales curtatam amat pronominis formam, uti in *θέλειν*. Cap. XXXV, 5. in verbis: *τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντα εἶναι καθεῖλε* poterit *εἶναι* deleri. Facilior tamen medela etiam erit, si *δοκοῦντ'* scribatur. 8. pro *δὲ ἀεὶ* scribe *δ' ἀεὶ*. C. XXXVI, 4. legitur *καὶ ἕτερος*, XXXVII, 2. *δὲ ὑπὸ* et 7. *μάλιστα ἐν*, quae sunt corrigenda. Cap. XXXVIII, 1. Schweighaeuserus auctore Reiskio scripsit: *νομίσαντες κατὰ μὲν γῆν ἀξιόχρεῳ εἶναι*. Codd. B. C. *ἀξιόχρεω* dant, cett. libri et mss. autem *ἀξιόχρεως*, ad quod e Reiskii sententia adjiciendum fuerit *σφᾶς* vel *ἑαυτοὺς* vel *σφᾶς αὐτοὺς*, uti I, 53, 10.

et IV, 8, 8. Equidem potius putaverim, uti in σῶς, ita etiam in ἀξιόχρεως talem nominativi formam in usu fuisse. De σῶς v. Matth. Gr. gr. §. 124. Quo saepius enim in Polybio hujus adjectivi nominativum pluralem vocalis excipit et ita vocalium concursio oritur, quam alioquin Polybius diligenter evitat, eo verisimilius est, hunc scriptorem singularem istam usurpasse formam. Exempla alia vide paulo infra. Cap. XXXIX, 12. corrige δύο ἑαυτούς c. XLII, 1. pro τὰ ἐκείνης scr. τἀκείνης et 2. pro ᾗ ἐκείνη da ᾗ κείνη. 10. ἀνὰ ante ἑκάστην muta in ἀν'. At XLIII, 1. in verbis: συλλαλήσαντες αὐτοὶ ἑαυτοῖς, videtur αὐτοὶ delendum esse, aut ita explicandum, ut αὐτοὶ ἑαυτοῖς unam quasi faciant enunciationem, ut significetur: ipsi inter se, sive solum: inter se. Ib. 4. in verbis: τὸν υἱὸν τοῦ Ἀννίβου cum Flor. scr. τὸν υἱὸν τὸν Ἀνν. XLVI, 3. ne offende in καὶ εἴκοσι. L, 2. corrige δὲ ἐν, Flor. male verba: τὰς δὲ ἐν αὐτῷ τῷ στόματι omittit. Non offendes 3. in συγχρούουσαι. ὅμως, neque LII, 2. in καὶ ἀλογίστως. 6. δὲ Ἰούνιος corrige et cf. LIV, 3. δ' Ἰούνιος. Apostrophum etiam pone LIII, 4. in δὲ ἀποσπῶντος et 10. in δὲ ἔχον. LIV, 5. in δὲ ἄκραν. LV, 3. in οἵ τε ἐν, quo tamen loco omnes οἱ δὲ ἐν tuentur, quod Reisk. et Schweigh. in οἵ τε ἐν correxerunt, quia ipse seorsim declaret, quinam sint illi πάντες, quod modo dixisset, esse scil. οἵ τε ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ περὶ τὸ Λιλύβ. στρατ. Hoc ita dici, planius etiam intelligi concludit Schweigh. ex iis, quae sequuntur οἱ μὲν (scil. ἐν τῇ Ῥώμῃ) ἐχορήγουν: οἱ δὲ, scil. illi in castris. At cur hic discernantur Romani Romae versati et Romani circa Lilybaeum non intelligo. Nam hoc per se apparet, Romanos omnes calamitatem istam aegre tulisse. Multo aptius vulgo οἱ δὲ (modo δ' scribatur) legitur, ut sententia sit: Omnes et Carthaginenses et Romani in universum querebantur. Romani enim mari et Poena terra excedere erant coacti, quamquam Poeni de terra non prorsus desperabant. Sed si totum spectabant, omnes querebantur, illi tamen (Romani) et in urbe Romana et legiones ad Lilybaeum propter res male gestas non a consilio sus-

ruptus est, quatuor (I, 9. XXII, 4. XXV, 6. XLIII, 6.) ex usu Polybii aliter sunt scribendi et unus II, 10. hiatus causa est mutandus.

Lib. III, 1, 2. ad *ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ* Schweigh. haec adscripsit: „*κείνῃ* ed. 1. 2. Bav. Regg. A. B. C. *ἐκείνῃ* Aug. et inde or. ed. 2., e qua adscivit Casaub. Ex Vat. et Flor. nil adnotatum est: ut, nisi quid fugit h. l. diligentiam Spalletti et Gronovii, intelligatur, Vat. facere cum Bav., sed Flor. cum Aug.“ Tu scribe *κείνῃ*. II, 4. corrige *δὲ ἐπολέμησαν*. 6. *συνεβάλετο αὐτοῖς*. IV, 2. *ταῦτα ἔλεγεν*. 5. *δοκοῦντα εἶναι*. 7. *πότερα ἐπαινετὴν*. 12. *τὰ ὅλα*. Non offendes 8. in *μέρει. οὐ*. V, 1. in *καὶ Οὐακκαίους*. Sed 2. pro *ὑπὸ Ὀροφέρνους* Vat. Flor. Aug. Reg. A. et Perottus habent *ὑπὸ Ῥοφέρνους* levi aberratione pro *ὑπ' Ὀροφέρνους*, quod unum est verum. 4. articulus est delendus auctor. Flor. in *καὶ οἱ Ῥωμαῖοι*. 6. etiam sine articulo est scriptum *ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας*. Cap. VI, 1. pro *ὑποδεικνύναι* (alii *ὑποδεικνῦναι*) *ἡμῖν* aut *ἡμῖν ὑποδ.* est scribendum aut *ἡμῖν* delendum. Non offendes 2. in *ποταμοῦ. Ἐγὼ*, neque 3. in *δεῖ. εἰ*, neque VII, 3. in *Δημητριάδα. Ἐγὼ*. VIII, 1. in *πολέμου. ἐκεῖνον*. 10. in *τί ἂν* XI, 9. in *εἴη. Ὁ*, sed VI, 11. pro *ἢ ἐκεῖνος* scribe *ἢ κεῖνος*. VIII, 4. pro *ἀναχωρήσαντα* ante *ἐκ* ede *ἀναχωρήσαντ'* 11. corrige *ἑπτακαίδεκα ἔτη*. X, 2. *τε ἦν*, ubi edd. 1. 2. Reg. B. *γὰρ* inserunt. Tu scribe *τ' ἦν*. XI, 8. pro *νομίζοντα* ante *ἀληθινώτατον* Flor. et Vat. habent *νομίζοντες*, quod inde ortum esse videtur, quia antiquitus *νομίζοντ'* scriptum erat. XII, 1. corrige *ἅμα δὲ ἀληθινῶς*, ubi Suidas s. v. *Αἰτωλαθῶς* habet *ἅμα καὶ ἀληθῶς*. Amat tamen Polybius istam formulam *ἅμα δὲ*, v. Schweigh. ad h. l. Scribatur igitur hic *δ'*. XIV, 5. legitur *τὰ ὅλα*.

Cap. XV, 7. in verbis: *ἐνεκάλει Ῥωμαίοις, διότι μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις στασιαζόντων αὐτῶν, λαβόντες τὴν ἐπιτροπὴν εἰς τὸ διαλῦσαι, ἀδίκως ἐπανέλοιντό τινας τῶν προεστώτων* mihi verba illa *εἰς τὸ διαλῦσαι* sunt suspecta. Nam *ἐπιτροπὴ* hoc ipsum significat, v. XVIII, 22, 5. Alii (edd. 1. et 2. codd. Bav. Aug. Reg. A.) pro *τὴν ἐπιτροπὴν* praebent *τὴν ἐπιστολὴν* et inde additamentum

illud originem duxisse videtur. Non offendes 11. in πολίμου. Οἱ, sed XVII, 10. scribes χρήματ' pro χρήματὰ ante εἰς. XVIII, 3. ἐπὶ τῇ τῆς Διμάλου ὀχυρότητι ex sol. Aug. est inde ab Hervag. editum, ceteri codices omnes cum ed. 1. in Διμάλης pro Διμάλου consentiunt. Item VII, 9, 13. Διμάλλης (scribe rectius Διμάλης) ex δὴ μάλης est factum. Videtur igitur supra 1. pro Δίμαλον etiam genus femininum restituendum esse. Corrige XX, 8. δώδεκα ἐτῶν et 4. οὔτε ἀληθές, feres autem XXI, 3. πολέμῳ. ἐν, uti etiam XXII, 4. in foederis verbis a Polybio ex latina lingua in graecam versis hiatus non sunt improbandi. Quo diligentius enim (καθόσον ἦν δυνατὸν ἀκριβέστατα) in vertendo versatus est scriptor, eo minus vocalium concursione abstinuit. Leges igitur ibid. hos hiatus praeter Καλοῦ ἀκρωτηρίου, quod quia unum quodammodo est nomen, neque hic neque XXIII, 4. neque XXIV, 2. bis. male te habebit: ἀκρωτηρίου, ἐὰν μὴ ὑπὸ. 6. μὴ ἐξέστω αὐτῷ—πλοίου ἐπισκευὴν—ἱερά. (7) ἐν πέντε ἡμέραις δὲ ἀποτρεχέτωσαν—κήρυκι ἢ γραμματεῖ. (9.) ὅσα—πίστει ὀφειλέσθω τῷ ἀποδομένῳ· ὅσα ἂν ἢ ἐν Λιβύῃ, ἢ ἐν —πραθῇ. 10. Ἐὰν—παραγίγνηται, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσιν, ἴσα ἔστω. 11. — μὴ ἀδικείτωσαν—ὅσοι ἂν ὑπήκοοι. 12. ἐὰν — μὴ ὦσιν. 13. μὴ ἐνοικοδομείτωσαν — Λατίνῃ. ἐὰν — πολέμιοι εἰς — μὴ ἐννυκτερευέτωσαν. Eadem de causa etiam cap. XXIV, 3. et sqq. in alius foederis verbis non offendes, ubi haec leguntur: 3. καὶ Ἰτυκαίων — 4. Καλοῦ ἀκρωτηρίου—ληΐζεσθαι ἐπέκεινα—μηδὲ ἐμπορεύεσθαι. 5. μὴ οὖσαν. 6. μὴ ὑποτάττωνται — τι αὐτοῖς — ἐπιλάβηται ὁ—ἀφιέσθω. 7. ὡσαύτως. 8. Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσιν—ἡ ἀφόδια λάβῃ ὁ—μὴ ἀδικείτω—φιλία ἐστὶ. 9. ποιείτω. 10. εἰ—μὴ ἰδίᾳ μεταπορευέσθω· ἐὰν—τὸ ἀδίκημα. 11. Ἐν—κτιζέτω, εἰ μὴ ἕως τοῦ ἀφόδια—ἐπισκευάσαι. ἐὰν—κατενέγκῃ, ἐν—ἀποτρεχέτω. 12. Ἐν Σικελίᾳ, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσι, καὶ ἐν—πωλείτω, ὅσα—πολίτῃ ἔξεστιν. 13. καὶ ὁ—ποιείτω ἐν et XXV, 3. in alius foederis verbis: ἀμφότεροι, ἵνα ἐξῇ—χώρᾳ. 4. ὁπότεροι—καὶ εἰς — καὶ εἰς — δὲ ὀψώνια. 5. χρεία ᾖ. — ἀναγκαζέτω ἐκβαίνειν. Quo accedant verba juris jurandi. 8. τάγαθά· εἰ—ἐκπέ-

σομαι οὕτως. Sed ib. 6. corrige δὲ ὄρων et 7. τὰ ὄρατα. Facile autem feres τάδε· Εὐορκοῦντι uti XXIII, 4. πίστει. Ἐκ

Cap. XXVI, 4. verba Philini a Polybio afferuntur, in quibus hi sunt hiatus: διότι ὑπερέβαινον et ἐπεὶ ἐποιήσαντο. Quod 5. γραφῇ. Οὐ legitur, non offendit neque quod XXVII, 1. ταῦτα· Ἐκχωρεῖν aut XXIX, 1. καὶ ὑπὸ. Sed XXXI, 1. scribe τάχ' pro τάχα ante ἂν et 3. ad verba: εἰ δὲ μηδεὶς ἂν, μητὲ περὶ τῶν κατ' ἰδίαν, μητὲ περὶ τῶν κοινῶν, τολμήσαι τοῦτ' εἰπεῖν, ἄνθρωπος ὤν· διὰ τὸ κἂν κατὰ τὸ παρὸν εὐτυχῇ, τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι· οὐ μόνον καλὴν κ. τ. λ. verissime haec adscripsit Schweigh.: „Sic ex Reg. B. edidit Casaub. et sic ex ingenio corrigi jusserat Ursinus, deleta tamen particula ποτ' post ἐχόντων. Codex Vatic. cum cett. codd. et edd. 1. 2. in contextu habet μηδένα τῶν νοῦν ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων, sed pro priori νοῦν in marg. habet νῦν. Reiskio aliud quid includere visa est ista codicum scriptura, unde ita scripsisse Polybium suspicabatur: διὰ τὸ, κἂν τὸ παρὸν εὐτυχῇ, τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν νῦν παρόντων εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων. Sed μὴ δεῖν non satis quadrat cum εὐλόγως et superfluum omnino verbum δεῖν videtur, ac possumus etiam verbo παρόντων carere. Itaque fortasse, levissima mutatione, priori μηδένα in μὴ διὰ mutato, teneri poterat reliqua codicum scriptura, hoc modo: διὰ τὸ—τήν γε περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα μὴ διὰ τῶν νῦν ποτ' ἂν εὐλόγως βεβαιώσασθαι μηδένα τῶν νοῦν ἐχόντων. Et sane ad βεβαιώσασθαι τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα requiri videtur aliquid hujusmodi διὰ τῶν νῦν vel ἐκ aut ἀπὸ τῶν νῦν.“ Ib. 9. in verbis: πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλῶν καὶ in ed. 1. Regg. B. C. et Bav. abest, minus recte, uti mihi videtur. Retinenda est particula etiam 10. in καὶ ἰδίᾳ sed 12. pro πότερα scribe πότερ' ante εὔλογον et ib. δ' οὐ pro δὲ οὐ.

Cap. XXXIII, 9. verba: πρὸς δὲ τούτοις ὀρεῖται Ἴβηρες sic sunt ex Bav. edita consentientibus Regg. A. B. C. „Adoptare tamen,“ inquit Schweigh., „forsan debueram co-

dicum Vat. et Flor. scripturam Ὀρῆτες, quamquam nemo hos novit, nisi sint iidem qui Ὠρεταναὶ Straboni, Ptolemaeo, Plinio audiunt, quorum caput fuit Ὦρία. Et sunt Oretani vicini Olcadum, quos proxime memorat Polybius. Ὀρητανοὶ h. l. legendum suspicatus est Heynius, eosdem Oretanos intelligens. Sic vero mirum videri potest, cur adjiciat Ἴβηρες, quandoquidem nusquam alibi Oretani, praeter hos in Hispania, memorantur. An igitur Ὀρῆται vel Ὀρῖται aut Ὀρεῖται scripsit Polybius (sive per ω Ὠρῆται, Ὠρεῖται, Ὠρῖται) eosdem dicens, quos alii Oretanos et Ἴβηρες adjecit, ut moneret, non confundendos hos esse cum Ὠρείταις, Orei incolis, urbis Euboeae, quorum meminit Polybius XI, 6, 8., sive cum celebri Indico populo, cui Ὠρῖται sive Ὠρεῖται nomen.“ Ita Schweigh. At tum quoque offendo in verbo Ἴβηρες. Postquam enim §. 8. disertis verbis dixit: ἐκ δ' Ἰβηρίας εἰς Λιβύην διεβίβαζε στρατιώτας et deinde §. 9. ἦσαν οἱ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσῖται et qui sequ., quomodo poterat verbum Ἴβηρες ad singulare nomen repetere? Equidem igitur Ἴβηρες aut delendum aut post Λιβύην collocandum: pro ὀρεῖται autem Ὀρεῖτες scribendum esse censeo. Nam hoc nil ad rem, eos montanos fuisse populos. In numeris qui sequuntur τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι poterit hiatus defendi ea ipsa de causa, quia numeri sunt, qui hiatus causa non facile poterant mutari aut aliter collocari. Si §. 11. τὸ ἔθνος legitur, de eo idem, quod supra, est statuendum et 15. in πεντήκοντα Ἱλεργητῶν libri editi ex errore primi editoris Λοργιτῶν habent, cum veteres libri mss. Bav. Vat. Flor. dent Λεργητῶν, in Aug. et Reg. A. autem a prima manu desit nomen et quae sequuntur verba usque ad πεντήκοντα, quod est ante Λιγυστινοὺς v. 16. Livius autem XXI, 22. „et parva Ilergetum manus ex Hispania, ducenti equites,“ Perottus etiam Ilergetes habet, cujus tamen nulla hic auctoritas esse potest, quoniam totum locum ex Livio paene ad verbum descripsit. Nec vero dissimulandum est, mirum utique debere videri, qui fiat, ut medios inter Africae populos, e quibus equites relicti Asdrubali ab Hannibale

sunt, una gens Hispanica memoretur; praesertim cum consentaneum sit, Hispanos equites plures sane, quam ducentos vel trecentos sub Asdrubalis imperio fuisse relictos. Quare, verum ut fatear, re diligentius considerata, suspicari licebit, Livium, cum Λεργητῶν, aut aliud hujusmodi nomen, quo Libyae populus aliquis designabatur, apud Polybium hic legisset, similitudine nominis deceptum, perperam de satis noto alioquin Hispaniae populo cogitasse. Et Ilergetes quidem minime huc quadrant, qui trans Iberum (inter Iberum et Pyrenaeum) incolebant et posthac demum subacti ab Hannibale sunt, ut docet ipse Polybius III, 35, 2. et Livius XXI, 23. In graeco contextu igitur, donec certius aliquid proferatur, restitutum ipsum nomen Λεργητῶν velim, in quo scripti libri consentiunt; quamquam populum hujus nominis in Africa nulli alii scriptori memoratum novi. Sic recte Schweighaeuserus. Ibid. 16. feres καὶ ἕνα. Οὐ et 18. ταύτῃ. Ἀννίβας.

Cap. XXXVI, 4. in verbis γίγνεται ἡ διήγησις offendo in ἡ διήγησις. Nam nomina, inquit Polybius, nude posita eandem vim habent cum vocibus nihil significantibus. Hoc cur ita sit explicans pergit: quia tum mens nihil habeat, cui innitatur, neque rei sibi notae id quod dicitur aptare possit, fieri hanc nominum usurpationem confusam i. e. talem, quam nescias quo referas et obscuram. Rectius igitur ἡ διήγησις delebis et ἡ ὀνομάτων ἐξήγησις supplebis. Inde enim quod narratio (sic διήγησιν explicant) obscura et vaga fit, non sequitur, nominum commemorationem esse vocibus aures tantum pulsantibus similem. Sed si haec commemoratio vaga et obscura fuerit, nomina allata ejusmodi vocibus erunt similia. Hoc autem si delere nolis, certe διήγησιν eadem vi qua ἐξήγησιν dictum esse statuas articulumque deleas, ut sententia sit: vaga et obscura commemoratio (i. e. nominum) fit. Ib. 7. καὶ ἀορἀτων feres. XXXVII, 2. scribe tamen δ' pro δὲ ante ἕτερον et XXXIX, 3. in verbis: τῆς παραλίου ὑπὲρ ex usu Polybii (vide Lexic. Polyb. s. h. v.) erit παραλίας edendum. Ib. 10. ad δὲ αἱ haec adscripsit Schweigh.:

„Articulum αἱ ex conjectura recte adposuit Casaubonus. Nempe cum δ' αἱ dare debuissent librarii, id in δὲ corruperunt.“ Edendum igitur δ' αἱ. XLIV, 7. pro μέτα scribe μετ' ante ἀσφαλείας. Ib. 10. pro τῇ ἐκείνου τῇ κείνου. XLV, 6. δ' ἡ pro δὲ ἡ. XLVI, 3. 7. et 12. in τὸ ὅλον, τὸ ὑγρὸν et τὸ ὕδωρ Polybium crasi esse usum verisimile est. 8. apostrophum pone in δὲ ἐπὶ. Ne tamen offende XLVII, 6. in ἀναγκάζονται. ἅμα neve 9. in μὴ οἷον, sed XLVIII, 6. ad verba: ἐν τοῖς πρὸ τούτου ἐδηλώσαμεν bene Schweigh. haec adjecit: „Sic editum ex Bav. Quod tenuisse me poenitet. Rectius et ex more Polyb. ἐν τοῖς πρὸ τούτων Flor. Aug. Reg. A. Fortasse etiam Vat.“ Cap. XLIX, 6. in verbis: τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς, τῇ δὲ ὁ Ἰσάρας προσαγορευόμενος codd. Vat. Flor. Aug. Reg. A. τῇ δὲ Σκάρας, Bav. et ex eo ed. 1. 2. et B. C. τῇ δὲ Σκώρας habent, unde Casaubonus δὲ ὁ Ἄραρος, Scaliger autem Gronovius, Cluverius et Mandajors τῇ δὲ ὁ Ἰσάρας fecerunt. Sed jure Ukert in Geogr. Graec. et Rom. II, 2, p. 588. nomen ὁ Σκάρας non mutandum esse censuit, quippe cum lateat quale flumen Polybius sibi cogitaverit. Scribe autem δ', uti 8. δύ pro δύο ante ἀδελφούς. Ib. 9. in verbis: ἐπισπωμένου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ παρακαλοῦντος εἰς τὸ συμπράξαι καὶ συμπεριποιῆσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν αὐτῷ, ὑπήκουσε Reiskius et Schweigh. αὐτῶν delendum esse censuerunt. Hoc enim non bene dici posse videtur, majorem fratrum, qui de regno contenderent, Hannibalem rogasse, ut regnum ipsorum (erat sine dubio ex ejus sententia solum regnum ipsius) ipsi i. e. majori et auxilium petenti assereret. Equidem tamen objectum ad verba ἐπισπωμένου et παρακαλοῦντος desiderans conjicio Polybium neque αὐτῶν neque αὐτῷ, sed αὐτὸν i. e. Hannibalem scripsisse, quod facile et in αὐτῶν et in αὐτῷ permutari poterat. Ib. 13. nemo offendet in ὑπερβολῇ. Ἀννίβας.

Cap. L, 4. corrige δὲ αὐτοὺς, ubi alii δὲ αὐτοὺς praebent, tu scribe δ' ἑαυτοὺς, LI, 12. feres καὶ ὑποζυγίων. LII, 7. autem in τὰ ὄμηρα scriptor aut crasi est usus aut articulum non addidit. Ib. 8. ex Flor. et Reg. A. recipe δύ ἡμέραις

cum Schweigh. fecerim coniiciente: ἐντεῦθεν δὲ ἡ ἀπὸ τῆς Λατίνων χώρας. 10. apostrophum pone in δὲ ἐξ.

Cap. XCII, 3. pro καὶ οὕτω δὲ codd. Vat. Flor. Urb. Aug. Reg. A. exhibent τοιούτῳ δὲ. Schweigh. dicit: acciperem τοσούτῳ δὲ, si libri darent. At τοιούτῳ et τοσούτῳ tam saepe inter se permutantur, ut non dubitem, quin pro καὶ οὕτω legendum sit τοσούτῳ δὲ. Ib. 8. corrige δὲ, ἐπειδὴ. Excusari poterit 9. ποιήσασθαι· ἵνα. XCIV, 9. καὶ ἀναγκασθείς. XCVI, 7. κατόρθωμα. Οἱ. 9. Σάρδονα (Flor. Σαρδῶ), ἐκεῖθεν, sed XCVII, 5. pro τοῦ αὐτομάτου scribe ταὐτομάτου. CI, 5. κατελάβετο. οὓς poteris ferre. 7. pro δὲ scribes δ'. CIII, 7. pro πάντα πάντ'. CV, 9. τότ' pro τότε. CVII, 5. ἐδυσχρηστοῦντ' pro ἐδυσχρηστοῦντο. Sed ib. 6. et 7. verba uti nunc leguntur, non bene habent: πέμποντες οὖν εἰς τὴν Ῥώμην συνεχῶς, ἐπυνθάνοντο, τί δεῖ ποιεῖν· ὡς ἐὰν ἐγγίσωσι τοῖς πολεμίοις, οὐ δυνησόμενοι φυγομαχεῖν, τῆς μὲν χώρας καταφθειρομένης, τῶν δὲ συμμάχων πάντων μετεώρων ὄντων ταῖς διανοίαις. Οἱ δὲ ἐβουλεύσαντο μάχεσθαι καὶ συμβάλλειν τοῖς πολεμίοις. τοῖς μὲν οὖν περὶ τὸν Γναῖον, ἐπισχεῖν ἔτι διεσάφησαν· αὐτοὶ δὲ τοὺς ὑπάτους ἐξαπέστελλον. Nam si praecedit: illi sciscitabantur, quid opus esset facto, utrum pugnarent annon, et si verba sequuntur: hi autem censuerunt, pugnandum esse, quis exspectabit sequi, eos pugna adhuc abstinendum esse voluisse. Huc accedit quod verba οἱ δὲ ante ἐβουλεύσαντο ab omnibus absunt libris mss. solusque Reg. B. in margine habet, ἴσως: οἱ δὲ, unde adscivit Casaubonus. At mihi omnia bene habere videntur, si verbis οἱ δὲ deletis id quod codices habent, retinetur. Per ὡς enim quacum particula tum ἐβουλεύσαντο conjungendum est, explicatur illud τί δεῖ ποιεῖν et sententia est: sciscitabantur Romae quid opus esset facto, quomodo (ὡς pro ὅπως raro quidem et posteriorum scriptorum usu, v. Kühner Gramm. graec. T. II. p. 837, n. 3.) censerent, pugnandum esse. Bene deinde pergitur: illis quidem pugna adhuc abstinendum esse significabatur. Ib. 15. pro τότε δὲ οὕτως vulgo omnes τότε μὲν οὕτως habent, in uno Flor. superscriptam est δὲ. Schweigh.

dicit: alias mallem τότε μὲν οὖν. Infra sane similiter oratione simili finita pergitur Τότε μὲν οὖν. Equidem censuerim hic a Polybio τότε μήν, quod fere semper cum μὲν permutatur, scriptum fuisse. CVIII, 1. τὰ ὅλα legitur. CIX, 9. ὦ ἄνδρες. CX, 4. Λευκίου. Ὁ et ib. 9. corrige δὲ εἰς.

Cap. CXII, 5. in verbis: Βαρύτατος γὰρ δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ τοῦ μέλλειν γίγνεται χρόνος. ὅταν δ' ἅπαξ κριθῇ, ὅτι ἂν ᾖ πάσχειν πάντων τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν ὑπομενετέον. jure offendit Casaubonus. Hoc enim bene quidem loco convenit, quod hic Polybius docet: nullum mortalibus tempus esse molestius, quam ubi mora jubeatur. Sed quid haec: ὅταν κριθῇ, postquam res semel in discrimen venit, sustinendum est, quidquid eorum quae dura videantur, evenerit? Num censes Polybium hoc voluisse, moram quoque sustinendam esse, postquam alea jacta sit? Quam sententiam tamen loco non satis convenire facile concedas. Hoc autem si non voluit, debebat ὑπομενετέον εἶναι ἡγοῦνται aut tale quid dicere. Non male igitur Casaubonus γ' pro δ' dedit haec cum prioribus connectens. At debebat etiam κριθῇ delere, quo deleto et γ' pro δ' posito omnia bene habent. Nihil, inquit scriptor, mora hominibus est molestius, postquam quidem, quidquid terribile esse videatur, est sustinendum. Nostrum: dem Menschen ist jeder Aufenthalt höchst zuwider, wann nämlich einmal das Schreckliche zu bestehen ist. Pugna gravis enim erat subeunda, quam quod non statim incipere poterant, moleste ferebant. ᾖ autem posse omitti, inprimis ubi ad adjectiva verbalia addendum sit, disces ex Kühner. Gramm. gr. 417. n. Videtur tamen inde κριθῇ ortum esse. Quae si tibi paulo audaciora videntur, certe cum Casaubono γ' pro δ' scribes et εἶναι ad ὑπομενετέον supplebis. Quo facto hiatum ante ὅτι pausa excusabis. Mihi tamen et hoc quia verba arctius cohaerent minus probabile et εἶναι minus bene suppleri posse videtur. 6. scribe ἀν' pro ἀνὰ, sed 9. non improbabis καὶ ἀνθρώπους neque CXIII, 4. ἀποστάσει. ἦσαν. 7. corrige δὲ ἐπ'. CXIV, 4. δὲ Ἰβήρων. 6. δὲ εὐώνυμον. CXV, 4. δὲ ἐκράτησαν. CXVII, 2. ἐγέ-

ντο ἐξ. CXVIII, 1. τὰ ὅλα. 6. in verbis: τὸν εἰς τὴν Γαλατίαν στρατηγὸν ἀποσταλέντα, εἰς κ. τ. λ. Polybium ἀποσταλέντ' commate deleto scripsisse conjicio.

Perspicies inde locis iis omissis, in quibus hiatus aut pausa excusari possit (quo tamen an c. XV, 7. XXXIII, 3. XLIX, 9. CXII, 5. referendi sint, dubito), aut in quibus quippe in numerando minus sit evitatus (XXXIII, 9.), aut quia verba foederis ex latino sermone versi aut omnino alius sint (XXII, 4—13. XXIV, 3—13. XXV, 3—7. XXVI, 4.), in toto libro tredecim graviores hiatus reperiri, ex quibus sex (I, 2. XVIII, 3. XXXIII, 9. XLVIII, 6. LV, 5. XCI, 7.) codicum auctoritate, quinque ex usu Polybii aut aliis de causis (VI, 11. XXXVI, 4. XXXIX, 3. XLIV, 10. LXXXIV, 13.) et duo (VI, 1. LXXXI, 10.) hiatus causa corrigendi sint.

Lib. IV, I, 3. καὶ ἀπὸ poterit legi, non ita II, 4. δὲ ἀπὸ neque 7. τοῦ ἀδελφοῦ, neque IV, 2. ἀνεκαλοῦντο αὐτόν. Ferendum tamen est III, 1. πολέμια. οὐ et IV, 5. μὴ οἷον et μὴ οἷος. Ib. 7. in verbis: Ὁμιλοῦντος οὖν αὐτοῦ ἀνατατικῶς τότε καὶ μαλὰ ὑπερηφάνως pro τότε, quod ed. 2. et sqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. habet, in ed. 1. et Bav. est τε probante Schweighaeusero. At τότε desideraverim, quia scriptor ad narrationem interruptam redit orationemque ipsam jam attulit. Conjicio igitur Polybium scripsisse: Ὁμιλοῦντος οὖν αὐτοῦ τότ' ἀνατατικῶς (ita recte ex Vat. et Flor. pro cett. ἀναστατικῶς) τε καὶ μάλ' ὑπερηφάνως. Cap. V, 7. emenda δὲ ἀγάγωσι, 9. ὥστε οὔτε, VI, 1. τε εἰς. 2. non offendes in καταλαβέσθαι. ἅμα, sed 7. scribe δ' pro δὲ ante ἔμελλε, neque minus VII, 6. τότ' pro τότε VIII, 5. δ' pro δὲ ante ἐν 7. ante ἐναντίως. IX, 10. et X, 1. corrige δύο ἡμέρας, uti 2. δὲ ἔχων XI, 7. γε, εἰ. XII, 7. pro δὲ ἐμπίπτοντες ex Urb. Ursin. Vat. Flor. recipe δὲ συμπίπτοντες, ut infra 12. omnes habent. Describitur enim concursus quidam et inde orta confusio. C. XIV, 6. non improbabis καὶ ἀσκόπως, corriges tamen ib. οὐδὲ οἰκειότερον. XVII,

8. ἀμφοτέρου εὐνοήσειν error est operarum in exemplo Tauchnitziano pro ἀμφοτέρους εὐν. XVIII, 8. in verbis: διάφορον ἢ κατασκεύασμα ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων verbum διάφορον non bene ad ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων referri potest. Conjicio igitur Polybium scripsisse ἢ κατασκεύασμα διάφορον ἢ. Ib. 12. pro παραχρῆμα ante ἀναζεύξαντες scribe παραχρῆμ'. XIX, 7. facile feres διαβάσει. O. 13. δικαιότατα. Ἐπειδή. XX, 4. καὶ ἀναγκαῖον. XXI, 11. ἕνεκα ἵν'; sed XIX, 8. in προσδεξαμένου ἐκείνου est κείνου scribendum, uti XX, 4. γ' pro γε ante ἀληθῶς et XXI, 8. ποτ' pro ποτὲ ante Ἀρκαδικάς. XXII, 4. δ' pro δὲ ante οὐχ. XXIV, 2. γ' pro γε ante ἀκούοντας. XXVII, 5. ἐπ' pro ἐπὶ ante Ἀνταλκίδου. XXVIII, 5. δ' pro δὲ ante ἢ et XXX, 6. δ' pro δὲ ante ἐκ. Neque minus XXII, 2. in verbis: ὑστερήσας δὲ τοῦ καίρου (in Tauchnitz. exemplo vitiose κοίρου legitur), ἀπέστειλε, ex usu Polybii, secundum quem pluralem hujus verbi amat et quem supra jam attigi, scribendum erit τῶν καίρων. XXV, 8. bis et XXXV, 3. nota τὸ ἱερὸν, quod Polybio θοιερὸν sonasse videtur.

Cap. XXXI, 2. nunc ita est editum: περὶ δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης κατίσχυσαν οὐδαμῶς εὐδοκούντων τῶν πολλῶν, οἱ ἐφορεύοντες, Οἶνις καὶ Νίκιππος καί τινες ἕτεροι τῶν ὀλιγαρχικῶν· ἀγνοοῦντες καὶ πολὺ παραπαίοντες τοῦ δέοντος κ. τ. λ. Ad haec verba Schweigh. haec adscripsit: „Αἰτωλῶν ἐφορεύοντες ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. absque articulo. Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες Vat. Flor. Urs. Alienum vero prorsus ab hoc loco nomen Αἰτωλῶν esse perspecte monuit demonstravitque Palmerius. Nec enim credi ulla ratione potest, Aetolorum magistratus concioni interfuisse civitatis Messeniorum, aut tantum auctoritate, hostes cum essent, apud Messenios valuisse. Nec convenit, quod sequitur, ephoros illos a recta consilii via aberrasse: nam si Aetoli hi fuissent, optime et e reipublicae Aetolorum utilitate fecissent, quod Messenios ab hostium societate abstraxissent. Denique manifeste, qui ἐφορεύοντες h. l. dicuntur, iidem sunt, qui οἱ τῶν Μεσσηνίων προεστῶτες c. 32, 1. Aetolorum porro

magistratus non Ephoros, sed Apocletos dici solitos esse ex ipso etiam Polybio notum est: Messeniorum magistratum Ephoros fuisse adpellatos docet Noster IV, 4, 3. Itaque in *Μεσσηνίων* mutandum *Αἰτωλῶν* contendit Palmerius; plane extrusum illud nomen voluerunt Gronovius et Reiskius. Sed probabilius videtur ex alio nomine vel ex alio quocunque verbo, aut plusculis etiam verbis, quorum vel vicinus quodammodo sonus, vel vicina scriptura erat, fuisse detortum illud nomen. Forsan scripserat *οἱ τότε* vel *οἱ τότε αὐτῶν ἐφορεύοντες*, conf. IV, 4. 3. vel *οἱ τῆς πόλεως ἐφορεύοντες*." At miror, quod viri docti non viderunt, desiderari ejusmodi sententiam, qua significetur eos Aetolorum meta haec suasisse. Ea ipsa in re enim eos errasse dicit Polybius, et pergit §. 3. *Ἐγὼ γὰρ φοβερὸν μὲν εἶναι φημὶ τὸ πολεμεῖν, οὐ μὴν οὕτω γε φοβερόν, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ μὴ προσδέξασθαι πόλεμον.* Quae verba loco non satis conveniunt, nisi tale quid praecedit, quod supra significavi. Conjicio igitur Polybium scripsisse *Αἰτωλῶν οἱ φροντίζοντες*. Videtur autem inde, quod alii in margine *οἱ ἐφορεύοντες* ad explicanda nomina adscripserant, cum hoc ipso verbo permutatum esse.

Cap. XXXII, 4. legis sine offensione *καὶ ἀκαταλλάκτως* et XXXIV, 2. *καὶ εἰς*. Cum tamen hic Vat. Flor. Urb. *εἰς* omittant et verba poëtae sint, uti recte animadvertit Schweigh., ne dubita quin *εἰς* deleas. Ib. 4. pro *μάλα* scribe *μάλ'*. Non offendes XXXV, 7. in *αἰθύγματα. οἵ γε*, neque 13. in *καὶ* ante *Ἱππομέδοντος*. *οἵ καὶ ἑτέρων*, apostrophum tamen pones 10. in *δὲ Ἀγησιπόλιδος*. Uti in eo, quod 13. *ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου*, legitur, jure offendes. Plutarchus enim in Agid. c. VI. tradit, Agesilaum fratrem Agesistratae, uxoris Eudamidae, non filium Eudamidae fuisse. Facillime autem ex superioribus *ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου* nomen *τοῦ Εὐδαμίδου* hic temere poterat repeti, quod tu delebis. Non improbabis XXXVI 9. *πολέμῳ. Ἀράτῳ*; sed XXXIX, 7 et 9. erasin adhibebis in *τὸ ἰγρὸν*. XL, 8. corriges *πέντε ὀργυιαῖς* et 9. *παρὰ οἱ παλαιοὶ*, ubi ex usu Polybii (v. Lex. Polyb.) *πα-*

θάπερ erit scribendum, uti XLI, 2. non λανθάνουσι ἐκοκέλλοντες, sed λανθάνουσιν edendum et XLIII, 4. δ' pro δὲ ante εἰς scribendum est. XLIV, 2. autem in verbis: ἀλλ' ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα καταπλεῦσαι οὐ ῥᾴδιον· πρὸς τὴν δὲ, κἂν μὴ βούλῃ, φέρει κατ' ἀνάγκην ὁ ῥοῦς, in Vat. et Urs. οὐ abest et pro τὴν δὲ in omnibus libris praeter Reg. B. legitur ἣν δὲ, utrumque recte, modo δὴ pro δὲ scribatur. Nam nunc de solo Byzantio sermo est, cum de altera urbe Chalcedone scriptor a §. 7. loqui incipiat. Demonstraturus autem est situm utriusque urbis eadem praebere videri commoda, aditum tamen Byzantii faciliorem esse. Ad eam enim urbem, inquit, volentem appellere facile est, ad quam sane etiam nolentem cursus aquae te referet. Unde simul apparet, minime post ῥᾴδιον plenius interpungendum esse. Ibid. 3. τούτου· ἐκ Καλχηδόνος γὰρ ne muta. Ad ea autem quae 4. leguntur: καὶ τῷ ἔμπροσθεν ἀφιᾶσι κατὰ ῥοῦν Schweigh. haec adscripsit: „Editi cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. sic habent: καὶ τῷ ἔμπροσθεν ἀφίασι κατάῤῥῳ, quod Reiskius ait idem esse, ac si dixisset: ἀφιᾶσιν ἑαυτοὺς εἰς τὸν φερόμενον ἐς τὸ πρόσθεν κατάῤῥουν, demittunt se in cursum secundum undarum. Non prorsus quidem incommode, sed et impediti aliquid habere videtur ista scriptura et contra usum esse vocabuli κατάῤῥους et omnino correctionem sapere. Codices Urs. Vat. Flor. sic: τῶν ἔμπροσθεν ἀφίασι κατὰ ῥοῦν, absque conjunctione: quae cum necessarie desideraretur, quumque simul ex mendosa haud dubie scriptura sit τῶν, lenissima, puto, medela fuerit, si τωδ pro των restituendum statuerimus. Sic τῷ δ' ἔμπροσθεν idem fuerit ac ἐν δὲ τῷ ἔμπροσθεν, porro vero, in ea itineris parte, quae conficienda superest. Cogitaveram etiam τὸ δ' ἔμπροσθεν, sed acquiescere in τῷ possumus. ἔμπροσθεν est porro, in anteriorem vel ulteriorem partem. Sic εἰς τοὔμπροσθεν προβαίνειν, porro progredi. III, 79, 6. 82, 9. 64, 1. Ad ἀφιᾶσι non tam ἑαυτοὺς quam τὰς ναῦς fuerit intelligendum, quamquam parum interest. κατὰ ῥοῦν secundo flumine, secundum vim fluminis III, 66, 8. et alias. Habet hanc scriptu-

ram l. l. et Reg. B. in ora. At equidem unum verum id habeo, quod Vat. Flor. et Urs. praebent, modo ἀφεῖσαν scribatur. Sententia loci tum erit: has (τῶν) i. e. Bovem et Chrysopolim porro (ἔμπροσθεν) praetermittunt secundum flumen, uti nos dicimus: die lassen sie im Verlaufe dem Strom entlang liegen. Ἀφιέναι enim cum genitivo est: praetermittere, omittere aliquid. Καὶ autem non desidero, quia per ἔμπροσθεν oratio ejusque narratio continuatur. Ib. 11. corrige ταῦτα ἐστί.

Cap. XLV, 2. corrige τε εἰσί. XLVII, 4. ne turba καὶ Ὀλυμπιόδωρον, sed XLVIII, 3. emendabis δὲ Ἀχαιὸς et 8. τε Ἀπατουρίου. L, 8. τε Ἀχαιὸν. Non offendes 9. in Προυσίᾳ. Οἱ, sed LI, 1. pro τὸν πατέρα τοῦ Ἀχαιοῦ ex Flor. recipe τὸν πατέρα τὸν Ἀχαιοῦ, uti 2. δὲ ἀληθινῶς corriges et 7. καὶ ἕτερον feres. LII, 7. in verbis: τὰ βέλη τὰ καταληφθέντα ἐν τοῖς ἐρύμασιν in omnibus codd. ἐν abest, et Flor. cum Reg. B. καταλειφθέντα habet, utrumque recte. Intelliguntur enim hic tela, quae Prusias ex castellis arripuerat, quaeque praesidiis et castellis relicta erant, postquam milites abierunt: die den festen Plätzen (zur Vertheidigung von den Byzantiern) zurückgelassenen Waffen. Ib. 7. legitur ἐκ τοῦ Ἱεροῦ χωρίου, ubi fortasse hiatus in articulo ferendus est, utpote in verbis foederis. Certe ib. in χωρίου. Ὁ aut 8. in πεῖσθαι. ἐπαναγκάσαι non offendes neque 9. in καὶ, ὅσα neque LIII, 2. in καὶ ἐχόντων, sed 9. muta δὲ ἀπέκτειναν. LIV, 5. δὲ αὐτοὺς. LV, 3. ἐποιήσαντο ἐπίδοσιν, ubi Flor. ποιησαντες habet, tu scribe ἐποιήσαντ'. LVI, 2. ne dubita quin pro Σινωπεῦσι ante οἱ scribas Σινωπεῦσιν et ib. 5. δ' pro δὲ ante ἐπὶ. LVIII, 8. facile feres συμπεπτηθῆναι. Ὁ. Ib. 9. nunc quidem haec leguntur: ὁ δὲ Ἀρχίδαμος ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας ὠθισμῷ καὶ πνιγμῷ διεφθάρη, sed vulgo omnes Δορίμαχος vel Δωρίμαχος, quod h. l. praebent Aug. et Reg. A. cum Vat. Id ferri non posse bene demonstravit Schweigh. Ortum esse videtur ex δ' Ἀρχίδαμος, quod tu scribe. Ib. 11. τὰ ὅπλα et πάνυ αἰσχρῶς legitur. Hoc tamen ex sola Reiskii conjectura est editum. Vulgo πάντ' αἰσχρῶς ex Bav. cum

Aug. et Reg. A. πᾶν αἰσχρῶς. Vat. et Flor. praebent „ut," inquit Schweigh. „suspicari possis παναισχρῶς" idque legendum esse censeo. Cap. LX, 6. τὸ ἔθνος legitur et 8. in verbis: τότ' ἤδη βοηθεῖν ἀναγκάζεται αὐτῷ κατὰ δύναμιν Polybius κατὰ δύναμιν αὐτῷ scripsisse videtur. LXI, 3. in verbis: ἐπετεθείκει ἂν particula ἂν ex Bav., qui tamen male ἐπιτεθήκοι ἂν habet, est adjecta. Ἐπετεθείκει tuentur Vat. Flor. Reg. A. et Aug. a prim. man., sed in hoc mutatum in ἐπιτεθήκει. Quod autem hic Schweigh. dicit, posse particulam citra errorem abesse, non dixerim. Quae enim hic vir ad Lib. I, 1. attulit, alius sunt generis uno excepto loco L. XXXI, 7, 13. ubi tamen non dubito, quin pro τάχα ἴσως scribendum sit τάχ' ἂν ἴσως. Hiatum sequ. ἂν posse defendi saepius significavi. Ferendum etiam est 6. πόλει. Ὁ. Corrigendum tamen LXIII, 8. δύο ἡμέρας idemque LXX, 2. ubi Reg. A. rectius δύ' ἡμέραις habet, quod etiam III, 52, 8. legitur. LXIV, 10. in verbis: συνεγγίζοντος δ' αὐτοῦ, καταπλαγέντες οἱ φυλάττοντες ἐξέλιπον τὸν τόπον· ὁ δὲ βασιλεὺς κυριεύσας τοῦ τόπου, εἰς ἔδαφος καθεῖλε repetitum verbum τοῦ τόπου offendit. Videtur additum esse ut κυριεύσας objectum habeat, quod tamen facile ex iis quae praecedunt potest suppleri. LXV, 11. scribe τ' pro τε ante ἄκραν. LXVII, 9. δ' pro δὲ ante οἰκονομήσας et LXIX, 7. δ' pro δὲ ante ὑπὸ. Ib. 1. in verbis: περὶ δέκα στάδια, ἅμα Polybium σταδίους scripsisse arbitror, uti crasi usus esse videtur 6. et LXXI, 11. in τὰ ὅπλα atque LXXIII, 2. in τὸ ἔθνος. LXX, 4. in verbis: πολιτεύεσθαι αὐτὴν dele αὐτὴν et 8. in καὶ ὑπὸ πολλῶν vulgo ὑπὸ, quo facile caremus, abest. Adjiciendum esse suasit Ursinus habuitque Flor.

LXXV, 5. non offendes in καὶ ἀπαρασκεύως neque LXXVIII, 3. in διαφέρονται οὗ neque LXXXI, 5. in πεπονθέναι. Ὁ et καὶ ὑπὲρ neque LXXXII, 3. in τρόπῳ. Ἐξετάζων neque denique LXXXIV, 5. in διατηρήσει. Οἱ. Sed c. LXXVI, 1. pro Ἀπελλῆς δὲ, ὃς Aug. et Reg. A. bene praebent Ἀπελλῆς μὲν, ὃς. Respondent enim huic μὲν in sequ. Οὐ μὴν, ἀλλὰ, ut sententia sit: Apelles qui-

dem Achaeos male haberi voluit, sed non Philippus, quem Aratus adiit. LXXXI, 2. corrige δὲ, εἰ. LXXXIII, 1. ταῦτα ἀναζεύξας et LXXXIV, 7. δὲ Ἀπελλῆς. Cap. LXXXI, 11. τὰ ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο non interpretarer: omnes ruris copias convehunt, sed potius: omnes agri opes devehunt. Hiatus autem crasi tolli potest. Ib. 14. in verbis: Τὰ μὲν οὖν πάλαι καὶ τὰ πλείω περὶ Λακεδαιμονίων εἰς ἑκάτερον μέρος ὑπὸ πολλῶν εἴρηται· τάδ' ἐναργέστατα ἐστὶν, ἀφ' οὗ Κλεομένης ὁλοσχερῶς κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα· ἃ νῦν δὴ ὑφ' ἡμῶν ῥηθήσεται κατὰ τοὺς ἁρμάζοντας ἀεὶ καιρούς, causam non video, cur viri docti a codicibus recesserint, qui locum ita exhibent except. Urs. et Reg. C. εἴρηται τάδε. ἐναργέστατα δ' ἐστὶν. Ita quidem Vat. Flor. Aug. Reg. A. B., Bav. autem ἐναργέστερα δ' ἐστὶν habet. Deinde libri omnes νῦν δ' ὑφ' ἡμῶν tuentur idque aperte rectius legetur. Sententia enim est: maxime insignia quidem illa sunt, sed nos ex ordine temporum res enarrabimus. Quod ad τάδε attinet, poterit hoc quoque ferri, si verba ita explicas: quod ad res antiquitus gestas et pleraque facta eorum attinet, in utrumque partem multi edisseruerunt haec. In hiatu πολίτευμα· ἃ nemo offendet. LXXXIII, 4. in verbis: ἔχει οὐ πλείω τριῶν ἡμισταδίων videtur ἔχει aliam sedem habuisse, fortasse post ἡμισταδίων. LXXXV, 2. in ὁ Ἀπελλῆς Polybius fortasse uti infra 6. articulum omisit.

Hoc igitur in libro ex XVI hiatibus sex ex codicibus poteris et debebis tollere (XXXI, 2. XLIV, 2. 4. LI, 1. LVIII, 11. LXXXI, 14.), quinque ex usu Polybii aliisque de causis (XIX, 8. XXXV, 13. XL, 9. XLIV, 10. LXXXV, 2.) et quinque hiatus gratia (IV, 7. XXII, 2. LX, 8. LXX, 4. LXXXIII, 4.).

Lib. V, II, 1. facile feres πολέμῳ. οὕτω, neque minus VIII, 7. τόποι Ἐκείνην. IX, 1. καὶ ἴσως. X, 9. μὴ οὕτω et XI, 5. καὶ ἀφανισμῷ. Sed V, 2. corriges τε Ἀκαρνάνων, neque dubitabis quin 4. pro διὸ οἱ cum edd. ex Bav. δι' ὧν id est Ἐτησίων scribendum sit, Aug. et Reg. A. habent δι' ὃν, Flor. διὸ. Ib. 10. verba: συναισθανόμενος δὲ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὸν Παλοῦντα διαβουλίου

αὐτῶν τὴν κακοπραγμοσύνην corrupta esse jam vidit, qui in marg. cod. Voss. scripsit: περὶ τὸν Παλοῦντα, ἴσως περὶ τὸν Ἀπελλήν. Παλοῦντα enim propter ipsam formam offendit, quia V, 3, 4. ἡ τῶν Παλαιέων πόλις legitur, magis tamen etiam; quia de alia consultatione sermo esse non potest, unde Schweigh. explicat: ex hac ipsa consultatione ad Paluntem habita, et quia modo praecessit: ἐκ τῆς περὶ τὴν πολιορκίαν ἐθελοκακήσεως. Nam haec oppugnatio est ejusdem urbis, cujus nomen, si erat addendum, potius in hac, utpote in priore sententia, addendum erat. Equidem igitur conjecerim pro Παλοῦντα Polybium scripsisse λαλοῦντα, ut sententia sit: tum ex affectata ignavia in oppugnatione, ergo in male pugnando, tum ex oratione ejus in consultando, ergo in loquendo, sensit prava hominis consilia. Quod si probas, αὐτῶν mecum delebis, quod saepe a librariis esse additum non est quod multis doceam. Sed καὶ ante ἐκ non improbabis. Cap. VII, 1. in verbis: τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς ἀδυνατήσοντας τοῖς παροῦσι Vat. Aug. et Reg. A. pr. man. particula δὲ carent, sine dubio quia antiquitus δ' recte fuit scriptum. Quod autem Casaubono hic ἀμῦναι, Reiskio ἐπικουρεῖν vel ἐπαμύνειν vel ἐπιβοηθεῖν deesse videtur, in eo non consentio, ἀδυνατεῖν enim hic ea vi est dictum, ut sit: impares esse. 2. corrige δὲ, ᾗ. 7. δὲ, ἐκ. VIII, 6. πώποτε εἰς. 7. τὸ ἱερὸν. IX, 9. τε ὤν. X, 7. τὰ ἱερὰ. 10. δὲ, ἵνα. XIII, 6. et XIV, 10. δὲ οὐ. XI, 8. nunc ex Aug. editum est ὅτι ὁ Φίλιππος, cum edd. ex Bav. dent ὅθ' ὁ Φίλ. „Eodem modo," scribit Schweigh., „est in Vat. sed superscripta litera τ super ὅθ'. Unde intelligitur, qui factum sit, ut ὅθεν τε ὁ Φίλιππος habeat Urb. In Reg. A. miri sunt ductus scripturae super ὅθ', puto, quoniam librarius non intellexerat vim scripturae, quam in exemplari invenit, quae eadem fuisse videtur atque in Vat. In Flor. (ni fallunt indicia) est ὅτι Φίλιππος absque articulo." Equidem ὅθ' ὁ verum esse duco, quo de usu v. Matth. Gr. gr. 624. XIV, 11. correxit Schweigh. monente Reiskio πρὸς τοῦ Ἀπελλοῦ, cum veteres mssti omnes darent πρὸς τοῦ Ἀπελλῆ, quod edito-

res inde ab Hervag. in πρὸς τὸν Ἀπελλῆ mutarunt et sic etiam Reg. B. Πρὸς autem recte h. l. est cum accusativo structum. Est: secundum Apellem i. e. Apellis consiliis ducti.

In cap. XVI, 9. ad verba: Ἡ μὲν οὖν τοῦ Ἀπελλοῦ καὶ τῶν περὶ τὸν Λεόντιον πρᾶξις Schweigh. haec satis probabiliter disputavit: „Sic plane Vat. et Flor. nisi quod ignorant articulum τοῦ, qui nescio quo casu in contextum nostrum irrepsit, eundemque inde rejectum velim. Cum Vat. vero et Flor. consentiunt Aug. et Reg. A. praeterquam quod Ἀπελλῆ dent pro Ἀπελλοῦ, de qua aberratione cf. Adnot. ad cap. 14, 10. Codicis Bavarici scripturam (quam vulgo receperant) ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀπελλῆ καὶ τὸν Λεόντιον ex librarii ingenio profecta est, cum is pariter Ἀπελλῆ in suo exemplari pro Ἀπελλοῦ invenisset." Ib. 10. bene habet ὅτι ἂν, sed XVIII, 5. in verbis: ἀκμῆν γὰρ ταῖς διανοίαις ἦσαν μετέωροι ἐκ τῶν προσπιπτόντων ὑπὲρ τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν καταφθορὰν τοῦ Θέρμου, καὶ καθόλου ταῖς ἐν Αἰτωλίᾳ πράξεσι recte — offendit Scaliger in dativo ταῖς πράξεσι voluitque τὰς—πράξεις corrigi. Causa enim sane non adest, cur verborum structura a scriptore sit mutata. At equidem non hic, sed supra in ἐκ τῶν προσπιπτ. vitium inesse censeo verbaque praepositione ἐκ deleta ita struo: μετέωροι ἦσαν ταῖς διανοίαις τῶν προσπιπτόντων—καὶ ταῖς πράξεσι, ut sententia sit: Suspensi erant tum memoria et cogitatione eorum, quae a Philippo (ὑπὸ enim hic omnes libri tuentur et ego nequaquam e conject. Scalig. cum Casaub. et Schweigh. ὑπὲρ scripserim) de clade Thermiorum sive quod attinet ad eam cladem acciderunt, tum omnino rerum in Aetolia gestarum. Videntur autem librarii non vidisse, genitivum τῶν προσπιπτόντων regi a ταῖς διανοίαις et inde ἐκ addidisse. Cap. XIX, 2. non offendo quidem in στάδια. ὑπάρχει, tamen auctor. Vat. et Flor. σταδίους scribendum esse censeo. XX, 7. pro ἀξιόχρεοι ὑπάρχοντες scripserim ἀξιόχρεως ὑπ. Vide quae supra de hac re dixi. XXI, 10. in verbis: Ἔστι δ' ἡ τῶν τόπων φύσις τοιαύτη, ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος illa ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος prorsus sunt

otiosa et delenda. XXII, 10. corrige δὲ ἐν, et XXIV, 5. στρατοπεδεύσαντα ἐν αὐτῷ, ubi apostrophum non minus poteris ponere, uti paulo post in δὲ ἐν, quamvis ibi δὲ καὶ ἐν maluerim. XXVI, 5. corrige τε ἀπὸ. 6. potest ferri καὶ ἐπὶ, sed 7. δ' pro δὲ scribe ante τὸν et 8. ante εἰς. Facile feres 13. γέγνεται, Ω et 14. ἐγένετο. ὁ, non ita XXVII, 4. δὲ ante ἀφορμησάντων. Sed 6. non improbabis μὴ ante ὅτι, ubi tamen Vat. et Flor. ὅτε habent, neque 8. ἐπανελέτο, Οἱ, XXIX, 2. scribe δ', pro δὲ ante ἐφάνησαν idemque 8. ante ὁ, XXX, 4. corrige ἐπὶ Λίγιον. 8. δὲ ἐπειδὴ. XXXI, 4. ἡγούμεθα εἶναι.

Cap. XXXII, 2. ne offende in εἶπον, οὐχ ἥμισυ κ. τ. λ. Sequitur enim sententia ex Hesiodo etiam ab aliis jam sumta et sic proverbialis fere facta, neve XXXIII, 4. in καὶ Ἰταλίαν. Sed ib. δὲ ἠναγκάσθημεν πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν est corrigendum, non quidem cum Aug. in πάντας δὲ εἰς αὐτὸν ἠναγκάσθημεν προσαποβλέπειν, id enim ex interpretis manu, qui pro πρὸς exspectaverat εἰς, ortum esse videtur, neque cum Schweigh. in ἠναγκάσθησαν, nam quod sequitur δεδιότες τὴν συντέλειαν τῶν ἀποβησομένων ita est intelligendum: quicunque de rebus hoc bello gestis audit, animum ad eas advertat oportet, quia suspensus est, quorsum res evasurae sint; sed tantummodo δὲ in δ'. Ib. 5. pro οὐδὲ ἐφ' ὅσον, quod edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. habent, scribe οὐδ' ἐφ' ὅσον, quo etiam ducit quod in Urb. Vat. Flor. οὐδὲ σαφῶς legitur. XXXIV, 5. pro οἱ πρότεροι οὐκ scribe usui Polybii convenienter (v. VI, 9, 2.) οἱ πρότερον οὐκ, quae quam saepe inter se sint permutata disces ex Lexico Polyb. XXXV, 6. sine offensione legitur καὶ ἀλόγως. XXXVI, 3. corriges δὲ αὐτὸν, XXXVII, 9. δὲ ὁ, 10. poterit ferri σε, ἔφη, non ita XXXVIII, 1. δὲ εἰς. XXXIX, 3. τότε ἐπὶ. XLI, 2. δὲ Ἑρμείας et δὲ ἐπὶ, ubi Aug. ἐπὶ omittit, quia scriptum erat δ' ἐπὶ. 3. δὲ ὑμᾶς. XLII, 8. δὲ ἐπιγραφῆς. XLIII, 1. δὲ αὐτοῦ. XLIV, 11. δὲ ὁ. Recte autem habet XXXVIII, 7. δεσμωτηρίου. Εἰς. XL, 2. μὴ οἴοιτο, 4. πολέμου. Ἀντίοχος XLI, 5. προειρημένου. ἀθρόως ἐκτος. XLV, 2. καὶ ἀνυπόστατος. Sed XLVI, 11. in σταδία ὑποκάτω ex Vat. et Flor. recipe σταδίους,

τῆ XLIX, 1 (ubi edd. ὁ Βαντιππὸς Ἐπιγόνου habent, Vat. Flor. Aug. Reg. A. autem bene articulum omittunt) L, 13. apostrophum pone in δὲ ἐπαναμένων (Vat. male ἀναμενόντων) et LI, 3. in verbis: πολὺ δεῖ προάγειν ὁδῷ εἰ, verbum ὁδῷ recte est omissum in Vat. Flor. Aug. Reg. A. LVI, 1. pro ὁ ἰατρὸς suspicor scriptum sive pronuntiatum esse ἰατρὸς et. 15. pro τὴν γυναῖκα τοῦ Ἑρμείου conjicio Polybium ex usu τ. γὺν. τὴν Ἑρμείου dedisse. LXII, 6. non displicet προσεπέθεντο οἱ, neque LXIII, 2. διαλίψει αὐτῆ. 11. tamen idem quod supra statue de τὰ ὅπλα. LXIV. 5. apostrophum pone in δὲ ἀκμὴν. LXV, 9. in δὲ, ὁ. Ib. 3. in ὁ Ἀσπένδιος edd. 1. 2. jure articulum omittere videntur, vide infra 7. Κνωπίας Ἀλαρίτης. Ib. corrige etiam τὸ αὐτὸ, uti LXIX, 4. δὲ ἕτερον. LXX, 6. pro ἐπὶ Ἀταβύριον conjicio Polybium idem scripsisse quod Appianus in bell. Mithrid. 26., dico ἐπὶ Ταβύριον, idemque statuo 12. in τὸ Ἀταβύριον. Videtur enim ex similimi nominis monte Rhodi (Polyb. IX, 27. 7.) hoc Coelesyriae montis nomen jam a veteribus permutatum esse. Cum tamen et hic et paulo post ante hoc nomen; si Ἀταβύριον scribatur, hiatus exsistat, inde concluserim, uti Appianum, ita Polybium quoque verum montis nomen Ταβύριον dedisse.

Cap. LXXI, 3. apertum est vitium in verbis: προσλαβὼν δὲ καὶ τὴν παρὰ τούτων ἐλπίδα καὶ χορηγίαν, προῆγε καὶ κατασχὼν εἰς τὴν Γαλατίαν, κύριος γίγνεται Ἀβίδων καὶ τῶν εἰς αὐτὰ παραβεβυηθηκότων, nam vocabulum κύριος abest a veteribus libris, ex conjectura Ursini et ora Reg. B. insertum a Casauli. Item Schweigh. εἰς αὐτὰ ex Reg. B. recepit conjiciente idem Scaligero pro cett. εἰς αὐτὸ, neque minus Gronovius pro γίγνεται conjecit παριγίγνεται et Scaliger pro κύριος / ἡγεμὼν idque posuit post παραβεβυηθηκότων. Huc accedit insolitus verbi κατασχὼν εἰς τὴν Γαλ. usus de itinere pedestri. His igitur de causis verba ipsa, quae mss. dant, non quidem mutaverim, statuerim tamen γίγνεται ab iis esse additum, quibus post καὶ et ad praepositionem εἰς verbum aliquod finitum deesse videbatur. Itaque Polybium haec scrip-

αἰσα ῥητο: *προῆγε* (processit) *καὶ* (etiam) *ἐπικράτειαν* (in potestatem redigens in eaque tenens) *εἰς τὴν Γαλάτιν* (sive *Γαλάτων*, quod est in Aug. Reg. A. B. Est: in Galaaditidem regionem versus, de quo praepositionis usu v. Matth. Gr. gr. 578, 3. a.) *Ἄβιλων* (cujus loco Aug. *Ἀβύλλων* et Reg. A. *Ἀβίλλων* habet. Est: Abila) *καὶ τῶν εἰς αὐτὸ* (i. e. *χωρίον*) *παραβεβοηθηκότων*. *Κατέχειν* cum genitivo strui disces ex Bernhard. Synt. gr. p. 175. Cap. XXXII, 8. corrige *δὲ ἐρήμους*. LXXIV, 9. in verbis: *εἶλκε τὸν χρόνον τῶν συνθηκῶν ἀεὶ, ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος ἀντιλογίας καὶ σκήψεις εἰσφερόμενος*, non intelligo quid *ἀεὶ* sibi velit, praesertim si ad *εἶλκε* refertur. Latinus interpres explicuit per: ex alio in aliud, at hoc in ipso *εἶλκε τὸν χρόνον* inest. Mihi igitur *ἀεὶ* delendum esse videtur, quod quam saepe a librariis sit additum non est quod multis exponam. Quod si non probas, certe ad *εἰσφερόμενος* referre debebis. Tum tamen eo magis in hiatu offendes. Ibid. corrige *δὲ ἀναστροφήν*. LXXVI, 11. ad verba *δὴ οὖν* Schweigh. bene haec adjecit: „Rectius delebitur *δή* cum Vat. et Flor. (et Reg. B.)“. Cum eodem Vat. LXXVII, 3. pro *ἐθελοντὶ αὐτῷ* scribe *ἐθελοντὴν αὐτῷ*. 9. in *δὲ ἐντεῦθεν* apostrophum adhibe, uti ib. pro *τὸ Ἀπίας πεδίον* videtur *τὸ τῆς Ἀπίας πεδίον* a Polybio scriptum fuisse. LXXVIII, 3. legitur *τὸ ὅλον* et 5. *ὁπόσα ἂν*, quod consueto more corrigea. LXXIX, 6. ad *ὁ Ἀλαβανδεὺς* haec Schweigh. adscripsit: „Sic bene Casaub. et seqq. Perperam *ὁ Ἀλαβανδεὺς* ed. 1. 2. cum Bav. et Urb. *Ἀλαβανδεὺς* Vat. Flor. Aug. Reg. A. absque articulo, quo carere etiam poteramus.“ Tu cum dele. Ib. tamen 7. non offendes in *Μήδον. Ἄραβες*.

Cap. LXXXI, 3. auctor. Vat. Flor. Urb. *κἀκείνων* scribe pro *καὶ ἐκείνων*. Non improbabis ib. 7. *ποιεῖσθαι. Οἱ*, sed LXXXII, 9. corrige *δὲ ἐν*. LXXXIII, 3. in verbis: *τῷ δὲ Ἀντιόχῳ* scribe certe *τῷ δ' Ἀντιόχῳ*, nisi mavis, quod ego nolim, auctor. Vat. Flor. Urb. *Ἀντιόχῳ* delere. LXXXVI, 1. *τὰ ὅλα* legitur et 3. *καὶ αὐτὸς*. 6. corrige *δὲ εἰς* et *δὲ ἁλισφάντων*. LXXXVII, 5. pro verbis:

καὶ ἅμα τούτοις μὲν veteres libri omnes καὶ τούτους μὲν habent. Praepositio ἅμα enim est ex conjectura inserta. ταύτας μὲν edidit Casaub. ex Reg. B., in quo tamen est: καὶ ταύτας μὲν. Schweigh. censet aut ἅμα necessario inserendum aut συνεξαπέστειλε scribendum pro ἐξαπέστειλε additque Scaligero etiam ἅμα placuisse. At viri docti locum non recte intellexerunt, cujus sententia haec est: et his quidem i. e. legatis καὶ τούτοις dimisit et reliquit ad foedus firmandum Sosibium, ipse autem Alexandriam repetiit. Dativus igitur recte ab ἐξαπέστειλε neque minus recte, si vis, etiam ab ἐπικυρώσοντα (ita ex Flor. pro cett. ἐπικυρώσαντα est editum) regi potest. Cap. LXXXVIII, 5. in verbis: *Ἱέρων γὰρ καὶ Γέλων, οὐ μόνον ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀργυρίου τάλαντα, πρὸς τὴν εἰς τὸ ἔλαιον τοῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ χορηγίαν, τὰ μὲν παραχρῆμα, τὰ δὲ ἐν χρόνῳ βραχεῖ παντελῶς.* offendit Reiskius. Incredibilis utique summa, inquit, septuaginta quinque talenta ad oleum palaestrarum data, praesertim ab eo, qui nonnisi decem talenta ad sacrificia publica dederit, decem ad augendos cives, nihil ad reficienda moenia et navalia, in quibus praesidium et decus et salus erat Rhodiorum. Intercidisse igitur suspicatus est Schweigh. e. Reiskio haec fere verba: τάλαντα πρὸς ἀνοικοδομὴν τῶν τειχῶν καὶ τῶν νεωρίων καὶ πέντε ἀργ. τάλ. Idem tamen Schweigh. in Annot. scripsit: Vide vero, an per se stent ista verba ἑβδομ. καὶ πέντε ἀργ. τάλαντα et deinde legendum sit πρὸς δὲ, τὴν εἰς τὸ ἔλαιον — χορηγίαν, id est, ad haec, vel praeterea suppeditavit oleum omne. Sed obstare fortasse videbitur id, quod proxime sequitur, τὰ μὲν παραχρῆμα etc.“ Equidem vitium in verbis: πρὸς τὴν εἰς τὸ ἔλαιον — χορηγίαν inesse puto conjicioque Polybium πρὸς τῇ τέλαίου τοῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ χορηγίᾳ scripsisse i. e. praeterea quod oleum exercentibus in gymnasio praebebant. Hoc enim non ad talenta argenti est relatum, quia fructus est in terra natus, quod donum ea ipsa de causa donanti minoris erat pretii. Εἰς et πρὸς autem cum saepius permutentur, cum articulus τὸ in edd. 1. et 2. desit, τὴν in τῇ autem atque χορηγίαν in χορηγίᾳ fa-

cile possit mutari, vides, quomodo haec ita potuerint a librariis scribi. Pro πέντε autem scribe πέντ' et pro δὲ ante ἐν δ'. Ib. 6. in καὶ εἰς praepositionem εἰς adjecit Casaubonus, cum abesset a mss. Equidem tamen eam nequaquam desidero, sed ex praeced. εἰς suppleo.

Cap. LXXXIX, 1. in verbis: ξύλα δὲ ναυπηγήσιμα ἓξ πεντήρων καὶ δέκα τριήρων veteres libri omnes καὶ πεντήρων praebent, quod Perottus in ἓξ πεντ., Casaub. ex Reg. B. in δέκα πεντήρων mutavit. Xylander legi voluit πεντεκαίδεκα τριήρων. Sed de navium numero hoc dubium nectit Gronovius: „Quare tantummodo alimoniam decem triremium recipit (v. 4.), non etiam decem quinqueremium, ne quid deesset suo beneficio?" Vide igitur, inquit Schweigh., an sic scripserit Polybius: ξύλα δὲ ναυπηγήσιμα καὶ πεντήρων καὶ τριήρων δέκα, ligna fabricandis navibus decem, partim quinqueremibus, partim triremibus. Legendum erit aut ita, aut quod in mss. est, quod sic explicetur: ligna dedit fabricandis et (in universum) quinqueremibus navibus et (ut de singulis loquar) decem triremibus. Ib. 2. in enumerandis singulis donis non offendes in τρισχίλια· ὀθονίων, neque 3. in τρισχίλια, οἰκοδόμους, ubi Schweigh. recte monuit: „Post τάλαντα τρισχίλια pro commate majorem pone distinctionem, quo haec a sequentibus magis separentur: nihil enim architecti ad Colossum pertinent, sed ad murorum, navalium, aedium constructionem." Ib. 6. haec leguntur: ξύλα ἀπὸ ἑκκαιδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους, εἰς σφηκίσκων λόγον, μύρια· quibus in verbis μύρια edidit Casaubonus, cum mssti dent μυρίας. Reiskius suspicatus est εἰς σφηκίσκων ἢ δόκων μυριάδα (Boeclerus falso ex Aug. citaverat μυριάδας pro μυρίας). Schweigh. igitur censuit literam ς ex vocabulo sequenti adhaesisse. At me quominus cum eo faciam impedit hiatus ξύλα ἀπὸ. Huc accedit quod singulare ligni nomen desidero, quia στρωτῆρας ἑπταπήχεις, ergo aliud lignorum genus sequitur. Qui στρωτῆρες cum trabes sint minores, quae majoribus e transverso imponuntur, sane majores trabes illas, quas Graeci δόκους nominabant, desidero conjicioque post λόγον excidisse δόκους, quocum verbo optime μυρίας con-

venerit. Pro ἐκ δὲ autem tum ἐκδίδου dederim ἐ. c. materiae omne ligni in aedificio, v. X, 27, 10. Quod eo etiam commendatur, quia in sequentibus ubique genus doni per genitivum praemittitur, habes δώδεκα ταλάντων τριακόσια, πέντε ταλάντων χιλιά, ἑπτὰ (quo in hiatu ne offende, quamvis in Aug. verba πέντε ταλ. χιλ. desint) ὑμῖν μετρητὰς χιλίους ἀργυρίου ἑκατὸν ταλάντων. Ita etiam optime numerum singularem in adjectivis illis: ἀπὸ (scribe ἀφ') ἑκκαιδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους, qui alioquin quomodo explicari possit nescio, explicabitur. Offendit in eo librarius cod. Vat. qui in contextu ἑκκαιδεκαπήχων habet, sed in fine superscripsit terminationem ους, in qua ceteri consentiunt. Miror autem quod Reiskius non tam hoc quam illud miratur, descendere Polybium a majore numero ad minorem et „alius" inquit „dixisset ἀπὸ ὀκταπήχους ἕως ἑκκαιδεκατήχους." Quibus Schweigh. addit: „possis suspicari ἀπὸ ἑκκαιδεκαπήχους ἕως ὀκτωκαιδεκαπήχους vel ἕως εἰκοσιπενταπήχους." At in eo minime offendo si quis dicit: vom Holzwerk (und zwar) von sechzehnelligem an bis achtelligem herab versprach er 10,000 Hauptbalken, nach der Art von Spitzbalken und 5000 siebenellige Querbalken. Cap. XCII, 6. ἀχηλλάγη. Ἀρίστος recte habet, non ita XCIII, 1. ὁ ἁρμοσάμενος, sed XCVIII, 11. ἁμαρτάνοι. O non mutabis, quod tamen facies XCIX, 3. in δὲ εἰκαίρως et 7. in δὲ ὀργάνων, non in καὶ εἴκοσι. CI, 9. non dubitabis, quin ex Vat. εὐδοντὶν εὐνοούντων recipias pro vett. εὐδόντι εἶν. itemque 10. cum edd. 1. 2. et vett. codd. ἢ κείνῳ scribes pro eo, quod Casaub. et edd. qui eum sunt secuti ex solo Reg. B. dederunt: ἢ ἐκείνῳ. CII, 8. scribe πάντ' pro πάντα ante ἀφεὶς. CIII, 7. ὥστ' pro ὥστε ante ἔχειν, id quod ed. 1. consentientibus mss. habet, ὥστε enim dedit primus Casaubonus, quem ceteri editores sunt secuti. CVI, 8. ed. 1. invitis tamen mss. in verbis: καὶ αἱ λοιπαὶ πόλεις articulum omittit. Si quid omittendum, ego potius καὶ omiserim. Ib. 4. ὕπνου pro ὕπνος ante ἤνυχος scribe. CXI, 3. ferre poteris καὶ ὑπὸ et 8. δεδήλωται. Hujg.

Sunt igitur hoc in libro, si etiam eos hiatus quos artificio facit et quos crasi minus bene possis tollere, adnumeras, viginti et unus hiatus, ex quibus duodecim (V, 4, XI, 8. XIII, 11. XVI, 9. XLIX, 1. LI, 3. LXV, 3. LXXVI, 11. LXXVII, 3. LXXIX, 6. CI, 9. et 10.) librorum auctoritate sunt corrigendi, septem aliis de causis et secundum Polybii usum (veluti V, 10. XVIII, 5. XXI, 10. XXXVI, 5. LVI, 15. LXXI, 2. LXXIV, 9.) et duo hiatus gratia (XX, 7. LXXVII, 9.).

Quibus hiatibus ex integris quinque Polybii historiarum libris adnotatis restat ut in

Capite tertio

de vocalium concursione in Polybii fragmentis

quaedam addamus. Praemittendum autem est in eo, quod hic plures reperiantur hiatus, non esse haerendum, propterea quod compilatores et epitomatores saepe pro arbitrio suo singula omittebant, quibus additis hiatus a scriptore erat evitatus. Luculentissimum hujus rei exemplum Athenaeus nobis praebuit in iis, quae supra de reliquis Theopompi disseruimus. Huc accedit quod praeter Augustanum atque Urbinatem codicibus illis, quibus Schweighaeuserus in quinque primis libris est usus, caremus, inter quos Vat. et Flor. optimi erant. Discernenda autem sunt fragmenta ex Athenaeo aliisque scriptoribus petita, quae multo magis sunt mutata et ea, quae ex Excerptis quibusdam sunt edita, in quibus, uti par est multo pauciores reperies hiatus.

In iis igitur quae ex Polybio ipso (III, 2. 6.) ut primum libri sexti faciant caput, sunt repetita (verum exordium Majus in Excerpt. Vat. dedit, de quibus quae dicenda sunt, infra vide) corrige *συνεβάλετο αὐτοῖς*, uti supra jam est dictum. Sed quae II, 2. ut verba Polybii ex Dion. Hal. Arch. I, 32. afferuntur, ea ita sunt intelligenda, ut sententiam solam, non ipsa verba Polybii contineant. Nequaquam enim ille scripserat *λέγεται ὑπὸ*. Plures etiam reperies hiatus ib. in iis, quae ex Athen.

X, p. 440. hausta sunt. Leges ib. 4. καὶ ἐστὶ, τῷ Αἰγοσθενείῳ χρῶνται αὐτῷ. 5. ἔχει οἴνου. 6. τοῦ ἀνδρὸς. Quae vitia aut ab Athenaeo verba Polybii male repetente aut a librariis male scribentibus, certe non a Polybio sunt profecta. Ibid. 10. addita sunt quaedam ex Excerpt. Vat. In his in initio verba: ὁ Δημαράτου τοῦ Κορινθίου υἱὸς post Λεύκιος ab eclogario addita esse videntur lectorum gratia, qui quae antecesserant, in Polybio non legerant. Cap. III, 9. nunc καίτοι οὐδ' legitur. At Urb. et Aug. in contextu καὶ τὴν οὐδ', sed id. Aug. in marg. eadem manu ἀλλ' οὐδ' idque cum ed. 1. et Med. in marg. habet. Idem tuentur Regg. D E. Oxon. et Leid. Hoc igitur quin recipias ne dubita. IV, 8. in verbis: μεταβαλλούσης δὲ ταύτης εἰς τὰ συμφυῆ κακὰ, λέγω δ' εἰς Τυραννίδα· αὖθις ἐκ τῆς τούτων καταλύσεως Ἀριστοκρατία φύεται, ex sequ. τούτων conjicio, Polybium non Τυραννίδα, sed Τυραννίδος dedisse. Nam si Τυραννίδα scripsisset, ab eo etiam ταύτης, non τούτων, in iis quae sequuntur scribendum erat, quia tum quae haec cognata mala sint, ipso nomine proprio significasset idque primarium esset verbum, de quo ageretur. Accedit quod tum etiam non κακὰ sed κακὸν exspectassem. Cap. V, 1. apostrophum pone in δὲ ὧν. Ib. 5. in verbis: καὶ πάλιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἱρεῖ offendo, quia docetur interitus omnium hominum saepius esse venturos, conjicioque Polybium ἔσεσθαι πολλάκις scripsisse, ut sententia sit: et eos iterum esse venturos sive posse venire, saepe ratio (philosophorum) suadet. Ib. 7. et 8. non improbabis καὶ ἐπὶ, sed 7. in verbis: ὅπερ εἰκὸς, κατὰ τούτων εἰς τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι Scaliger pro ὅπερ conjecit ἅπερ, deinde pro κατὰ τούτων omnes codd. cum edd. praeter cod. E. κατὰ τοῦτο habent et ed. 1. cum cett. edd. omittit εἰς. Conjicio igitur Polybium scripsisse: ὅπερ εἴκος καὶ τὸ τούτων ὁμόφυλον κ. τ. λ. Quod si statueris scriptum fuisse, facile unde cetera orta sint intelliges.

Cap. VI, 2. in verbis: μηδ' ἀμύναι τούτοις, οἳ ἐκτρέφοιεν in contextu ed. 1. et Med. est: οἷς ἐκτραφείη, in Urb. Reg. D. Oxon. et in ora ed. 1. et Med. οἷς ἐκτρέφοι, in contextu Aug. et in ora ed. 1. et Med. οἷς ἐκ-

τράφη. Quas vero lectiones Aug. in margine habet ἐκτρέφοι et ἐκτρέφοιεν, a recentiori manu ex ora ed. 1. descriptae sunt. ὑφ' ὧν ἐτράφη voluerat Reiskius et unus Reg. E. habet οἷ ἐκτρέφοιεν. Equidem arbitror Polybium οἷς ἐκτρέφοιεν scripsisse, unde cetera facillime oriri poterant, explicoque locum ita, ut τούτοις neutrius generis esse statuam, quod ad ἀμύναι ea vi additum sit, ut significetur: neque par referre iis (i. e. für das, cf. Thucyd. 1, 42.), quibus eum aluerint: womit sie ihn nährten sive auferzogen i. e. dass sie ihn auferzogen. Ib. 10. in verbis: Ὅταν οὖν καὶ ὁ προεστὼς καὶ τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχων ἀεὶ συνεπισχύῃ τοῖς προειρημένοις κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλήψεις, καὶ δόξῃ τοῖς ὑποταττομένοις διανεμητικὸς εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις omnes libri ὅταν ἐν οἷς ὁ προεστὼς (unus cod. E. omittit ὁ) habent et διαλέξεις pro διαλήψεις. Conjecit autem jam Casaubonus ὅταν οὖν ὁ πρ. et Schweigh. aut ὅταν οὖν καὶ aut ὅταν δ' αὖθις ὁ. At mihi vulgata vera esse videtur lectio, modo δ' post ὅταν addatur. Sententia enim erit: Sin autem in quibus rebus is qui rebus praeest et penes quem summa est potestas, semper illis viris, quos diximus, opem tulit, in iis secundum vulgi sermones etiam subditis id tribuit, quod cujusque meritis convenit, tum etc. Nos diceremus: Wenn aber der, welcher an der Spitze steht und die grösste Macht besitzt, in dem, worin er den Vorhergenannten immer beistand, auch seinen Untergebenen das Ihre nach den Gesprächen und dem Urtheile der Menge zu geben scheint. Res autem in quibus suum (i. e. suam gloriam suumque praemium) cuique tribuere dicitur, supra 8. sunt commemoratae verbis: ὅταν ἀμύνῃ μέν τις πρὸ πάντων ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑφίστηται δὲ καὶ μένῃ τὰς ἐπιφορὰς τῶν ἀλκιμωτάτων ζώων. Ex nostra autem ratione sponte apparet non post διαλέξεις, quod ex codd. pro eo, quod Reiskius voluit, διαλήψεις iterum recipiendum est, sed post προειρημένοις esse interpungendum.

Cap. IX, 5. apostrophum pone in τότε οὐκ et crasi utere 8. in τὰ ἀλλότρια, 13. tamen noli turbare καὶ ἑτέραν. X, 4. scribe bis δ' pro δὲ ante ὁ, sed 5. ne offende in μὴ οὐ. XI, 6. pro πότερα ante ἀριστοκρατικὸν da πό-

παρ' et pro δὲ εἰς δ' εἰς. XII, 9. non offendo in πολίτευμα. εἰ. Sed XIII, 4. poterit in Ὁμοίως καὶ ὅσα cum Urb. et Aug. καὶ deleri. Ib. ante οἷον δ' pro δὲ scribe. 5. miror quod viri docti non in verbis ἢ ἐπετιμήσεως offenderunt. Postquam enim scriptor §. 4. de animadvertendi potestate, quam senatus habeat in delictis quibusdam in Italia admissis, disputavit, transit §. 5. ad beneficia, quibus senatus singulis privatis aut civitatibus in Italia succurrere possit, affertque διάλυσιν, βοηθείαν et φυλακήν. Quid autem in his ἐπιτίμησις i. e. objurgatio sibi vult? Tu scribe potius ἢ τιμήσεως i. e. aut census, quo ordo alicujus definiatur. Ib. 7. in πρωτβείαν τινὰ, ἢ διαλύσουσαν quidem poterit facile comm. del. τιν' scribi, mihi tamen ἢ delendum esse videtur. Si enim §. 5. confers, recte etiam ante διαλύσεως ἢ non est adjectum, sed solum ante cetera. Quidni in simillima hac sententiae conformatione idem factum erit? Pro Δία autem ante ἐπιτάξουσαν ne dubita quin Δί' scribas. 7. feres καὶ ὡς. Vitium tamen inest 8. in verbis: ἀριστοκρατικὴ φαίνεται ἡ πολιτεία, in quibus suspicor ἡ πολιτεία ab aliis esse additum, qui non viderint, ἡ σύγκλητος, de quo ordine hic sermo est, esse supplendum. In φαίνεται. ὃ contra nemo offendet. XIV, 1. corrige ποτέ ἐστιν. 5. in verbis: ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων ed. princeps ἐν ἴσῃ τιμῆς ὄντων habet, quod fortasse defendi poterit. Nam eodem jure quo ἐξ ἴσης dicitur, poterit etiam ἐν ἴσῃ dici, i. e. in pari parte scil. honoris. Quae si minus probas, fortasse concedes a Polybio ἐν ἴσαις τιμαῖς ὄντων scriptum fuisse. 12. in verbis: ὥστε πάλιν ἐκ τούτων εἰκότως ἄν τινα εἰπεῖν poteris τιν' conjicere, nisi Polybius λέγειν pro εἰπεῖν dedit. Cap. XV, 1, non offendes in ῥηθήσεται. Ὁ, sed 4. corriges οὔτε ἱματισμὸς, οὔτε ὀψώνια. Ib. 9. nunc quidem haec leguntur: Τοῦγε μὴν δήμου εἰς τὸ διαλύεσθαι καὶ λίαν αὐτοῖς ἀναγκαῖόν ἐστι, κἂν ὅλως ἀπὸ τῆς οἰκείας τύχωσι πολὺν τόπον ἀφεστῶτες. Sed praepositionem εἰς, quam Schweighaeus supplevit, vulgo omnes ignorant, neque recte εἰς neque quod Gronovius proposuit πρὸς poterit legi, quia tum prorsus non intelligitur, quomodo genitivus τοῦ δή-

μον sit explicandus, neque etiam populi benevolentia solum ad bella finienda, sed non minus ad alia, quae §. 10. enumerat, necessaria erat. Reiskius igitur et Schweigh. etiam plura intercidisse sunt suspicati. Quibus tamen tantum abest ut assentiam, ut quod vulgo legitur verum habeam, memor significationis verbi διαλύεσθαι, quae est: in gratiam redire, veniam dare alicui (v. XI, 26, 3. et 29, 12., uti V, 25, 6.). Dicit igitur scriptor, consulibus etiamsi longissime absint ut populus cum ipsis in gratiam redeat iisque benevolus sit necessarium esse.

Cap. XVI, 5. corrige δὲ ἀεὶ et gravius vitium quod inest in verbis: δέδια τοὺς πόλλους καὶ προσέχει τὸν νοῦν τῷ δήμῳ ἡ σύγκλητος. Num Polybius ἡ σύγλητος τῷ δήμῳ scripsit? Nam quod Ὁμοίως sequitur, neminem male habebit. XVII, 6. corrige τινὰ ἐστιν. XVIII, 1. non offendes in μὴ οἷόν, sed 8. scribe δ' pro δὲ ante ἐξ et XIX, 1. πέντ' pro πέντε ante ἐνιαυσίους. Non improbabis 2. καὶ ἐξ, sed 6. δὲ ἡμέρας. Quae deinde cap. XX, 5. καὶ ἐξῆς. 7. καὶ, ἀεὶ leguntur, feres, fortasse etiam quae 8. πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν, quippe in numeris. Sed XXIII, 11. verba: ὥστε μὴ πρότερον τὸν δεσμὸν ἐν ταῖς χρείαις ἀναχαλασθῆναι, ἢ τὸν σίδηρον θραύεσθαι non recte ita habere censeo. Disputat scriptor de Romanorum hastilibus narratque iis telum ferreum firmissime et validissime fuisse alligatum. Non recte igitur dicet, non prius hunc nexum teli et hastilis dissolvi, quam ferrum frangatur. Imo ferrum teli poterit frangi et tamen nexus reliqui ferri cum hastili manere. Huc accedit quod Aug. et Urb. μὴ non habent. Videtur igitur Polybius potius haec scripsisse: ὥστε πρότερον ἢ τὸν δέσμον ἐν ταῖς χρείαις ἀναχαλασθῆναι τὸν σίδηρον θραύεσθαι. Corrige 15. δὲ ἀεὶρ. XXIV, 3. δύο ἡγεμόνας et δύο οὐραγούς. XXV, 5. pro ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς et 6. pro ἦν ἄπρακτα αὐτοῖς suspicor Polybium utroque in loco ἦν αὐτοῖς ἄπρακτα dedisse. XXVIII, 3. legitur τὸ ὕλον. XXIX, 7. δύο αὗται et XXXIII, 5. δὲ ἐξ, quae consueto more corriges. Sed quae ib. 6. leguntur: τῶν δὲ τριῶν σημαιῶν ἀνὰ μέρος ἑκάστη ἑκάτερ τῶν χιλιάρχων λειτουργεῖ λειτουργίαν

τερ' et pro δὲ εἰς δ' εἰς. XII, 9. non offendo in πολίτευμα. el. Sed XIII, 4. poterit in Ὁμοίως καὶ ὅσα cum Urb. et Aug. καὶ deleri. Ib. ante οἷον δ' pro δὲ scribe. 5. miror quod viri docti non in verbis ἢ ἐπιτιμήσεως offenderunt. Postquam enim scriptor §. 4. de animadvertendi potestate, quam senatus habeat in delictis quibusdam in Italia admissis, disputavit, transit §. 5. ad beneficia, quibus senatus singulis privatis aut civitatibus in Italia succurrere possit, affertque διάλυσιν, βοηθείαν et φυλακήν. Quid autem in his ἐπιτίμησις i. e. objurgatio sibi vult? Tu scribe potius ἢ τιμήσεως i. e. aut census, quo ordo alicujus definiatur. Ib. 7. in πρεσβείαν τινὰ, ἢ διαλύσουσαν quidem poterit facile comm. del. τιν' scribi, mihi tamen ἢ delendum esse videtur. Si enim §. 5. confers, recte etiam ante διαλύσεως ἢ non est adjectum, sed solum ante cetera. Quidni in simillima hac sententiae conformatione idem factum erit? Pro Δία autem ante ἐπιτάξουσαν ne dubita quin Δί' scribas. 7. feres καὶ ὡς. Vitium tamen inest 8. in verbis: ἀριστοκρατικὴ φαίνεται ἡ πολιτεία, in quibus suspicor ἡ πολιτεία ab aliis esse additum, qui non viderint, ἡ σύγκλητος, de quo ordine hic sermo est, esse supplendum. In φαίνεται. ὃ contra nemo offendet. XIV, 1. corrige ποτέ ἐστιν. 5. in verbis: ἐν ἴσῃ τιμῇ ὄντων ed. princeps ἐν ἴσῃ τιμῆς ὄντων habet, quod fortasse defendi poterit. Nam eodem jure quo ἐξ ἴσης dicitur, poterit etiam ἐν ἴσῃ dici, i. e. in pari parte scil. honoris. Quae si minus probas, fortasse concedes a Polybio ἐν ἴσαις τιμαῖς ὄντων scriptum fuisse. 12. in verbis: ὥστε πάλιν ἐκ τούτων εἰκότως ἂν τινα εἰπεῖν poteris τιν' conjicere, nisi Polybius λέγειν pro εἰπεῖν dedit. Cap. XV, 1, non offendes in ῥηθήσεται. Ὁ, sed 4. corriges οὔτε ἱματισμὸς, οὔτε ὀψώνια. Ib. 9. nunc quidem haec leguntur: Τοῦγε μὴν δήμου εἰς τὸ διαλύεσθαι καὶ λίαν αὐτοῖς ἀναγκαῖόν ἐστι, κἂν ὕλως ἀπὸ τῆς οἰκείας τύχωσι πολὺν τόπον ἀφεστῶτες. Sed praepositionem εἰς, quam Schweighaeus. supplevit, vulgo omnes ignorant, neque recte εἰς neque quod Gronovius proposuit πρὸς poterit legi, quia tum prorsus non intelligitur, quomodo genitivus τοῦ δή-

pov sit explicandus, neque etiam populi benevolentia solum ad bella finienda, sed non minus ad alia, quae §. 10. enumerat, necessaria erat. Reiskius igitur et Schweigh. etiam plura intercidisse sunt suspicati. Quibus tamen tantum abest ut assentiam, ut quod vulgo legitur verum habeam, memor significationis verbi διαλύεσθαι, quae est: in gratiam redire, veniam dare alicui (v. XI, 26, 3. et 29, 12., uti V, 25, 6.). Dicit igitur scriptor, consulibus etiamsi longissime absint ut populus cum ipsis in gratiam redeat iisque benevolus sit necessarium esse.

Cap. XVI, 5. corrige δὲ ἀεὶ et gravius vitium quod inest in verbis: δέδιε τοὺς πόλλους καὶ προσέχει τὸν νοῦν τῷ δήμῳ ἡ σύγκλητος. Num Polybius ἡ σύγλητος τῷ δήμῳ scripsit? Nam quod Ὁμοίως sequitur, neminem male habebit. XVII, 6. corrige τινά ἐστιν. XVIII, 1. non offendes in μὴ οἷόν, sed 8. scribe δ' pro δὲ ante ἑξ et XIX, 1. πέντ' pro πέντε ante ἐνιαυσίους. Non improbabis 2. καὶ ἑξ, sed 6. δὲ ἡμέρας. Quae deinde cap. XX, 5. καὶ ἑξῆς. 7. καὶ, ἀεὶ leguntur, feres, fortasse etiam quae 8. πεντακισχίλιοι, ἑπεδάν, quippe in numeris. Sed XXIII, 11. verba: ὥστε μὴ πρότερόν τὸν δεσμὸν ἐν ταῖς χρείαις ἀναχαλασθῆναι, ἢ τὸν σίδηρον θραύεσθαι non recte ita habere censeo. Disputat scriptor de Romanorum hastilibus narratque iis telum ferreum firmissime et validissime fuisse alligatum. Non recte igitur dicet, non prius hunc nexum teli et hastilis dissolvi, quam ferrum frangatur. Imo ferrum teli poterit frangi et tamen nexus reliqui ferri cum hastili manere. Huc accedit quod Aug. et Urb. μὴ non habent. Videtur igitur Polybius potius haec scripsisse: ὥστε πρότερον ἢ τὸν δέσμον ἐν ταῖς χρείαις ἀναχαλασθῆναι τὸν σίδηρον θραύεσθαι. Corrige 15. δὲ ἀεὶρ. XXIV, 3. δύο ἡγεμόνας et δύο οἰκαγούς. XXV, 5. pro ἄπρακτα ἦν αὐτοῖς et 6. pro ἦν ἄπρακτα αὐτοῖς suspicor Polybium utroque in loco ἦν αὐτοῖς ἄπρακτα dedisse. XXVIII, 3. legitur τὸ ὕλον. XXIX, 7. δύο αὗται et XXXIII, 5. δὲ ἑξ, quae consueto more corriges. Sed quae ib. 6. leguntur: τῶν δὲ τριῶν σημαιῶν ἀνὰ μέρος ἑκάστη ἑκάστῳ τῶν χιλιάρχων λειτουργεῖ λειτουργίαν

τοιαύτην ferri possent, si manipulis singulis singuli praepositi fuissent tribuni. Quod tamen cum non esset, cum Polybius ipse supra 5. dixerit: τρεῖς (σημαίας) ἕκαστος τῶν χιλιάρχων διαλαγχάνει, haec ferri non possent, etiamsi omnes tuerentur codices. At junxit haec Casaubonus, prius ἑκάστη enim abest ab Herv. et cod. Med., posteriori ἑκάστῳ carent Aug. Urb. Reg. D et Oxon. Tu igitur scribe ἑκάστη τῷ χιλιάρχῳ. Ib. 11. Schweigh. non debebat Reg. D. Oxon. et or. Hervag. et Med. sequi scribens: οἵτινες τηροῦσι μὲν καὶ τἄλλα, μάλιστα δὲ τοὺς ἵππους, ἵνα μήτ' ἐμπλεκόμενοι τοῖς δήμασι βλάπτωνται πρὸς τὴν χρείαν, μήτε λυόμενοι καὶ προσπίπτοντες ἀλλήλοις οἱ ἵπποι ταραχὰς καὶ θορύβους ἐμποιῶσι τῷ στρατοπέδῳ. Mirum enim satis esset, cur hic οἱ ἵπποι, de quibus solis in iis quae antecedunt sermo est, addatur. Multo rectius Casaub. ex Urb. et Aug. pro ἀλλήλοις οἱ ἵπποι dedit ἄλλοις ἵπποις, nisi mavis cum Med. et Hervag. in textu ἵπποις omnino delere. 12. in verbis: μία δ' ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ, ἥτις ἅμα μὲν κ. τ. λ. σημαία aut delendum, aut uti supra 10. ante καθ' ἡμέραν est collocandum. An παρακοιτεῖ, ἥτις ferri possit, dubium est. Si Polybius ita scripsit, post παρακοιτεῖ plenius erit interpungendum, ut per ἥτις novum quid addatur.

Cap. XXXIV, 11. ἥκει. ἐὰν, XXXV, 5. λειτουργία. ἐπὶ, XXXVI, 4. καὶ ὑπὸ recte poterunt legi. Sed XXXVII, 5. corrige τε οὐραγός. 9. fer καὶ ὁ, sed ib. pro καὶ ἐὰν scribe κἂν et XXXVIII, 1. pro τὰ αὐτὰ ταὐτὰ, uti 2. ante ὀκτὼ et εἴκοσι δ' pro δὲ. Minime offendit XXXIX, 3. φάλαρα· ἐξ et 7. γονεῖ. Ἐκ, sed 12. corrige δύο ὀβολούς. Ib. 14. τὸ ἴσον legitur, sed cod. Reg. D. habet τὸ ἶσον, videtur igitur antiquitus τοῖσον scriptum fuisse. XL, 7. et 11. pro τὰ ὑποζύγια ede θ' ὑποζ. 10. fer καὶ ἑτέρῳ et XLI, 4. pro τὰ ἐπὶ scribendum τἀπὶ. Ib. 9. nunc quidem legitur καὶ γίγνηται εὐσύνοπτος, sed Reg. D Oxon. Med. habent καὶ γένητ' εὐσύνοπτος, edd. 1. 2. γίνετ' εὐσύν., unde bene Schweigh. conjecit, id ortum esse ex γίνηται σύνοπτος, idque unum verum esse

arbitror. XLII, 3. miror quod Schweigh. Reiskium secutus scripsit καὶ ἀναταλλήλους τόπους, cum omnes libri καὶ καταλλήλους τόπους habeant i. e. castrorum partes variant alio modo ad alia (ἄλλους enim quod Reiskius pro cett. ἀλλήλους bene conjecit, legitur in cod. D.) et convenientia loca. XLIII, 6. τ' est scribendum pro τε ante Ἐπαμεινώνδου. XLIV, 6. δ' ante ἡ pro δὲ. 9. muta τὰ ὅλα. XLVI, 10. corrige ὥστε, εἰ. 11. ταῦτά ἐστι· ᾗ, ubi alii οἷς habent. Scribendum certe ταῦτ' ἐστίν· ᾗ. XLVII, 1. in δύο ἀρχὰς apostrophum pone, sed ib. in νόμοι. ὧν ne offende. LIII, 5. δὲ εἰκὼν muta, uti LIV, 6. δὲ ἀρκοῦν. LVI, 2. δὲ, οὐδὲν αἴσχιον (alii δὲ, αἰσχρὸν οὐδὲν), sed 12. καὶ ὡς poterit legi. LVII, 5. tamen ταῦτα εἰς est corrigendum.

In excerptis Vaticanis ab Angelo Majo repertis corrige 1. δὲ ὅτι et δὲ ὠφελιμώτατον. II. fer καὶ ἐπιβολὰς. Ib. Ὅτι ἐν non offendit, quia ὅτι in omnibus his locis in initio ab eclogario est additum, qua de causa hos hiatus non amplius commemorabo. III. corrige τριάκοντα ἔτεσιν et in verbis εἰδέναι ὅτι (ap. Lucht. p. 4.) quae Schweigh. jam communicaverat, lege cum eo διότι.

Numerabis igitur hic primum sex hiatus, qui aliis scriptoribus sive eclogariis debentur (II, 2. 4. bis 5. 10. et in Maji Exc. Vat. I.), deinde quatuordecim, ex quibus octo librorum ope possunt corrigi (v. III, 9. VI, 2. XIV, 5. XV, 9. XXXIII, 6. 11. XLI, 9. et in Maji Excerpt. Vat. III.), tres aliis de causis sunt emendandi (V, 5. XIII, 5. XXIII, 11.) et tres hiatus gratia sunt mutandi (XIII, 8. XVI, 5. XXXIII, 12.).

Lib. VII, cap. 1. non verba ipsa Polybii, sed tantummodo sententiam et argumentum eorum, quae Polybius scripserat, continet, unde hiatus illi 1. ἐξοκεῖλαι εἰς. 2. δυνάμενοι οὖν—δεινὰ ἔπαθον. 3. πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥστε—καὶ ἔνδεκα suam habent excusationem. Sed in cap. II, 1. corrige κατὰ Ἱερονύμου. 3. pro τῷ μειρακίῳ Ἱερωνύμῳ Polybius fortasse Ἱερωνύμῳ τῷ μειρακίῳ scripsit. III, 2. in verbis: Ὁ δὲ Ἱερώνυμος, ἅτε ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, ἔφη, συλλυπεῖσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. Urs. εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, εἴτ' ἐν μίσει ὄντων

τῶν Καρχηδονίων habet, quod sane ferri nequit, ita ut a Casaub. εἴτε in ἄτε sit correctum verbaque εἴτ'—Καρχηδονίων sint omissa. Sed jure offendes in verbis εἴτε sive ἄτε ἐν μέσοι ὄντων. Hoc enim certe ex responso illo concludi non poterat. Quod autem Reiskius μὴ ante συλλυπεῖσθαι conjecit, displicet propterea, quod tum Hieronymus satis pueriliter et inepte locutus esset. Mihi Polybius tale quid scripsisse videtur: Ὁ δ' Ἱερώνυμος, εἴτ' ἔμμεσος ὢν τῶν πρεσβευτῶν εἴτε τῶν Καρχηδονίων i. e. quasi medius esset sive inter Romanorum legatos sive inter Carthaginienses, i. e. quasi neutrius esset partis. Ib. 6. pro καὶ δὴ ἀγωνιάσαντας ne dubita quin ex usu Polybii (III, 102, 10. 105, 5. IV, 10, 3. et saep.) καὶ διαγωνιάσαντας scribas. In verbis quae sequuntur: μήτι νεωτερίσωσιν οἱ ἐν ταῖς Συρακούσαις καταφρονήσαντες cod. Urs. οἱ omittit et καταφρονήσαντας praebet. Est utrumque probandum, ita ut sententia sit: Accidit, ut timentes ne Syracusis novis rebus studerent, aetatem relicti pueri parvi aestimantes (i. e. ei non multum tribuentes) Pachynum usque navigarent. Non igitur erat, quod Casaubonus codicis scripturam de conjectura corrigeret. 7. pro τῇ ἐκείνου scribe τῇ κείνου. IV, 1. recte poterit legi καὶ Ὀνησιγένη καὶ Ἱπποσθένη, uti V, 3. καὶ Λιτόνους, sed ib. 7. corrige παρὰ Ἱέρωνος. VII, 1. in verbis: ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς τοῦ Ἱερωνύμου scribe usui Polybii convenienter τῆς Ἱερ. Non autem offendes in verbis foederis c. IX. ubi hos leges hiatus 1. ἔθετο Ἀννίβας — Κλεομάχου Ἀθηναῖον — Δημητρίου, ὑπὲρ. 2. καὶ Ἥρας καὶ Ἀπόλλωνος — καὶ Ἡρακλέους καὶ Ἰολάου — καὶ ἡλίου — καὶ ὑδάτων. 3. Καρχηδόνα· ἐναντίον — τοῦ ὅρκου. (4.) Ἀννίβας — γερουσιασταὶ οἱ — αὐτοῦ, ὃ ἂν δοκῇ ὑμῖν καὶ ἡμῖν — καὶ εὐνοίας — καὶ οἰκείους καὶ ἀδελφούς. 5. ὅσοι εἰσὶν — καὶ Ἀννίβαν — καὶ Ἰτυκαίους, καὶ ὅσαι — καὶ ἔθνη. 6. καὶ ἔθνη — καὶ ἐν — συμμαχίᾳ ἐν — χώρᾳ. (7.) Ἔσται — φυλαττόμενοι ὑπὸ — καὶ ὑπὸ Ἰτυκαίων καὶ ὑπὸ — καὶ ἐθνῶν, ὅσα ἐστὶ — καὶ ὑπὸ — ὅσα ἐστὶν — καὶ ὑπὸ — ὅσοι ἂν — σύμμαχοι ἐν. 8. χρησόμεθα ἐπ' — καὶ εὐνοίας — καὶ ἐπιβουλῆς — φιλίαι. (9.) Ἐσόμεθα — καὶ ἐθνῶν — φιλίαι. (10.) ἔσεσθε — καὶ

ἡμῖν—καὶ ὑμῖν. 11. καὶ ἡμῖν—χρεία ᾖ, καὶ ὡς. 12. καὶ ἡμῖν—συνθησόμεθα; ὥστ'. 13. μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς—καὶ Ἐπιδαυνίων. 14. οἳ εἰσιν. 15. δὲ αἴρωνται—χρεία. (16.) ὁμοίως—καὶ ἐὰν—καὶ ἀθνῶν—ἃ ἡμῖν—φιλίαι. (17.) Ἐὰν—δοχῇ ἡμῖν—δοχῇ ἀμφοτέροις.

Cap. XI, 1. de τὰ ἱερὰ simile quid uti supra de τὸ ἱερὸν est statuendum et 2. in verbis: εἰ μὲν μάντεως φρένας ἔχεις, ἔφη, ἐχχωρεῖν, hiatus potest excusari. Sed 8. nequaquam cum Schweigh. Ὁ οὖν Φίλιππος est scribendum, cum οὖν ne unus quidem habeat codex. Reiskius conjecerat Ὁ δὴ. Magis mihi placet alia Schweigh. conjectura: συμμάχους· οὓς ὁ Φίλ. et ita Polybium scripsisse arbitror. Vitiosa etiam sunt XII, 4. verba: καίτοι νέῳ ὄντι παραλαβόντι. Schweigh. cogitaverat νέῳ ἔτι παραλ. Equidem ὄντι delendum esse censeo utpote additum ad explicationem appositi νέῳ. XXXI, 1. Ὁ Ἄρατος ab epitomatore additus esse videtur. XIV, 4. corrige δὲ αὐτὸς.

In Excerpt. Vat. Ang. Maji 1. legis καὶ ἀληθινώτατα. Ib. θῦσαι τῷ Διΐ, ἀναβαίνει—ταῦτα ἐκ. legitur, ad quae verba Luchtius bene haec adscripsit: „Initio hujus narrationis Polybii verba immutata et imperite contracta esse docet structura: Φιλίππου.. βουλομένου.. καὶ φήσαντος.. ἀναβαίνει·—καὶ θύοντος.. δεξάμενος.. ἤρετο.“ Quae deinde leguntur τὰ ἱερὰ et ἔφη, ἐχχωρεῖν jam supra ad cap. XI. sunt commemorata.

Reperiuntur igitur hoc in libro octo graviores hiatus, ad quos tamen neque eos retuli, qui ab eclogario profecti esse videbantur neque qui in foederis verbis deprehendebantur. Ex his octo hiatibus poteris duos codicum ope tollere (III, 6. et XI, 8.), quinque etiam aliis de causis erant suspecti (III, 2. 6. 7. VII, 1. XII, 4.) et unus locus solius hiatus causa erit mutandus (II, 3.).

Lib. VIII, II, 6. corrige ἵνα, ἄν deleto commate et III, 8. τοῦτο Ἀμίλκας. Quae deinde cap. V. leguntur, ab editoribus tum ex Herone tum ex Suida sunt composita. Si igitur 1. legis: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, πολιορκοῦντες τοὺς Συρακουσίους, ἔργου εἴχοντο· Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμών, haec verba aperte non ita sunt a Polybio profecta. Hero enim in

libello de repellenda Obsidione hanc Polybianam narrationem (Polybianam esse non ab Herone, sed ab Suida traditur) cum praecedente sua disputatione his verbis connectit: *Τῶν γὰρ Ῥωμαίων πολιορκούντων τὴν Συράκουσαν, Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμὼν κ. τ. λ.* Suidas contra haec verba nominatim Polybio tribuit: *Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες τοὺς Συρακουσίους ἔργου εἴχοντο, οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν.* Unde recte concludes verba illa a Schweigh. interclusa (*Ἄππιος δ' ἦν—ὑπεναντίους*) aut Heronis esse aut certe ordinem eorum mutatum. Hoc enim non verisimile est, Suidam s. v. *ἔργον* pluribus omissis temere haec (3): *οὐ λογισάμενοι κ. τ. λ.* addidisse, cujus omissionis aut additionis nulla idonea adest causa. Videtur autem post *ἔργου μέν* additum fuisse, uti a Polybio sine dubio etiam *εἴχοντ'* scriptum fuit. VI, 4. corrige *ὥστε ἐξ*, sed IX, 3. ferri debebit *προσόδου· οἱ* et *διεφθείροντο. οὐκ.* XI, 1. *Θεοπόμπῳ· ὃς.* 10. *παρείχοντο. ὅθεν.* 11. *εἶναι· οὐδὲ.* XII, 2. *διατίθεται. εἰ.* 3. *χρήσασθαι· οὗ.* 5. *καὶ ἀνανδρίαν.* XIII, 3. *συγγραφεῖ·. ὃς*, quamquam negari non poterit his quoque in locis hic illic ab epitomatore nonnulla omissa aut aliter esse collocata videri. C. X, 2. tamen corrige *οὐδέποτε ἀγαναχτήσειν.* XI, 9. (in verbis Theopompi) *δὲ ἀλλήλοις.* XII, 5. *δὲ ἀναισχυντίαν.* XIII, 3. *γε ἐπιβαλόμενος.* XIV, 7. *τὸ ἔθνος.* XV, 2. *δύο ἡμέρας.* XVII, 4. *δύο ἢ.* 7. *δὲ, εὖ.* XVIII, 1. *ταῦτα Ἀριανόν.* XIII, 6. autem in verbis: *νὴ Δία ὅτι ἐκείνης* scribe *νὴ Δί' ὅτι κείνης*, uti XVIII, 3. et 5. in *τοῦ Ἀριανοῦ.* XIX, 4. *τῷ Ἀριανῷ.* 8. *τοῦ Ἀριανοῦ.* 9. *τῷ Ἀριανῷ* et XX, 11. *τοῦ Ἀριανοῦ* et XXII, 4. *ὁ Ἀχαιός* articulus et hic illic fortasse etiam totum nomen ab eclogario additum esse videtur. Articulum si deleveris XIX, 4. *παραυτίκ'* pro *παραυτίκα* ante *Ἀριανῷ* scribes. Apostrophum pone etiam XIX, 2. in *δὲ Ἀντίοχος.* 6. *δὲ Ἀριανὸς.* XX, 8. *ἵνα, ἐπειδὰν*, commate deleto, et ib. in *τότε ἐπιλαβόμενος.* XXII, 11. *δὲ ἐγεγόνει.* Non offendes XIX, 11. in *καὶ ἔτι* et XX, 5. *καὶ Ἀριανοῦ.* Cap. XXIV, 3. in loco ex Athen. VI, 13. petito Polybius neque *τἆλλα ἀνὴρ* neque *διατρέφετο*, ὃς scripsit. Ita etiam c.

XXV. in Ἁρμόσατα, ἡ nomen ab epitomatore ex antecedd. videtur esse repetitum. XXVI, 10. in verbis: Τότε οὖν τὰ μὲν non cum Schweigh. illud οὖν, quod nullus habet codex, neque cum Reiskio δὴ, minus etiam cum eodem pro ἔτι δὲ τὴν τῆς λείας — ἐπεὶ δ' ἐδοκουν τὴν λείαν scripserim, sed codicum scripturam non mutaverim. Quod si minus placet, solum μὲν post Τότε addiderim, ut quae hic leguntur cum iis, quae cap. XXVII. sequuntur, conjungantur. XXIX, 9. Casaub. cum Urs. scripsit ὡς δὲ αἱ μὲν, ed. 1. tamen cum mss. habet ὡς δ' ἀεὶ μὲν, unde equidem ὡς δ' αἱ μὲν fecerim. Cap. XXXIII, 4. in verbis τότε μὲν δὴ ἀφῆκε non dubito quin pro δὴ ἀφῆκε legendum sit διαφῆκε, coll. II, 54, 14. 55, 1. IV, 14, 4. III, 109, 13. XXXVI, 5. in ὁ Ἀννίβας articulum deleverim, et ib. 9. in verbis: συνεωρακὼς τὴν πλατεῖαν εὐδιακόσμητον οὖσαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λίμενος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, offendo, quia platea, quae sit intra murum arcem ab urbe separantem, simul praeter murum e portu ad mare externum ducere dicitur. Tarentini autem navibus suis uti non poterant, quia Romani arcem tenebant et cum arce simul introitum et exitum portus (3. κρατούσης γὰρ τῆς ἄκρας τῶν κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπων). Opportunissima igitur iis ea via sane erat, qua tuti ab iis qui arcem tenebant (ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος) simul praeter munimenta portus (παρὰ τὸ διατείχισμα τοῦ λίμενος) in mare externum pervenire poterant. Quibus de causis mihi ἐκ delendum esse videtur. C. XXXVII. in fragmento ex Suida petito Polybius δ' pro δὲ ante ἐξ et pro ὅτι ἑορτὴν, quia de certo festo sermo est ὅτι τὴν ἑορτὴν scripsisse videtur. De iis autem quae in fine leguntur: τῷ δὲ (scr. δ') οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει, hoc tenendum, in Herone ἐπολιόρκει omnino non, in Suida autem πολιόρκει esse additum, scilicet, inquit Schweigh., ut uno verbo clauderetur periodus et integra fieret oratio, cum alia atque alia apud Polybium verba sequerentur, quae brevitatis causa in unam vocem contraxit Lexicographus, sive Epitomator Polybii,

ex quo illud fragmentum transcripsit Suidas. Similiter Lachtius in Maji Exc. Vat. ad verba: (Ὅτι Τιβέριος—δόλῳ ἐνεδρεύθεις—κατέστρεψεν) recte adscripsit: „Verba, quae uncis inclusimus, epitomatoris sunt.“ Quae cum ita sint mecum facies, qui hoc in libro pleraque vitia eclogario tribuenda esse censuerim.

Lib. IX, 1, 3. corrigendum est γε οἱ. II, 2. τὰ ἀλλότρια. III, 1. pro τὸν χάρακα τοῦ Ἀππίου scribe τὸν χάρ. τὸν Ἀππίου. 4. verba: μήτε ἐκκαλεῖσθαι ex conjectura Reiskii satis probabili sunt addita, modo scribatur μητ'. 8. corrige τε, ἀδιαλείπτως. 9. in verbis: Δοκεῖ δέ μοι αἴτιον τοῦτο γεγονέναι, videtur τ' αἴτιον τοῦτο i. e. τὸ αἴτιον τοῦτο scriptum fuisse. 11. in συμβαίνοντα εἰκότως apostropho utere. IV, 2. recte legere poteris ἡττᾶτο. οἱ. V, 4. de τὰ ὅλα judica uti supra, 6. ne offende in ἐλπίδα. Ἀννίβας, neve VI, 2. in μὴ οὐ. X, 3. jam Reiskius et Schweigh. verum viderunt in verbis: Πότερα δὴ οὖν pro δὴ δὲ (ac potius δ') esse scribendum. Plura autem a viris doctis sunt disputata et mutata 7. in verbis: Ὁ γὰρ οὕτως ✲ ὁρμώμενος, οὐδέποτε μακαρίζει τοὺς τἀλλότρια κεκτημένους, οἷς φθονεῖ· ἅμα καί τις ἔλεος αὐτῶν ὑποτρέχει τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποβαλόντων. Schweigh. haec adscripsit: „Asteriscum in signum defectus aut corruptelae adposuit Casaubonus. Tum vero Reiskius ad h. l. sic monuit: Forte θεώμενος legendum est, et delendus asteriscus: nam qui sic spectat (scil. signa deorum affabre facta, his modis parta, et templa deorum et basilicas, atque fora, et publica atque privata aedificia ad hunc modum, spoliis puta gentium devictarum exornata) ille nunquam beatos praedicat eos, quibus cum invidet, tum una quoque subit eum cum invidentia adversus raptores, commiseratio erga spoliatos. Apparet ex hac interpretatione, sic distinguendum et legendum esse: οἷς φθονεῖ ἅμα, καί τις ἔλεος αὐτὸν (non αὐτῶν) ὑποτρέχει. Omnino, (pergit Schweigh.) aut ὁ θεώμενος legendum videtur, sicut τοὺς θεωμένους habemus versu 9. aut ὁ ὁρώμενος, ut Homerico more verbo medio pro activo usus sit, aut ὁρῶν μέν, sequentibus fortasse aliis nonnullis verbis quae intercide-

runt. Sed ipsa illa mira ratio, qua se torsit Reiskius, ut ex verbis *ὁ γὰρ οὕτως θεώμενος* sententiam aliquam exprimeret, satis ostendit, alia etiamnum ex parte laborare orationem; cui facillime medebimur, putamus, si (ut diximus) *οὐ γὰρ οὕτως... μακαριζει* legimus et deinde *ὡς φθονεῖ ἅμα, καί τις ἔλεος* vel *ὡς φθονεῖ, ἅμα δὲ καί τις ἔλεος*. Praeterea *αὐτῶν* defendi quidem poterit, referendo ad *τῶν ἀποβαλόντων*, sed commodius utique videtur *αὐτὸν* vel *αὐτῷ ὑποτρέχει*, subit eum misericordia.“ At locum non recte intellexerunt interpretes. Polybius disputat de errore eorum, qui patriae conducere existiment, undique monumenta rapta in eam transferri. Inprimis dicit eos peccare, qui ejusmodi institutis (i. e. elegantia operum) antea non usi sint, idque expressit scriptor in verbis 4. *Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοιούτων ὁρμηθέντες κ. τ. λ.*). Erunt enim, inquit, qui hoc moleste ferent, quod cives sui alienos mores imitentur (Catonem et similes tibi cogita) iique qui simplicissimo usi sunt vitae genere (*ἁπλουστάτοις χρώμενοι βίοις κ. τ. λ.*). Causamque addit hanc: Nam qui sic i. e. ab his institutis simplicibus est profectus (*Ὁ γὰρ οὕτως ὁρμώμενος*, quod est oppositum illi: *ἐκ τοιούτων ὁρμηθέντες*) nequaquam beatos praedicat qui aliena sibi compararunt, quibus ut invideat seu irascatur (pro *φθονεῖ* scribas *φθονεῖν*) simul etiam commiseratio quaedam eorum, quibus haec initio fuerunt ablata, subit. Nostrum: auf welche unwillig zu sein ihn zugleich ein gewisses Mitleiden gegen die, welche es ursprünglich verloren haben, beschleicht. — De infinitivo v. Kühner. Gr. gr. §. 826, 2. §. 11. ne offende in *μὴ οὐ τοῖς*, ub. ed. 1. male *μὴ οὕτοις* habet, neque XV, 5. in *μὴ οὐ*, XVII, 9. in *Τί οὖν*, nisi ibi mavis *Τί δ' οὖν* scribere. XVIII, 1. *αὐτῷ. οὐκέτι.* 3. *καὶ ἀλόγως.* XIX, 5. *συμμετρία. οἷον.* XX, 4. *δεδήλωται. Οὐ.* XXI, 7. *καὶ ἕτερον.* XXII, 6. *ὅτι ἂν.* XXIII, 4. *μὴ οἷον.* Apostrophum pone XIII, 8. in *δοκοῦντα εἶναι.* 9. *δὲ ἐκλογῆς.* XIV, 3. *δὲ ἱστορεῖν.* XVI, 3. et XXIII, 9. *δὲ ὁ.* XXI, 3. autem pro *ὅτι* post *εἶπῃ* a Polybio *διότι* scriptum fuit. V. Lex. Polyb. quo haec leges: „Frequentat Polybius *διότι* pro simplici *ὅτι*. Pro *διότι*

vero passim a librariis nonnullis et editoribus ὅτι temere erat invectum, ut monui ad I, 10, 7. I, 26, 10. V, 33, 3.“

Plura vitia etiam in reliqua libri noni parte reperiuntur, quae ab epitomatore profecta esse videntur, veluti XXV, 4. in ὅτι δὲ Μασανάσσου ἀκριβέστερον διήκουσα, ubi Polybius fortasse ὅτι δ' ἀκριβέστερον Μασανάσσου διήκουσα scripserat. XXVI, 7. ἐνίας δὲ καὶ παρασπονδῆσαι ὑπέμεινε, ubi δὲ ex conj. Schweigh. est editum, cum Vales. habeat γὰρ et in Notis praetulerit γοῦν. In mss. est δὰς, unde facile facies δ' ἅς. Quod si probas pro παρασπονδῆσαι dabis παρεσπόνδησεν et ὑπέμεινε cum μετανιστὰς et ποιῶν strues. 11. in verbis: ὠμοῦ γενομένου αὐτοῦ, αὐτοῦ epitomatori nec Polybio deberi videtur. Non minus XXVII, 8. in verbis: τοῦ γὰρ Ἀχαΐαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀφωρισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς οὗτος τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, nisi plura, certe ordo ab eclogario est mutatus. C. XXVIII, 4. pro δεῖ in πολλοῦ γε (al. δὲ) καὶ δεῖ, ἀλλὰ videtur δεῖν scriptum fuisse. XXXVII, 2. in verbis εἰ μὲν ὅμοια εἴη τὰ πράγματα νῦν aptius νῦν locum suum post ὅμοια tenebit. Offendit etiam utpote in Polybio XXXIX, 3. δηλονότι ἄπερ. Corrigenda autem sunt XXV, 5. δὲ ἐκ, 6. ἀλλὰ ἀεὶ. XXX, 5. γε ἀληθείᾳ. XXXIII, 6. τὸ ἱερὸν. XXXIV, 9. τε ἐπὶ. XXXVII, 6. πράγματα ὑμῖν. Ferenda erunt XXVII, 9. καὶ ὁ. XXXI, 4. καὶ ἐλάβετε. XXXIII, 10. ἐχρήσατο, ὦ Χ. XXXVI, 4. πολίτευμα. ἀνθ' et 6. Τί οὖν, uti XXXVII, 2. εἶναι. εἰ. Sed XXXIII, 3. in verbis: διὰ Φιλίππου οὐ μόνον ex Aug. Reg. et Vesont. da διὰ Φιλιππον, et XXXVIII, 4. cum Reiskio et Scaligero, non improbante Schweigh., ὑπὲρ post καὶ dele, cujus loco omnes libri περὶ tuentur. Est etiam in iis quae antecedunt τῆς αὐτῶν scriptum. In cap. XLII. fragmentum ex Herone supra commemorato est adjectum, quod tamen minime Polybianum esse videtur. Reperies in eo hos hiatus: 1. τείχει ὀχυρωσαμένου. 2. παραγενόμενοι αὐτοὶ, ὁ μὲν — στόλῳ, ὁ — καὶ ἱππικῇ — καὶ ἀποκρουσθέντες. 3. ἀγωνισαμένου, ἀπελπίσαντες οἱ Ἐχιναιεῖς — Φιλίππῳ. (4.) οὐ — τε ἦσαν — ἐνδείᾳ ἀναγκάζειν.

Cap. XLV, 1: legis in fragm. ex Athen. X, 6. τινα ἀναγράφει, sed haec sunt verba Athenaei. In Ang. Maji Exc. Vat. 1. legis καί ἐστιν et ὅτι ἄν, II. οἱ Αἰγινῆται, ubi articulum dele et ὅτε ἦσαν, ubi ὅτ' ede.

Ex vitiis igitur quae hoc in libro reperiuntur, pauca tantum (XXXVII, 3. et fortasse XXVI, 7. huc referri potest) librorum ope, plura aliis de causis et ex usu Polybii (III, 1. 9. X, 3. 7. XXI, 3.), cetera hiatus causa (XXV, 4. XXVI, 11. XXIII, 4. Maj. Exc. II.) sunt emendanda.

Lib. X, 1, 7. non offendes in τοῦ. ἀπὸ, sed 8. pro εἰς Τάραντα ἐποιεῖτο τὴν ὑπερβολὴν antiquitus fortasse εἰς Τάρ. τὴν ὑπερβολὴν ἐπ. scriptum erat. Ib. in verbis οἱονεὶ ἐμπορίῳ pro οἱονεὶ legendum οἷον esse videtur. Pro ἐμπορίῳ autem ex Aug. et Reg. E. recipe ἐμπορείῳ. Cap. II, 2. leges καὶ ἀπὸ. 4. δέ ἐστιν, quod corriges. 9. autem πολίτευμα· οὔτε feres. V, 2. in verbis: προελθόντος αὐτοῦ εἰς τὸν ἀποδεδειγμένον τόπον, αὐτοῦ a Schweigh. e conject. est additum, cum in libr. mss. non reperiatur. Si est addendum, certe non post προελθόντος, sed post τόπον est addendum. 6. corrige ἀλλὰ ὑπάρχων. VIII, 7. ad verba: ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ γίγνεταί τις τοσαύτη ἀποχώρησις καθ' ἡμέραν ἐπὶ δεῖλην ὀψίαν. „Post ista verba suspicari licet cum Reiskio," inquit Schweigh., „intercidisse quae referantur ad praecedens vocabulum τοσαύτην in hanc sententiam: ὥστε τὸν βουλόμενον ταύτῃ ἀσφαλῶς πρὸς τὸ τεῖχος παριέναι δύνασθαι. Conf. c. 14." Fortasse tamen (quemadmodum idem monuit vir doctus) mente etiam intelligi ex iis quae praecesserunt, haud incommode poterunt haecce verba ὥστε βατὴν εἶναι τὴν λίμνην. Sed id si statuas, pro τοσαύτη legendum videtur τοιαύτη. Equidem pro τοσαύτη conjecerim αὐτῆς. Hoc enim si legitur, omnia bene habent. IX, 7. apostrophum pone in δὲ ἑβδομαῖος. X, 1. minus offendo in Λίβα, οὗ, quia relativum non ad Λίβα, sed ad praeced. κόλπον est referendum, post Λίβα igitur plenius interpungendum. 9. contra in verbis τούτῳ δ' ὁ ἀπὸ τῆς δύσεως articulus ὁ in ed. 1. 2. et Med. abest idque recte. Sunt enim non duo certi colles intelligendi, quorum alter ὁ μὲν μέγιστος ἀπὸ

τῆς ἀνατολῆς, alter ὁ ἀπὸ τῆς δύσεως erat, sed plures, quorum ὁ μὲν μέγιστος ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς jacebat, alius huic oppositus ἀπὸ τῆς δύσεως, ceteri adversus septentrionem (*οἱ δὲ λοιποὶ—πρὸς ἄρκτον*). Videtur autem cum recte ὁ ante *ἀπὸ δύσεως* in libris istis absit, post *ἀντίκειται τις* excidisse. Ibid. 10. in verbis: *αἱ δὲ λοιπαὶ αἱ τῶν ἐλαττόνων βουνῶν ὑπεροχαὶ τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μέρος περιέχουσι.* Schweigh. vulgatum: *ταῖς τῶν ἐλ. βουν. ὑπεροχαῖς* ex conjectura in *αἱ—ὑπεροχαὶ* mutavit, Scaliger. autem Gronovius et Reiskius *αἱ λοιπαὶ* in *οἱ λοιποὶ* i. e. *λόφοι* mutandum esse viderunt. Quibus quidem Schweigh. opponit: se non intelligere, quid sit hoc: *οἱ λοιποὶ (λόφοι) ταῖς τῶν ἐλαττόνων βουνῶν ὑπεροχαῖς κ. τ. λ.* At *λόφος* in universum collem sive majorem sive minorem significat. Potest igitur scriptor bene majores *λόφους* discernere et deinde pergere: ceteri objectu minorum cacuminum circumdant urbem. Ibid. 13. in *τὰ ὑποζύγια.* XII, 7. *τὰ ὅλα* non haerebis neque ib. in *θαρρήσει. οὐ*, fortasse etiam non XIII, 5. in *τι αὐτῷ.* Sed ib. 9. in verbis: *ὅτε δὲ καὶ δοκοὺς ἤ τι τοιοῦτον ἐγχειρήσαιεν ἐπιρρίπτειν οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων* omnes libri *οἱ* ommittunt, quem articulum Schweigh. e conj. Reiskii addidit, Casaub. autem e conj. *ἀπὸ* pro *ἐπὶ* edidit et pro *δοκοὺς ἤ τι* denique, quod Casaub. bene dedit, libri habent *δοκοῦσί τι.* Mihi autem neque articulus necessarius esse videtur, est enim subjectum ex praeced. *τῶν ἀμυνομένων* supplendum, neque *ἀπὸ.* Nam *ἐπὶ* hic loci notionem tenet. XIV, 8. non haerebis in *τὸ ὕδωρ*, neque alia de causa XV, 11. in *Ῥωμαῖοι. Εἰς*, sed XVI, 5. *τε ἀῤῥωστοῦσι* et *τὰ ὅλα* emenda.

Cap. XVIII, 12. in verbis: *οὐκ ὀρθῶς, ἔφη, ὦ στρατηγὲ* non offendes, tacendum tamen non est, *ὦ* a Schweigh. ex Suida esse additum, cum ceteri hanc particulam omittant. XIX, 1. *Μετὰ ταῦτα παρεδίδου τοῖς ταμίαις τὰ χρήματα, ὅσα δημόσια κατελήφθη τῶν Καρχηδονίων*, recte quidem a Casaub. *δημόσια* pro cett. *δημοσία* est correctum, mihi tamen videtur etiam *τὰ χρήματα* non a Polybio profectum esse. XX, 1. corriges *τινα ἐκ.* Facile feres ib. 7. *πολέμου. Ἐπεὶ* et XXI, 1.

αὐτοῦ. *Al.* Ib. 3. Casaub. verba καὶ ἀναστροφὴ male e sede sua post τούτοις §. 2. expulit. Ibi in omnibus libris rectius legitur: πρὸς δὲ τούτοις ἀναστροφὴ (reversio in priorem locum) καὶ μεταβολὴ (et conversio in partem oppositam). Vide Schweigh. ad h. l. Corrigendum est porro 3. δὲ ἐκπερισπασμός. et 4. εἰς οὐλαμούς τε καὶ εἰς ἱππαρχίας. Hoc quidem in loco libri omnes θεειλὰς vel θεειλας habent, pro quo corrupto vocabulo in ora Aug. et hinc in ora Herv. est καθ' ἴλας. Unde Casaub. effecit οὐλαμούς τε καὶ ἴλας εἰς ἱππαρχίας. Debuerat saltem, inquit Schweigh., καὶ ἴλας καὶ ἱππαρχίας. Reiskius conjecit: εἰς οὐλαμοὺς, αἵτε κατ' ἴλας εἰς ἱππαρχίας. Schweigh. denique locum dedit, uti supra scripsimus. Equidem cum Scaligero, nihil utique repugnante Schweigh., scribendum esse duco: εἰς οὐλαμοὺς, εἰς ἴλας, εἰς ἱππαρχίας (cujus loco nonnulli codd. Reg. F. b. G. b. Tüb. 1. male ἑπαρχίας praebent.). Οὐλαμὸς tum turma est, quae (v. Polyb. VI, 28, 3. et sq.) ex triginta, ἴλη ex sexaginta quatuor (hoc enim numero Polybium usum esse scribit Aelian. c. 21.) et ἱππαρχία ex DXII. equitibus constabit. Ib. 9. in συμπεριφέρονται οἱ πολλοὶ τοῖς παραγγελλομένοις in aliis codd. est συμφέρονται, in aliis παραγγελλομένοις. Polybium autem verba potius ita collocasse τοῖς παραγγελλ. οἱ πολλοὶ verisimile est. XXIV, 3. legis τὰ ὅλα. Ab epitomatore profecta sunt, certe in brevius ita contracta, ut argumentum eorum, quae antea narrata erant, indicent, quae init. c. XXVI. leguntur: Φίλιππος ὁ βασιλεὺς Μακεδόνων μετὰ τὸ ἐκτελέσαι τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα, αὖθις et cetera, quae deinde Polybii sunt. Ib. 5. mutanda sunt verba: Διὸ καὶ χρώμενος τῇ κατὰ τὴν παρεπιδημίαν ἐξουσίᾳ ἀναίδην. Ἀνέδην pro ἀναίδην recte jam Schweigh. ex satis idoneis argumentis legendum esse suasit. Sed ego aptius etiam legi censeo τῇ — ἀνέδην ἐξουσίᾳ, quia scriptor relaturus est, quod ex §. 2. intelligitur, eum regia licentia, quae in peregrinatione effrenata erat, usum fuisse. Licentia peregrinationis contra quaenam sit, minus luculenter apparet. Ib. 7. in alio fragmento Φιλίππου ante οὔτ' ab eclogario est adscriptum, ut significetur, de quo sermo

sit. Cap. XXVII, 6. non puto Polybium ipsum verba ita dedisse: ἀτειχίστος οὖσα ἄκρων. 7. scribe τὸν pro ἐνὸς ante ἀπορίαν. XXIX, 4. minus offendo in πορεύεσθαι ὁμοίως neque XXX, 5. in ἀναβολή. Οὖσιν. Cap. XXXI, 6. vitium est in verbis: ἦν συνέβαινε κεῖσθαι οὐ μακρὰν τῆς Τάμβρακος, in quibus ἦν, quod libri non habent, poteris omittere, ut parenthetice dicta sint verba, et κεῖσθαι συνέβαινε scribere. Non scripsit Polybius ib. 8. χαρακώματα διπλᾶ ἐπέκειτο, (num διπλᾶ χαρακώματ' scripserat?) neque XXXII, 1. in. δὲ οἱ ὕπατοι (quae epitomatoris verba esse videntur) neque 4. ὑπερδέξια ἐκείνων, ubi κείνων legendum erit. Facilius id credam 5. ubi διαπεφευγότα. Οἱ legitur, corrigendaque esse duco 9. et XXXIII, 4. τὰ ὅλα. XXXII, 10. ποτὲ ἀναγκάζωσιν et XXXIII, 3. μάλα εἰκότως.

Cap. XXXIV, 2. in verbis: ἀρχηγὸς εἶναι ἐβουλήθη τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. (3.) μάλιστα πεπεισμένος οὕτως τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα κομιεῖσθαι, καὶ δόξαι οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αἱρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων primum εἶναι ex sola Casaub. conjectura est additum, Ursinus dedit γενέσθαι post ἐβουλήθη. Deinde τῆς τοιαύτης idem Ursin. et Casaub. dederunt pro τῆς αὐτῆς, quod est in libris. Schweigh. mavult τῆς αὐτῶν. Tum post πεπεισμένος vulgo inserebatur comma, quod Schweigh. monente Reiskio delevit, quoniam cum μάλιστα arctissime in sententia cohaereat οὕτως. Denique in eo, quod sequitur καὶ δόξαι haesit Schweigh. dicens, nec sententiam bene cohaerere nec constructionis orationis satis constare rationem, quum aut δόξειν oporteret scribi aut δόξαι ἄν. „Nos quidem," inquit, „non dubitamus, εἰ δόξαι scripsisse Polybium." At mihi lectio codd. hic minus vitiosa esse videtur, si cogitas Polybium haec scripsisse: ἀρχηγὸς ἐβουλήθη τῆς αὐτῆς (ejusdem defectionis quam Hispani moliebantur) ὁρμῆς (μάλιστα πεπεισμένος οὕτως τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα κομιεῖσθαι) δόξαι καὶ (ita ordinem verborum ex καὶ δόξαι mutaverim) οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αἱρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων, ea vi ut sit: volebat auctor ejusdem defectionis videri (εἶναι ante δόξαι poterat addi,

potest tamen etiam abesse) neque necessitate coactus, sed sponte ad Romanos defecisse. Ib. 10. noli haerere in *πράγματα*. *Ἐδεκὼν*, sed XXXV, 1. articulum *τοῦ* dele ante *Ἐδεκῶνος* et *ὑπ'* scribe pro *ὑπὸ*. XXXVI, 6. feres *καὶ ἐπὶ*. XXXVII, 3. *καὶ ἤδη*. et XXXVIII, 3. *ΒΑΣΙΛΕΑ, οἱ μὲν*, quamvis hic exspectassem eodem modo quo XL. *ΒΑΣΙΛΕΑ προσφωνούντων* legi. Ib. 10. corriges *δύο ἡμέρας* et XXXIX, 6. in verbis: *τοὺς μὲν αὐτῶν προσπίπτοντας ἐκ πλαγίου ἐφόνευον* est *ἐκ πλαγίου*, quippe quod non ad *ἐφόνευον*, sed ad *προσπίπτοντας* pertineat, ante hoc verbum collocandum. Alii voluerunt *προσπίπτοντες*. XL, 5. haec nunc ex conject. Casaub. leguntur: *βασιλεύς γε μὴν οὔτε ἐθέλειν εἶναι, οὔτε λέγεσθαι παρ' οὐδενί*. At *εἶναι* omnes ignorant libri. Mihi igitur cum haecce praecedant: *βασιλικὸς βούλεσθαι καὶ λέγεσθαι—καὶ—ὑπάρχειν* videntur verba simplicius ita corrigenda esse: *βασιλεύς γε μὴν οὐκ ἐθέλειν οὐδὲ λέγεσθαι* i. e. regem quidem se ne appellari quidem velle. 8. pro *ὑπερφρονεῖν ἂν ἐποίησε. Ὁ δὲ Πόπλιος τοσοῦτον κ. τ. λ.* quod e conject. Casaub. est editum, cum Aug. Regg. E. F. G. scripserim: *ὑπερφρονεῖν ἂν ἐποίησε. Πόπολις* (codd. tamen male post *Πόπλιος* interpungunt) *δὲ* (hoc cum Ursino est adjiciendum) *τοσοῦτον κ. τ. λ.* Ed. 1. Med. Vesont. male habent: *ὑπερφρονεῖν ἂν, ὃ ἐποίησε Πόπλιος*. Ib. 9. verba: *ὥστε, οὐ μεῖζον ἀγαθὸν—οὐ τολμήσειε,—τοῦτ' ἐκεῖνος* e conject. Casaub. ita sunt edita. Ursin. voluit *ὡς* pro *ὥστε*, cum in libris legatur: *ὃς οὐ μεῖζον—τολμήσειε*, omissa hic negandi particula. Cetera recte sunt correcta, sed ex *ὃς* aut *ὡς* cum Urs. quod malim aut *ὥσθ'* faciendum erat. Ib. 12. *ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ταρακῶνα*, ante *ἐν τούτοις* ab Urs. et Casaub. est correctum pro *Ταρακῶνας* quod libri habent. At cum sequatur *ἐν τούτοις τοῖς τόποις*, mihi *Ταρακῶνος* a Polybio scriptum fuisse videtur i. e. regionem.

Cap. XLI, 3. corrige *δὲ Ἀχαρνᾶνας* et XLIII, 8. *δὲ ἔχειν*, sed XLI, 7. ferendum *καὶ ἐπὶ*. XLIII, 9. *καὶ ἐπικουρίας* et ib. 2. *πυρσοί. Ἄρτι*. XLIV, 3. in verbis: *ἐν δὲ τούτοις μέσοις ἐμπεπηγέναι [βακτηρίας διηρημένας εἰς]*

ἴσα μέρη τριδάκτυλα· quae uncis inclusa sunt, adjecit Casaub. Reiskius aut ξύλα aut ξυλήφια κατατετμημένα vel βακτηρίας κατατετμημένας conjecit. Aliquid excidisse quisque facile concedet, quid tamen exciderit quis dixerit? 7. crasi utere in τὰ ἀγγεῖα et 8. in τὸ ὑγρὸν, uti feres καὶ ὁμοίων. Sed XLV., in verbis: Ταῦτα δὲ βραχὺ μέν τι τῆς διὰ τῶν συνθημάτων πυρσείας ἐξαλλαχέναι δοκεῖ· ὁμοίως δ' ἐστὶν ἀόριστα primum libri omnes pro τῆς —πυρσείας, quod e conject. Casaub. est receptum, habent aut τῇ —πυρσείᾳ, uti ed. 1. et Aug. aut τῇ πυρσίᾳ uti Regg. F. G. Vesont. Tub. Deinde δοκεῖ· ὁμοίως δ' a Casaubono est datum pro solo μήδ', quod est in codd. Gronovius quidem invenit in suo intra lineas: ἐξήλλαχεν· ὁμοίως δ' ἐστὶν ἀόρ., sed id e conjectura ortum esse jure suspicatus est Schweigh. Scaliger conjecit: ἐξήλλαχεν, ἅμα δ' ἐστὶν, Reisk.: ἐξήλλαχεν, ἐν ἄλλοις δ' ἐστὶν. Ego locum facilius etiam ita emendari posse censuerim: Ταῦτα (ea, quae Aeneas dedit praecepta) δὲ βραχὺ μέντοι (pro μέν τι) τὴν (pro libr. τῇ) διὰ τῶν συνθημάτων πυρσείαν (pro codd. πυρσείᾳ) ἐξαλλαχέναι (vi transitiva ut sit: mutasse) μήδ' (sive μηδὲν) ἐστὶν ἀόριστα, ut sententia haec sit: Haec autem Aeneae praecepta profecto rationem per signa conventa sibi aliquid significandi paululum mutasse, nequaquam non sunt definienda sive ne obscura quidem sunt. Quae si probas, sane conjicere poteris ἀόριστον. Ib. 9. pro μέχρι ἂν scribendum erit, quod, uti videtur, etiam Schweigh. voluit, μέχρις ἂν. Ib. ὁ ἕτερος fortasse mutandum est in ἕτερος et XLVI, 1. ἑκάτεροι ante ἐπὶ τοῦ τόπου usui Graecorum convenienter in ἑκάτερος. Ib. pro δύο αὐλίσκους, quod e conject. Scaligeri Casaubonus primus edidit pro cett. libr. διαυλίσκους, scribe δύ' αὐλίσκους. 5. in γράμματά ἐστιν pone apostrophum. 7. δύο αἴρειν Casaub. ex διαίρειν fecit, rectius tamen habet Med. δύ', sequente minus recte αἱρεῖν. Ib. 9. in verbis: ἐξ οὗ τὸ ῥῶ γράφει ὁ δέχομενος τοὺς πυρσούς, verba: ὁ δεχόμενος τοὺς πυρσούς ab aliena fortasse addita sunt manu. Hoc enim per se patet quis scribat, praesertim cum etiam praecedant 8. ὃ δεήσει γράφειν εἰς τὸ πινάκιον τὸν ἀποδεχόμενον

τοὺς πυρσούς. Non offendit XLVII, 6. καὶ ἕτερα, neque 7. καὶ ἀσυνήθη. Ib. 8. ad verba: πρῶτον τὰς ὄψεις ἐπὶ τὰ σχήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν γραμμάτων ἐπιστῆσαι „notari utique in scholio sub contextu debebat," ipsius Schweigh. sunt verba, „unius Casauboni ingenio haec deberi, qui ne satis quidem gravi de causa fortasse a codicum scriptura discessit. πρῶτον ἐπὶ τὰς ὄψεις τὰς ἑνὸς ἑκάστου etc. ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. neque ex Urb. diversam scripturam in ora Basil. adnotavit Casaubonus. πρῶτον ἐπὶ τὰς ὄψεις ἑνὸς ἑκάστου Med. et Leid. omisso posteriore articulo τὰς, qui perinde et adesse poterat et abesse. (Ego praeferrem tamen articulum.) Ea si vera est scriptura (quod pernegare quidem non ausimus) erunt αἱ ὄψεις τῶν γραμμάτων idem atque οἱ τύποι apud Dionysium Halic. Et paulo quidem rarior erit is usus vocabuli ὄψις, nec tamen ab analogia prorsus alienus, nec ceteroquin inauditus. Sane haud multum dispari ratione τὴν ὄψιν τοῦ σώματος προορᾶν corporis speciem (vel figuram) conspicere Thucydides dixit VII, 44. Verbum autem ἐπιστῆσαί τινι non opus habet adjecto accusativo casu, sed intellecto nomine τὸν νοῦν, saepius etiam apud scriptorem nostrum significat: considerare, attente adspicere aliquid." Cap. XLIX, 14. ἐν δὲ τούτῳ τῷ κινδύνῳ τὸν μὲν ἵππον συμβαίνει Ἀντιόχῳ ἀποθανεῖν τραυματισθέντα, αὐτὸν δὲ πληγέντα. Schweigh. Ἀντιόχῳ e conjectura addidit, cum Reiskius aut Ἀντιόχου aut βασιλέως conjecisset. Deesse aliquid concedo, sed id Ἀντιόχῳ non fuisse idem contenderim, magis βασιλέως probaverim, sed etiam τραυματισθέντα, αὐτὸν Polybium scripsisse nego.

Possunt igitur hoc in libro viginti duo graviores hiatus, iis qui apertius epitomatori debentur aut aliquo modo apostropho possunt tolli omissis, enumerari, ex quibus octo minime librorum manuscriptorum auctoritate nituntur, veluti V, 2. IX, 9. 10. XIII, 9. XXXIV, 2. XL, 5. XLV, 1. XLIX, 14., septem aliis etiam de causis offensioni sunt, ut VIII, 7. XXVI, 5. XXXIV, 3. XXXIX, 6. XLIV, 3. XLV, 9. XLVI, 9., et octo ob ipsam vc-

calium concordiam sunt suspecti. Huc refer X, 8. XXI, 9. XXXI, 6. 8. XXXII, 1. XXXV, 1. XLV, 9. et XLVI, 1. Lib. XI, 1, 8. νίκη. οἱ poterit defendi. II, 9. δέ, ἕως facile corrigi, item IV, 1. ἔνθα ἦν. V, 1. fer οἱ ἄνδρες et 5. καὶ ὁ. 8. corrige πράγματα ἐπιστάσεως. VI, 2. δὲ ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ, ubi Casaubonus praepositionem e conject. adjecit. Quod autem in cod. Vesont. super secunda litera vocabuli ἐξανδραπ. superscripta est litera π ab eadem manu, videtur ex lectione δ' ἐπ' ἐξανδρ. ortum esse. Librarius qui δεπ legebat, π quid hic sibi velit non intelligens super ξ scripsit. Ib. 5. pro τὰ ἔππλα scribe τέπιπλα. In iis quae VII, 10. leguntur: Αἱρουμένων μὲν τῶν Αἰτωλῶν τὴν εἰρήνην, ἑτοίμως δέχεσθαι· εἰ δὲ μή, τοὺς θεοὺς—ἐπιμαρτυραμένους χωρίζεσθαι particulae illae: εἰ δὲ μὴ e conject. Ursini sunt receptae. Videtur tamen nil nisi δὲ ante θεοὺς excidisse, ut sententia sit: se si Aetoli pacem probarent, libenter id accipere, deos autem atque legatos testari, omnium, quae Graecis postea sint eventura, Aetolos, non Philippum auctorem esse censendum. Nos: sie würden zwar bereitwillig, wenn die Aetoler es wollten, Frieden machen, aber die Götter und die aus Griechenland hier gegenwärtigen Gesandten zu Zeugen aufrufen, dass von allem, was die Griechen treffen könne, die Aetoler, aber nicht Philipp als die Veranlassung angesehn werden dürfe. In his enim verbis minae insunt, se quidem ad pacem faciendam paratos esse, sed etiam ad mala Graecis inferenda. Cap. VIII, 3. in fragmento ex Suida s. v. στρατηγία et ora Urb. petito verba: πάντων ἦσαν ἀνεννόητοι οἱ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγοὶ ἁπλῶς non ita sunt a Polybio profecta. Idem Suidas s. v. ἀνεννόητοι locum ita affert: Πάντων δὲ (scr. δ') ἦσαν τούτων οἱ στρατηγοὶ ἀνεννόητοι. Equidem igitur conjicio verborum ordinem hunc fuisse: Πάντων δ' ἦσαν τούτων οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἁπλῶς ἀνεννόητοι. Ib. 6. scribe δ' pro δὲ ante οὐδέ. X, 3. non offendes in καὶ ἀνεπίφθονος, sed 4. in verbis: τοιγάρτοι βραχέα καὶ τὰ τυχόντα ἀποφαινόμενος, μεγάλην ἐγκατέλειπε πίστιν τοῖς ἀκούουσι post τυχόντα verbum aliquod uti μόνον desidero. 8. corriges ἐπο-

ρεύετο εἰς, non minus XII, 3. δὲ ὑπὲρ, sed ib. ferea καὶ ἀπονενόητον. Non ferri possunt, quae nunc XIII, 2. ex conject. Casaub. leguntur: διὰ τὸ ἀμφοτέρους ἐπὶ πολὺ διακατέχοντας, ubi libri omnes διὰ μὲν habent, quod minime erat mutandum: per utrasque quidem copias diu locum suum tenentes. Denique autem, pergit, praevaluerunt tyranni mercenarii, ita ut per διὰ ἀμφοτέρους—διακατέχοντας causa superiorum indicetur, per μὲν autem significetur, diu quidem id durasse, sed denique alteram partem praevaluisse. Hoc enim minus offendit, quod in altera sententia structura est mutata oratioque directa facta. XIV, 4. legis τὰ ὅλα.

Cap. XV, 2. neque ἀπέστη, ἀλλ', neque γενέσθαι ἔρημον Polybium scripsisse credo, in altero loco verborum ordo fortasse ἔρημον γενέσθαι erat, in altero ab epitomatore aliquid praetermissum esse videtur. 5. δ' pro δὲ pone ante ἐπέταξε et 7. ὥστ' pro ὥστε ante ἐν. Ib. 8. e conject. Reiskii est editum: μήτε τινὰ ἀχρίαν ὕλην ὑπάρχειν, cum in omnibus libris vulgatum sit: μήτε τὴν ἀγρίαν ὕλ. ὑπ. Tu scribe τιν'. Cap. XVI, 1. in verbis: τὸν ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐωραμένον ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν, ed. princeps χρόνον habet pro χρόνου, recte, ni fallor, modo καιρὸν deleas, ut verba sint haec: τὸν ἐκ πολλοῦ χρόνον ἐωραμένον ὑπ' αὐτοῦ. Ib. 3. corrige δὲ ὑπὸ. 5. τότε ἐπὶ. XVII, 2. τὰ ὅλα. XVIII, 6. δὲ ἀμφοτέρων. 9. in verbis: καὶ πολλῷ χρόνῳ οὐ δυνάμενοι ex usu Polybii πολλῶν χρόνων scribendum esse videtur, v. III, 90, 7. et 85, 9. XIX, 7. conjecerim Polybium pro καὶ θαρσῶν εἴποι, ὡς scripsisse: καὶ εἴποι θαρσῶν ὡς. Minus offendo XX, 3. in πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι, sed 6. pro ἀξιόχρεοι ἦσαν scribe ἀξιόχρεως ἦσαν, v. quae supra sunt dicta. XXI, 7. τὰ ὅλα. XXIV, 8. παραχρῆμα ἂν. XXV, 7. μηδέποτε ἐᾷν emenda. Hic Reiskius quidem ἐᾷν deletum voluit, sed bene verbum defendit Schweigh., modo scribatur μηδέποτ'. Ib. pro καὶ ἐν scrib. κἂν, sed XXVI, 6. offendo in verbis: ἐφόδια παρεσκευάσθαι εἰς πλείω χρόνον, minus in illis: πορευομένῳ. ὅ, quamvis hic e Reg. E. bene etiam πορευομένων recipi possit. Facile corriges

XXVIII, 4. τοῦτο ἐμὸν et 5. ἄρα ἐκ, sed 11. et XXIX, 6. τί οὖν feres. XXX, 1. in verbis: ἅμα δὲ τούτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο offendunt verba δεδεμένοι γυμνοὶ ita sine copula ad γεγονότες additi. Mihi igitur Polybius γυμνοί θ' οἱ scripsisse videtur. Non minus copulam desidero ib. 3. in verbis: εἵλκοντο διὰ μέσου, ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν inter αἰκισθέντες et ἀπηλλαγμένοι. Scribe igitur καὶ ἀπηλλαγμένοι, quod antiquitus fuit κἀπηλλαγμένοι. Ib. pro κατα κοινοῦ ἔλαβον bene jam Schweigh. κατὰ κοινὸν conjecit, cf. IV, 3, 5. IV, 5, 2. et saepius. Quod XXXII, 3. legitur: ἐπὶ τὰ θρέμματα, ἐφῆκε ex conject. Scalig. et Casaub. editum est, cum libri habeant ἀφῆκε et Reg. E. ἐξαφῆκε. Tu scribe θρέμματ' ἀφῆκε et cf. V, 8, 4. Non offendo XXXIII, 3. in μάχῃ. οἱ. XXXIV, 1. ὁ Εὐθύδημος ab epitomatore additum esse censeo. Ib. 4. ὥς γε ἐὰν edidit Schweigh. e conject. pro cett. ὥστε ἐάν, tu scribe ὥς γ' ἐὰν. Ferendum fortasse est πεντήκοντα, ἔτι δὲ.

In excerpt. Vatic. Angel. Maji l. legitur ὅτι πολλῷ ἐστὶν ἄμεινον, sed rectius locum Schweigh. e libris dedit (v. V, 10.) πολλῷ γάρ ἐστιν ἄμεινον. Ib. III. verba Συφάκι, ἅτε initio fragmenti contracta sive mutata sunt et ibid. verba Ρωμαϊκῷ ο jam Luchtius vidit esse ejus, qui excerpta confecerit.

Ex quatuordecim igitur hujus libri hiatibus quatuor librorum ope potes corrigere (VII, 10. XIII, 2. XVI, 1. et in Vat. Exc. 1.), quatuor aliis etiam de causis emendandi esse videntur (XVIII, 9. XXX, 1. 3. bis.), ceteri hiatus ipsius causa offendunt (VIII, 3. XV, 2. bis. XIX, 7. XX, 6. XXVI, 6.).

Lib. XII, c. II, 2. legitur καὶ ἀκανθῶδες. 7. καὶ οἶνος et καὶ ἀπολαυστικὸς. 8. καὶ ὄξυς. III, 2. pro καὶ ἀκάρπου ὑπαρχούσης τῆς Λιβύης, scribe καὶ ἀκάρπου τῆς Λιβύης ὑπαρχούσης. Ib. 10. verba: δοκεῖ εἶναι λαγὼς Athenaeus IX, 14. melius ita dedit: εἶναι δοκεῖ λαγὼς. IV, 1. corrige πάντα εἶναι. 4. legi poterit ποιεῖ. ὑπὲρ. V, 6. nunc quidem e conject. Casaub. haec leguntur: Πρῶτον μὲν, ὅτι πάντα τὰ διὰ προγόνων ἔνδοξα παρ' αὐτοῖς

ἀπὸ τῶν γυναικῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν εἴη· οἷον εὐθέως, εὐγενεῖς παρά σφισι νομίζεσθαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἑκατὸν οἰκιῶν λεγομένους. In libris enim est pro εἴη—εἰς τὸ, in Urb. εἰς τὸ ον οἷον. Urs. suspicatus est ἐστὶν, Reiskius νενόμιστο, Schweigh. dedit quidem εἴη, improbavit tamen hoc ipse et maluit ἐστὶν. Mihi hoc sane probabilius esse visum est quam εἴη, non negaverim tamen antiquitus aliud quid, quo inprimis scriptura Urb. ducat, scriptum fuisse videri. VI, 7. in fragm. ex Athen. VI, 18, 20. verba sunt vel Athenaei, uti τῇ ἐνάτῃ, vel Timaei, uti ὑπὸ ἀργυρωνήτων et δὲ ᾐτιῶντο. VII, 3. τὸ ὅλον male abest in Regg. F. G. Vesont. VIII, 1. verba: Πολλὰ ἱστορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος epitomator praefixit, ut quae ab ipso excerpta sequuntur intelligantur. C. X, 4. corrige δὲ, ἀκούοντας. XI, 3. δύω ἔθνη et scribe δύ' ex δύο. Ib. 5. offendo in ἵνα μηδενὶ διαπορεῖν ἐξῇ, ἀλλ', minus 8. in Διονυσίου· ἤπου. XIII, 1. τὸ ἱερὸν legitur. 9. καὶ ἐπὶ, ubi κἀπὶ scribendum. Ib. nunc quidem e conj. Gron. et Reisk. editum est: ἐφ' οἷς ἂν καὶ τελώνης σεμνυνθείη ἢ βάναυσος. Particulam ἢ tamen non solum codd. Polybii, sed etiam Suidas et cod. Peirescianus ignorant, idque recte. Opifici enim hic locus non est. Nam Demetrius gloriatus esse dicitur, quod multa et vili pretio veneant et quod copiae ad victum necessariae sua ope abundent. Hac re autem non tam opifex quam publicanus poterat gloriari. Unde Demetrius a Demochare illiberalis sive malus (male enim isti homines erant notati) publicanus est vocatus. 11. Schweigh. nequaquam cum Toupio καὶ δὴ ὅτι scribere debebat pro καὶ διότι, quod omnes tuentur libri. Causa enim idonea cur δὴ addatur vel διότι mutetur, prorsus non adest. XIV, 7. corrige τοῦτο ἀναγκαιότατον. Facile tamen feres XV, 3. σύ; Ἐν. 5. ἀποφαίνεται. Εἰ, non ita 6. ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονὼς, ubi ἔτη, quod in codd. Polybii deest, receptum est ex Suida. Fortasse ἔτη post γεγονὼς collocatum fuit et inde excidit. Cap. XVI, 1. in παρὰ μὲν τῷ ἑτέρῳ male accusativus, quem libri praebent, a Casaub. in dativum est mutatus, recteque haec adscripsit Schweigh.: „Videtur eadem notione (apud alterum)

accusativus casus teneri potuisse παρὰ μὲν τὸν ἕτερον (ita cod. G., sed ed. 1, Aug. Reg. F. Vesont. τὸν ἑταῖρον habent). Quam constructionem praepositionis παρὰ cum accusat. pro dativo frequentem apud poëtas et apud Homerum inprimis, ne soluta quidem aspernatur oratio. Simili certe ratione Polybius XI, 14, 3. μεῖναι παρ' αὐτὸν dixit." XVI, 12. corrige δύο ἢ et 13. ἐννενήκοντα ἐτῶν.

Cap. XVII, 4. in verbis: εἶναι δὲ τοῦ μὲν τόπου τὸ διάστημα οὐ πλείω τῶν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων Aug. Regg. F. G. Vesont. ignorant οὐ, quod edd. habent. Poterat facile absorberi, si antiquitus sive δ' οὐ ante τοῦ μὲν sive διάστημ' οὐ scriptum erat. C. XIX, 2. corrige δὲ ὀκτακοσίους. Ib. 3. nunc haec leguntur: ὅμως πεζοὶ μὲν ἀπολειφθήσονται τετρακισμύριοι δισχίλιοι, [ἵπποι δὲ πεντακισχίλιοι,] sed verba ἵπποι δὲ πεντακισχίλιοι e conjectura Reiskii, postquam idem jam voluit Gronovius, sunt addita. Casaubonus voluit equitum quatuor millia. Faciens cum Reiskio conjicio πεντακισχίλιοι δ' ἵπποι scriptum fuisse, quamvis in numeris hiatus minus offendat. 8. corrige δὲ εἴκοσι. XX, 2. ὥστε ἐπὶ. XXI, 5. non offendo in δεξιοῦ· ἔτι δὲ. Si enim cum Schweigh. post τοὺς inseris δὲ (potius δ'), haec ita inter se cohaerent: καὶ τούτου (τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος) μέρος μέν τι πρὸς θαλάττῃ (quod hic Casaubonus post Xylandrum lacunae signum posuit, minus probo), τοὺς δ' ἡμίσεας ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· post quod verbum deinde quaedam videntur esse omissa. Cap. XXIII, 1. verba: Κατὰ τοῦ Ἐφόρου quippe in initio fragmenti posita ab eclogario originem ducere dixerim, idemque statuerim XXV, 1. de verbis: τοῦ παρὰ Φαλάριδος κατασκευασθέντος ἐν Ἀκράγαντι, εἰς ὃν, quae initio fragmenti leguntur et si non addita, certe mutata esse videntur. 2. scribe ὥστ' pro ὥστε ante ἐκπυρουμένου. 3. ne offende in καὶ ἑτέρας neve 7. in καὶ εἰκοστῇ. In cap. XXVI. plures quidem reperiuntur hiatus, sed editores jam viderunt verba non esse Polybii. Leges autem 1. οἱ ὄρνιθες. 2. κακοῦ οὐδενὶ. 3. τῷ Ἄρεϊ. 6. τῇ ὑγιείᾳ. Cap. XXVII, 9. non est dubium, quin συμβαίνει ἐπὶ ἰατρικῆς

mutandum sit in *συμβαίνειν ἐπ' ἰατρ.* Praecedunt enim verba: *Ὁ δὲ Θεόπομπος: τοῦτον μὲν ἄριστον*, unde appareret, orationem esse obliquam. 11. legis *καὶ ἔτι.* XXVIII, 2. verba: *ἢ οἱ φιλόσοφοι ἢ οἱ βασιλεῖς* sunt Platonis et 3 et 5. Polybius imitatus est Platonem scribens: *ἢ οἱ πραγματικοὶ* et *ἢ οἱ γράφειν ἐπιβαλλόμενοι.*

In Excerptis Vat. Maj. 1. pro *φησι*, ante *ἐν* scribe *φησιν.* II. neque *κατὰ τὸ Ἴλιον*, neque *γε οἱ* Polybium scripsisse concesserim. IV. non offendo in *καὶ ἐτράφη*, sed ib. in verbis: *ῥέοντος ποταμοῦ Ἀλφειοῦ· ἐκεῖνον γὰρ* Polybius fortasse *ῥέοντος Ἀλφειοῦ· ποταμὸν γὰρ ἐκεῖνον* scripsit. V. *ὑποδείκνυσιν* pro *ὑπόδεικνυσι* ante *ὡς* scribe. VI. *καὶ ἡ* ferendum et *ταῦτα οὐ* corrigendum. Item VII. *δὲ ἀπαραιτήτου* et *μάλιστα ἂν.* IX. *τε ἦν.* X. pro *ἐρρήθη ἐπ' ἀληθείας*, quod Luchtius dedit, in ed. Rom. est *ἐπ' ἀλήθειαν*, sed equidem non dubito, quin hic eodem modo *κατ' ἀλήθειαν* scribendum sit, quo id paulo post bis scriptum videbis. Jure autem infra offendes in *ἐπιχειροίη, ὥσπερ.* Num *ἐπ. τοῦθ' ὥσπερ* scriptum erat? XI. corrige *δὲ ἀντὶ.* XIII. feres *καὶ ἕτερον — δοκεῖ. Ἐχούσης*, neque minus *καὶ οἱ* et *ὑπόμνημα· οἷς* XV. in verbis corruptis: *περιποιησάμενοι* [*οἱ*] *ἐπειδὰν οἱ* ab edd. est adscriptum. Equidem *πίστιν* suppleverim, pergens deinde per *ἔπειτα.* In iis quae sequuntur mihi post *προσφέρεσθαι* plenius interpungendum esse videtur, ut per *εἰ* nova incipiat sententia. XVI. Luchtius edidit *αἷς ἐμαχήσαντο οἱ*, sed ed. Rom. praebet *αἷς ἐχρήσαντο οἱ*, quod non improbandum esse censeo, modo scribatur *ἐχρήσανθ'*. Cur enim non *ναυμαχίαις χρῆσθαι* dici potest? Ibid. minime est probandum, quod Luchtius post *ἀπενέγκασθαι ἔστι* addidit. Sententia potius est: scriptorem multa utilia ad similes conditiones i. e. ad similia tempora attulisse mirabitur. XVII. corrige *οὔτε ἐμπείρως*, non ita *καὶ ἀνωφελὲς.* XVIII. in verbis: *εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν τόπων θέας, λοιπὸν, ὅτι, ἐὰν εἴς τι τῶν μερῶν τούτων ἐμπέσῃ κατὰ τὴν ἱστορίαν, πολλὰ μὲν ἀγνοεῖ καὶ ψεύδεται* pro *ὅτι, ἐὰν* ed. Rom. habet *ὅτ' ἄν.* Tu scribe: *εἰ δὲ καὶ τῆς τῶν τόπων θέας λείπων, ὅταν—ἐμπίσῃ—ἀγνοεῖ* et sententia tum demum bene ha-

bebit. C. XX. corrige δὲ ἀληθὴς—δὲ εἰ et δὲ Ἀθήναιος XXI. pro δυναίμεθα ἅμα restitue ex ed. Roman. δυνάμεθα sed cum apostropho δυνάμεθ'. Optativo enim non opus est, quia in hac sententia id quod revera possumus, indicatur. XXII. fer καὶ εἰκοστῇ. Vitiosa sunt quae c. XXIII. leguntur: τίνα διαφορὰν ἔχει ὁ πόλεμος τῆς εἰρήνης, ubi certe ordo verborum mutandus erit et scribendum: τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος. Corrige deinde δύο ἢ. Quod tum nunc editum legis [ἔφη] αὐτοὺς poterit ferri, non ita [οὗ] ὁ, ubi ὧν inseruerim pro οὗ. Neque probo [πολὺ] ἐλάττων conjicioque [ἐστιν] ἐλάττων. Paulo post quod legitur καὶ ἀπιστουμένων non displicet. Sed εἶναι [ἅμα καὶ] nequaquam probaverim. Exempl. Roman. exhibet: εἶναι [ἀλλὰ καὶ]. Equidem solum καὶ suppleverim. XXIV. corrige δὲ ὅτ' et φοροῦσι, ἵνα, sed καὶ ἐπὸ fer. XXVI. pro προίστασθαι· ὃς γε σχεδὸν exempl. Rom. praebet προίστασθαι· ἃ σχεδὸν i. e. τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς πράξεις προίστασθαι. Equidem scripserim: προίστασθαι. ὃ σχεδὸν. XXVII. Luchtius quidem edidit: τοὺς μὲν πολλοὺς καταπέπληγε τοῖς λόγοις καὶ ἀνήρτακε εἰς αὐτὸν..... τινὰς δὲ καὶ προσκέκτηται ἐπεὶ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν, sed in exempl. Roman. est: καταπέπληκται ἀλόγως, ἠνάγκακε δ' αὐτῷ et deinde προσκέκληται καὶ. Equidem igitur locum ita sanaverim: τοὺς μὲν πολλοὺς καταπέπληκται (medium hoc usui Polybii magis convenit quam activum) τοῖς λόγοις, ἠνάγκακε δ' αὐτοὺς—τινὰς δὲ καὶ προσκέκληται (sibi allexit, quod oppositum est illi: καταπέπληκται et ἠνάγκακε, v. VIII, 25, 5.) καὶ μετ' ἀποδείξεως δοκεῖ πείσειν: XXX. pro καταψεύδεσθαι ἐκείνου scribe καταψεύδεσθαι κείνου et ib. ad καὶ ἀσαφῶς, cujus loco ed. Rom. καὶ σαφῶς habet, Luchtius non male suspicatus est Majum fortasse legisse κἀσαφῶς. XXXI. corrige οὔτε ἀνακρῖναι.

Perspicies inde ex viginti duobus gravioribus hiatibus, qui nec interpunctione nec quod alius esse videantur scriptoris excusandi sint, duodecim nequaquam codicum auctoritate niti aut certe eorum ope posse corrigi, veluti III, 10. XIII, 1. 11. XVI, 1. XIX, 8. in Exc.

Vat. XV. XVI. XVIII. XXIII. ter. XXVII, quatuor alia de causis et ex usu Polybii erant emendandi (XI, 8. XXVII, 9. Exc. Vat. VII. XXX.). In sex hiatus erat offensioni, cf. III, 2. XI, 5. Exc. Vat. II. IV. X. XXIII.

Lib. XIII, 1, 1. in *Οἱ Αἰτωλοὶ* Schweigh. articulum ex conjectura nequaquam necessaria adjecit. Ita articulus etiam est delendus c. II, 1. in *Σκόπας, ὁ Αἰτωλῶν στρατηγὸς*, ubi Suidas rectius *Σκόπας, Αἰτωλῶν στρατηγὸς* habet. Ib. 3. corrige *δὲ ἐπὶ*, sed 7. fer *μὴ οὐ*. Emenda porro III, 4. *μήτε ἀδήλως*. IV, 4. *δὲ ἐκ*. V, 1. *δὲ οἱ*. 2. *δὲ εἰσελθὼν*. Ib. 3. in fragmento ex Suida desumto pro *ἀναδέξασθαι ἢ καταφανῆ γενέσθαι* Casaubonus et ceteri Polybii editores praeter Ursin. et Schweigh. habent *καὶ καταφανῆ*, idque rectius. Sententia enim haec est: enarrat Heraclides Philippum voluisse omnia ipsum pati et manifestum factum esse ejus consilium in his rebus: qua quidem re (vulneribus, quibus se affecerat Heraclides) Heraclides liberatus est suspicione. Quod autem viri docti opinati sunt excidisse quaedam post *προαίρεσιν*, id non omnino concedo, videtur potius ante *Πᾶν* sive quod alii habent *Πάνυ* verbum aliquod scriptum fuisse, ad quod *ἢ* referretur. Cap. VI, 5. offendo in verbis: *Ὧν προστάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ἀναδείξας, καὶ χρώμενος δορυφόροις καὶ σωματοφύλαξι τούτοις*, ubi alii codd. Aug. Regg. Vesont. praebent *αὐτὸν*. Equidem suspicor Polybium dedisse: *Ὧν προστάτην αὐτὸν ἀναδείξας καὶ βασιλέα χρώμενος κ. τ. λ.*, ita ut simul *καὶ* ante *χρώμενος* deletur. Hoc enim mirum est, quod se horum regem ostendisse dicitur. Scriptor potius id voluit: eum se eatenus regem praebuisse, quatenus his satellitibus uteretur. Quod deinde *δῆλον ὅτι ἔμελλε* legitur, debetur Casaubono, cum vulgo *ὅτι* desideretur. Schweigh. mavult *δῆλος ἦν ὅτι*. Equidem tamen totum locum ita conformaverim: *Ὧν προστάτην αὐτὸν ἀναδείξας καὶ βασιλέα χρώμενος δορυφόροις καὶ σωματοφύλαξι τούτοις δηλοῦν* (i. e. ostendere, prae se ferre) *ἔμελλε*. VIII, 7. corrige *ἐγένετο ἀρχή*. IX, 1. in fragmento ex Stephano desumto pro *διὰ το εὔκαιρον* libri habent *διὰ τὴν εὔκαιρον*, unde facies *διὰ τὴν εὐκαιρίαν*. Ib. in *νέ-*

Craseos exempla sunt in τἄλλα I, 38, 3. 8. 61, 6. II, 32, 6. in τἀναγκαῖα II, 48, 8. τἀγαθὰ III, 25, 8. et Vat. Exc. XXX, 3. in τἀνθρώπεια XII, 28, 2. XXXIX, 3, 6. τἀκόλουθα XXVIII, 14, 3. τἀπόγαια XXXIII, 7, 6. in τἀναντία III, 26, 3. 108, 10. IV, 8, 10. τἀπίχειρα IV, 63, 1. VIII, 14, 5. 6. τἀκείνων XXI, 10, 5. in ταὐτὸ I, 46, 13. 50, 7. 78, 10. II, 37, 9. 11. et ταὐτὸν II, 56, 11. X, 46, 5. XVI, 36, 5. τἀληθὲς II, 56, 12. et Vat. Exc. XXX, 3. τἀκόλουθον IV, 35, 5. VII, 12, 11. XI, 14, 3. XXII, 6, 10. XXIII, 2, 16. τἀργύριον XXII, 9, 4. ταὐτόματον XV, 16, 6. 28, 5. XXII, 9, 16. τοὐναντίον II, 6, 9. 56, 11. III, 4, 1. τοὔμπροσθεν II, 27, 4. III, 17, 6. 51, 5. τοὔργον II, 42, 3.

III, 21, 7. VIII, 36, 11. XIV, 5, 15. τοὐμπαλιν III, 14, 8. 77, 2. IV, 81, 12. τοὐγκλημα VI, 36, 9. Vat. Exc. XXXVIII, 2. τοὐλαττον VI, 45, 4. τοὐλάχιστον XI, 29, 7. XV, 7, 5. τοὐνομα II, 59, 6. IV, 81, 13. V, 82, 13. τοὐπίσω III, 79, 4. 7. 115, 5. V, 72, 6. τοὐπισθεν I, 51, 8. XVIII, 13, 4. τοὐργανον VIII, 7, 11. in τἀδελφῷ III, 33, 6. 14. 71, 9. 97, 4. V, 40, 7. 53, 11. 56, 2. X, 4, 26. 5, 3. 37, 5. in ταὐτομάτῳ X, 2, 5. XXXII, 16, 13. in τἀδελφοῦ III, 76, 1. 95, 2. V, 40, 5. 7. 41, 2. X, 4, 4. τἀνδρὸς III, 61, 6. 87, 6. IV, 82, 3. VIII, 23, 4. IX, 24, 8. X, 2, 1. 5, 9. XI, 19, 1. XII, 13, 3. in ταὐτομάτου IX, 9, 3. X, 34, 2. XV, 33, 1. XVII, 12, 2. in προὐκαλεῖτο I, 31, 4. III, 60, 9. 100, 3. προὔβη II, 1, 3. III, 79, 6. V, 30, 6. προὐνοεῖτο III, 33, 7. 94, 7. XVII, 14, 12. προὔτεινε III, 103, 7. XV, 8, 4. XXI, 12, 7. προὔθετο VIII, 13, 3., unde simul disces corrigendum esse προέθετο XII, 20, 8. XXI, 9, 13. XXII, 6, 7. 8, 3. XXV, 6, 2. προέθεντο II, 66, 3. et προετίθετο X, 6, 11. προὐφαίνετο VIII, 16, 11. XI, 29, 2. προὔκειτο X, 6, 8. XXX, 9, 5. προὔστησαν X, 25, 3., unde corriges προεστῶτος IV, 5, 3. X, 33, 4. προὔλεγον XIII, 111, 5. προὐβαλεν XXII, 21, 11. Male autem legitur in Vat. Exc. XXXIII, 1. προελάβομεν. Accedit his προὔργου V, 19, 5, et προυργιαίτερον IV, 14, 6. 31, 4. 74, 3. Deinde in κἄπειτ' I, 51, 6. III, 62, 6. IV, 44, 8. κἀνταῦθα I, 60, 5. IV, 87, 13. XXIX, 2, 5. κἀκεῖθεν II, 48, 6. IV, 44, 6. 67, 7. κἀκεῖ IV, 82, 1. V, 2, 10. 29, 6. κἀκεῖσε XXII, 13, 14. κἀκείνοις II, 48, 1. III, 15, 14. 58, 4. καλοκἀγαθική VII, 12, 9. XXIII, 18, 2. XXVII, 13, 2· κἀγὼ XI, 29, 12. XII, 28, 3. in Vat. Exc. XXXIII, 3. κἀμοὶ XIV, 12, 5. κἀμοῦ XVII, 4, 7. κἀμὲ VII, 3, 8. κἂν (ex καὶ ἐν) XXVI, 10, 13. κἄν (ex καὶ ἄν) III, 31, 3. 90, 2. IV, 35, 3. Denique notandum est ἐγῴμαι VII, 1, 4.

Intelliges inde Polybium uti Isocratem vulgaribus tantum usum esse elisionibus, crases tamen rariores quam alios (referas huc τἀδελφοῦ et sim. τοὐργανον, et sim. κἂν et sim. et inprimis ἐγῴμαι) adhibuisse. In eo

tamen Isocratem ejusque discipulum Theopompum imitatus esse videtur, quod post vocales κεῖνος v. XII, 13, 9. XXVI, 10, 15. XXX, 9, 6. et θέλειν III, 15, 14. V, 51, 11. XX, 11, 7. 12, 3. et ante vocales μέχρις dixit V, 31, 5. 56, 2. X, 15, 4.

Non prorsus eadem quidem cura, sed tamen satis magna in hac re etiam Plutarchus Theopompi et Polybii vestigia est secutus, qui modo elisiones paulo frequentius adhibuisse et in numeris et nominibus propriis, uti in particulis quibusdam necessariis ἤ, εἰ et similibus et in articulo, uti etiam in locis, ubi in legendo pausa fieri debet, minus diligenter hiatum evitasse videtur. Hoc autem certe ex iis, quae in

Capite quarto

de hiatu in Plutarchi vitis

sum allaturus, apparebit, Sintenisium, quem de Plutarchi vitis optime meritum esse satis constat, in eo non recte egisse, quod codicum quorundam auctoritate motus elisiones plerasque, quae ante eum in exemplis vulgaribus reperiebantur, removit et sic Plutarcho suo plures hiatus quam ceteri editores restituit. Eandem quidem rationem etiam secutus est Kranerus, qui ad Phocion. Vit. in Praef. XXIII. not. haec de ea re disputavit: „Ne in levissimis quidem rebus, in quibus quidem codicum auctoritas est, recedere a libris ausus sum. Huc refero rationem quam secutus sum in apostropho sive ponendo sive non ponendo, in qua re non prioribus editoribus, sed codicibus et editionibus veteribus obediendum putavi, quantum quidem hoc a me fieri potuit, si quidem ea varietas e Parisinis tantum codicibus, et Aldina atque Juntina, quas ipse contuli, enotata est, iis qui reliquos codd. contulerunt ita de hac re tacentibus, ut aut codices, quod verisimile non videtur, cum recentioribus consentire, aut ii qui contulerunt indigna haec, ad quae animum attenderent, putasse videantur. Quare editores ubique fere ita caute viturunt hiatum, quasi versarentur in terso et compto Isocrate, quem non sine irrisione ipse

Plutarchus [qui tamen ibi rhetorem agit] dicit vetecmdatum esse φωνῆεν φωνήεντι συγκρούσαι in libr. de gloria Athen. p. 350. e. add. Cic. Orat. c. 44. Et apud Plutarchum quidem tanto majore jure codices secutus esse mihi videor, quo majorem fidem facit consensus in ponendo apostropho [at plerique ex uno fluxerunt fonte et aliis etiam in rebus consentiunt de aliisque nil certi constat], ubi adhibitum a Plutarcho esse verisimile est, ex quo concludi potest, in reliquis etiam locis non temere admissum esse in libris hiatum." At qui tanta cum cura in hiatibus gravioribus evitandis versatus est, quantam in Plutarchi vitis et ceteris scriptis deprehendemus, eum nequaquam credes passum esse breviores istas vocales, quas exemplo non solum poëtarum, sed etiam oratorum et historicorum posset facili negotio elidere, tam saepe concurrere. Codices manuscriptos autem uti in interpungendo, ita etiam in apostropho ponendo non magna esse auctoritate quis est qui neget? Ne tamen longius quam par in hoc scriptore versandum sit, omnia ejusmodi loca, in quibus elisio sit adhibenda vel in quibus hiatus pausa sit excusandus, omittam eaque sola afferam, in quibus vocalium concursio quo defendatur, non habeat. Qua de causa ea etiam non commemorabo loca, in quibus aperte aliorum verba legamus.

Reperies igitur in Thesei vita haec, in quibus vocales ita concurrere videas: Cap. XIX, p. 8. d. αὐτὸς δὲ ναυπηγίᾳ ἐπεβάλλετο. At in libris omnibus fere, etiam in C. (Parisino) est: αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο. Particulam δὲ addi recte jam voluit Stephanus, ante quem etiam in exemplis vetustis legebatur habentque eam Bodl. 1. 2. et uti videtur Sintenis. codd. praeter C. Non minus probo, quod Sintenis e cod. C. ἐπεβάλετο scripsit, sed hoc miror, quod omnes recentiores editores Reiskium sunt secuti, qui accusativos illos: ναυπηγίαν et in sequ. τὴν μὲν—τὴν δὲ, quos omnes tuentur libri, in dativos mutavit. Conferas quidem, ne de hoc verbi ἐπιβάλλεσθαι usu dubites Platon. Soph. 264 b. ubi ἔργον ἐπιβαλλοίμεθα et Legg. X, 892, d. ubi μείζονα ἐπιβαλλόμενοι leges.

Cap. XXIX, 14. b. verba: *Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται.* interpreti deberi suspicor; sunt certe non suo loco hic adscripta, cum potius ad verba ista: *ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ* pertineant. Hermannus ea de causa *καὶ* post *Ἱκετίδων* transponi voluit, probante Sintenisio et in codd. aliquot est sententia prorsus contraria: *καὶ μαρτυροῦσι δὲ ταῖς Εὐρ. Ἱκέτισιν.* Cap. XVII, p. 7, e. *Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθόου καὶ Φαίακος ἱσαμένου Θησέως Φαληροῖ πρὸς τῷ τοῦ Σκίρου ἱερῷ, καὶ τὴν ἑορτὴν τὰ Κυβερνήσια φασὶν ἐκείνοις τελεῖσθαι.* Hic vulgo ante Reiskium et in Ald. et Junt. pro *Σκίρου Σκίρωνος* legebatur, quod tamen post veterem interpretem Amiotum omnes editores improbaverunt, quorum plures putaverunt nomen ab heroë esse ductum, a quo Theseus navales socios acceperat. Sed recte Leopold. suspicatur, idem fuisse hoc *ἱερὸν* cum templo Minervae *Σκιράδος* ad Phalerum sito, de quo conferatur Harpocration s. v. *Σκίρον* haec scribens: *καὶ Ἀθηνᾶν δὲ Σκιράδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι ἣν Φιλόχορος μὲν ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος ἀπὸ Σκίρου τινὸς Ἐλευσινίου μάντεως κεκλῆσθαι. Πραξέων δὲ ἐν δευτέρᾳ Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος.* Quidni igitur statuamus, Plutarchum Praxionis auctoritatem esse secutum? Librarii certe facilius *Σκίρωνος* in *Σκίρου* (alii etiam *Σκύρου* habent) quod statim praecedit, mutare poterant quam vice versa. Hoc autem nil ad rem, quo loco templum erat conditum, sed Theseum gubernatore Nausithoo usum esse ex quoquo templo a Theseo in Nausithoi honorem condito poterat probari. Simile vitium reperitur c. XXXI, p. 14. f. *ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος Ὀρθίας*, ubi articulus *τῆς* addendus esse videtur. V. Institut. Lacon. XXXIX. *ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος* et Lycurg. c. XVIII. *ἐπὶ τ. βωμοῦ τῆς Ὀρθίας.* In cod. C. *Ὀρθίας* abest. Cap. XIV, 6. b. denique in *Ἑκαλήσια* ante *οἱ* poteris quidem *α* elidere, rectius tamen ab omnibus praeter Schaeferum et Coraëm editum est *Ἑκαλήσιον.* Cap. XXVI, 12. d. hiatum excusabis in verbis: *καταλιπεῖν δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἷον ἐπιστάτας.*

In Romuli vita c. IV. p. 19. f. haec leguntur: *Ταύτῃ δὲ καὶ θύουσι Ῥωμαῖοι καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεὺς καὶ Λαρεντίαν καλοῦσι τὴν ἑορτήν.* Hic Reiskius in pronomine *αὐτῇ* offendit *τῇ πρώτῃ* conjiciens, ego tamen deleverim, cum statim praecedat *ταύτῃ* et sententiae per *καὶ — καὶ* sint conjunctae. Cap. V, 20. a. verba *ὡς δὴ τοῦ θεοῦ ἔξοντος αὐτὴν* suspecta sunt. Nam in Quaest. Roman. c. XXXV. eadem res narratur, tale quid tamen, quod facile e nexu intelligitur, non est additum. Cap. IX, 22. e. in verbis offendo: *ὃ Θεοῦ Ἀσυλαίου προσηγόρευον*, non tam propter hiatum, uam in nominibus propriis, quae quodammodo uti hic unum conformant nomen, potest excusari, sed quia, quantum scio, ceteri scriptores de hoc deo tacent. Dionys. Hal. Antiqu. Roman. II, 15. aperte dicit: *ὅτῳ δ' ἄρα θεῶν ἢ δαιμόνων* (illud *ἱερὸν φύξιμον* fuerit exstructum) *οὐκ ἔχω τὸ σαφὲς εἰπεῖν.* Cod. C. habet *ἀσύλου.* Num *ὃ τὸ Ἀσύλαιον* (i. e. *ἱερὸν*) *προσηγόρευον* scriptum fuit? XII, 24. c. pro *περὶ ἡλίου ἀνατολὰς* Plutarchum cum Plat. Pol. 269, a. *περὶ ἀναταλὰς ἡλίου* scripsisse verisimilius est. Conf. etiam Hom. Od. *μ.* v. 4. Cap. XIX, 29. in *Ἐνταῦθα δὴ αὐτοὺς δ'* (ex *δὲ*) pro *δὴ* erit scribendum, uti XX, 30. b. post *εἶναι* pro *ἐκείνων κείνων.* Cap. XXIII, 32. d. pervenio ad locum, quem veram crucem se mihi praestitisse possum affirmare. Scripseram in libello Friberg. 1839. 4. edito et metamorphoses criticas ad Plutarchum emendandum continente p. 14. haecce: „Ex benevolentia modestia rectoris fiat in Romul. cap. XXIII, p. 32. d. ubi haec leguntur: *οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, οἱ δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως, οἱ δ' ὡς θεῷ χρώμενοι εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζοντες διετέλουν.* Hoc in loco jure offendit Reiskius, qui se non intelligere dicit, quid ultima sibi velint verba. Suspicatus est igitur aut legendum esse *καὶ πᾶσαν ἔννοιαν*, scil. *αὐτοῦ*, omnem ejus cogitationem (hoc quidem non male, videtur tamen aliter a Plutarcho dicendum fuisse) aut *εἰς πᾶν* (i. e. *ἐν παντὶ*) *σὺν εὐνοίᾳ.* Assentit Hutten., cui verbi *εὔνοια* repetitio in vulgata dis-

plicet. Vulgatam contra defendit Leopold. qui εἰς πᾶσαν εὔνοιαν adverbialiter pro εὐνοϊκώτατα accipiendum et cum summa benevolentia vertendum esse censet. At idem jam per εὐνοίᾳ est expressum. Aliam igitur iniit viam Schaeferus, qui verba: εἰς πᾶσαν εὔνοιαν explicuit: εἰς τὸ τυγχάνειν πάσης εὐνοίας „tot beneficia ab eo accipientes, ut plura a deo exspectare non possent.“ At haec si fuisset Plutarchi sententia, satis contorte et mire locutus esset, quippe qui causas allaturus, cur Sabini Tatii caedem, cujus auctores Romulus non puniverat, non aegre tulerint, scripserit: alii benevolentia erga eum, alii metu potentiae, alii denique ὡς θεῷ χρώμενοι εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζοντες διετέλουν. Nonne hic non solum ad θαυμάζοντες objectum desideras, sed etiam tertiam a ceteris diversam causam addi exspectas? Scribe igitur: οἱ δ' ὡς θεῷ χρώμενοι πᾶσαν εὐνομίαν θαυμάζοντες διετέλουν, ut sententia sit: alii eum ut deum colentes (eo ut deo usi quippe auctore legitimi imperii) omnino bonum reipublicae statum sive ordinem (ex rectoris prudentia et modestia profectum) magni facere (admirari) solebant. Quae satis idonea et a ceteris diversa erat causa, cur quieti manerent neque tumultum excitarent.“ Dici autem vix potest quantae tragoediae hoc maxime loco, quasi capital fecissem haec scribens, sint excitatae, eaeque non solum a viro quodam a me alias magni aestimato, qui adeo schedulam a me ut ejus injuriis responderem ad ipsum subito scriptam summis rerum scholasticarum in patria praefectis clam tradidit, quo infestiores mihi eos redderet, sed etiam a Jahnio Lipsiensi, qui nescio quas cavillationes in hoc libello notans pro more de re ipsa nil, nisi laudes quasdam in universum attulit, sed multus fuit in aliquot jocose et hilariter dictis improbandis, quae morosi hominis bilem moverant. Quid multa? quibus nescio causis commotus Jahnius „critici professus artes delatoris egit partes.“ Mittamus tamen causam hanc pusillam, qua pusilla gaudeant ingenia et redeamus ad locum Romuli, hoc addentes, non male ab Emperio in Diar.

schol. ann. 1838. N. 101. postquam Pflugkii in Schedis criticis p. 29. commendatam medelam: *οἱ δ' ὡς θεοῦ χρώμενον ῥώμῃ εἰς πᾶσαν ἐπίνοιαν θαυμάζοντες διετέλουν* redarguerit, haec esse proposita: *οἱ δὲ* (scr. *δ'*) *ὡς θεῶν χρώμενον εἰς πάντα* (scribendum esset *πάντ'*) *εὐνοίᾳ*. Alii amabant, alii timebant, alii ut deorum propitio numine custoditum admirabantur. Cap. XXV, 33. c. in verbis: *καθυβρισθέντες οὖν ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου ἐν ταῖς ἀποκρίσεσι* cod. C. praebet *καθυβρισθέντων*, quod ferri nequit. Mihi tamen *ἐν* delendum esse videtur, nisi mavis statuere olim *ἐν ταῖς ἀποκρίσισιν ὑπὸ τοῦ* (in C. *τοῦ* ab.) *Ῥωμύλου* editum fuisse. Ib. 33. d. minus offendo in hiatu *ἕτη ἑκατὸν*, quamvis hoc facile in *ἑκατὸν ἔτη* mutari possit. Cap. XXIX. 36. b. in verbis: *Ἱερὸν μὲν οὖν αὐτοῦ ἐστι κατεσκευασμένον*, in cod. C. *ἐστι* omissum est, fortasse olim post *κατεσκευασμένον* fuit collocatum. Ib. p. 37. a. locus: *τὸ πρὸς τὸ ἕλος τὸ τῆς αἰγὸς ἔρχεσθαι ἐπὶ θυσίαν βαδίζοντας* a Coraë partim e libris partim e conjectura virorum doctorum ita est editus. Vulgo post *αἰγὸς ὡς ἐπὶ θάλασσαν βαδίζοντας* legitur idque restituit Sintenis, et defenderat Reiskius ex more veterum paganorum, simulacra numinum ad mare aut ad fluvios deducendi, ibi lavandi et e lavacro cum pompa in urbes et templa reducendi. At quid haec nostro in loco? Recte etiam Leopold. opposuit, infinitivum desiderari. Amiotus verba ita accepit, quasi Caprae palus versus mare sita intelligatur. Xyland. Dac. Crus. maluerunt *ὡς ἐπὶ θυσίᾳ*, Coraes *ἐπὶ θυσίαν*, quo difficultas non tollitur. Bodl. 1. 2. exhibent post *αἰγὸς ἔρχεσθαι*, quod interpreti deberi videtur neque a Sinten. est receptum. Anonym. autem, uti videtur e conjectura, quam Leopold. et Schaefer. probaverunt, dedit *ὥσπερ ἀλαλάζειν*. Equidem conjecerim post *αἰγὸς* haec fuisse scripta verba: *ἐπαλαλάζειν ὡς ἀΐσσοντας* i. e. quod clamant istae ita ut irruentes, quod erit, uti Romani impetum facientes contra Latinos tum clamaverunt.

In his duabus vitis igitur et in comparatione Thesei cum Romulo non negabis a Plutarcho curam in hiatu evi-

tando esse positam, quum in comparatione nullus reperiatur gravior hiatus, in vita Thesei autem quatuor loci sint, quorum duo (c. 19. et 17.) codicum ope, et duo (c. 29. et 31.) aliis de causis sint corrigendi. Plura ejusmodi vitia et quidem undecim deprehenduntur in Romulo, quorum de duobus (in cap. 29.) codices variant, tria aliis de causis (c. 4. 9. et 23.) cetera (c. 5. 12. 19. 20. 25. bis.) ob vocalium concursum offendunt.

In Lycurgi vit. cap. X, 45. b. in verbis: *οἶκοι δὲ μὴ διαιτᾶσθαι ἐπὶ στρωμνὰς* libri *ἢ στρωμνὰς* habent. Bryan. *ἢ ἐπὶ στρωμνὰς* mavult, Reiskio videtur *θαυμάζειν* deesse. Rectius Leopoldus probante Schaefero ex Porphyrii de abstin. IV, p. 349. *κατακλίναντας εἰς στρωμνὰς* fecit *κατακλιθέντας εἰς στρ.* Hoc tamen non video cur *κατακλίναντὰς* mutaverit, quod defendi posse disces ex Kühner. Gr. gr. 392. Certe *κατακλινέντας* dare debebat, cf. Plat. Polit. II, 372, b. Sintenis, qui *κατακλίναντας* edidit, idem mecum statuit. Cap. XV, 48. c. in verbis: *ἐπιόντι γὰρ τῶν νεωτέρων τις ἕδρας οὐχ ὑπεῖξεν αὐτῷ εἰπὼν* vulgo et ap. Sinten. *αὐτῷ* bis legitur et post *ἐπιόντι γὰρ* et post *ὑπεῖξεν*. Reiskius prius omisit, rectius Bryan. posterius *αὐτῷ* delendum esse censet memor loci Apophthegm. Lac. c. XIV. ubi *αὐτῷ* post *ἐπ. γὰρ*, non post *ὑπεῖξεν* legitur. Idem probare videtur Sintenis. Ibid. 48. e. in verbis: *ὥστε καὶ παῖδας γενέσθαι ἐνίοις* suspicor olim *ἐνίοις γενέσθαι* scriptum fuisse. Cap. XX, 52. f. verba: *ἰδὼν θακεύοντας ἐν ἀποχωρήσει ἐπὶ δίφρων ἀνθρώπους* rectius in Apophthegm. Lac. c. X. et in cod. A. (Parisin.), quem Sintenis est secutus, ita sunt collocata, ut *θακεύοντας* post *ἀναχωρήσει* locum suum habeat. Cod. C. habet: *ἐναποθακεύοντας χωρήσει*. Cap. XXVI, 56. a. in verbis: *ταύτῃ ἡ πόλις σε τιμᾷ τῇ τραπέζῃ* hiatus minus offendit, quia locutio solennis Lacedaemoniorum iis continetur. Libri autem *σε* omittunt, unde Reiskius post *ταύτῃ* aut *σε* aut *αὐτὸν* putat deesse. Anonym. *σε* addidit post *πόλις*, quem Leopold. et ceteri editores praeter Sintenisium, qui *σε* omisit, secuti sunt. Equidem *σε* abesse posse censeo; si erat additum, post *ταύτῃ σ'* scri-

ptum fuisse censeo, quod facile poterat excidere. Cap. XXVII. 56. c. in verbis: ἄγεσθαι καὶ καταισχηματίζεσθαι ἰόντας πρὸς τὸ καλόν. Reiskio verbum ἰόντας suspectum est. Quaerit, num redundet ut saepius, an legendum sit πάντας an λαθόντας, quam suspicionem neque Leopoldus neque Schaeferus probaverunt. At ἰόντας sic additum vim celeritatis et impetus habere docet Zeunius ad Vig. p. 349. Scriptor autem potius vult: cives exemplis praeclaris propositis paulatim ad pulchrum duci. Num igitur βιοῦντας scripsit, i. e. eo ipso, quod ibi vivunt? C. XXIX. 57. e. in verbis μέχρις ἂν ἐπανέλθῃ ὁ Λυκοῦργος articulum deleverim, qui et in hoc et in anteced. cap. saepius non est additus. Ib. 58. a. pro χρόνῳ ἐτῶν πενταχοσίων Vulcob. χρόνοις vel χρόνων praebet, Bryanus autem mavult χρόνον, quod Schaeferus probat et Sintenisius ex C. recepit. Conf Inst. Lacon. c. XLII. Cap. XXXI. 59. c. poterit quidem in verbis μαρτύριον μέγα εἶναι apostrophus adhiberi, cum tamen et in A. et in C. εἶναι omissum sit, concludo hoc verbum olim alium locum habuisse, fortasse post Εὐριπίδην.

In Numae vit. I, 60. b. in verbis: Ἃ δὲ παρειλήφαμεν ἄξια λόγου ἡμεῖς περὶ Νομᾶ διέξιμεν scribe c. cod. C. ἡμεῖς ἄξια λόγου. Cap. II, 61. a. locum: ἐν μέρει ἕκαστον τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον θύειν κ. τ. λ. depravatum esse jam statuit Xylander. Equidem conjicio post μέρει πένθ' ἡμέρας excidisse. Vid. Dion. Halic. II, 57. et Liv. I, 17. Nam etiamsi de numero senatorum scriptores in diversas abeunt partes, ita ut Livius l. all. centum, Dionysius ducentos, Plutarchus centum et quinquaginta fuisse tradat, hoc tamen, unum post alium quinis diebus insignia regia tenuisse necessarie a Plutarcho addendum fuit, neque eum hoc ignorasse est credibile. C. III. 61. e. in τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἰδιώτου ὄντος ἡσυχίαν pro ἰδιώτου ὄντος fortasse ἰδιωτεύοντος scriptum fuit. C. VII. 64. b. Cornes e conjectura Clavigeri dedit: μέχρις οὗ προϋφάνησαν ὄρνιθες ἀγαθοὶ καὶ δεξιοὶ ἐπίπτησαν. Vulgo pro ἐπίπτησαν habent ἐπέτρεψαν. Vulcob. et cod. Petav. καὶ ἐπέτρεψαν. Reisk. suspicatur οἳ ἐπέτρ.

Cruser. vulgatum explicat: quousque secundae et faustae aves conspectae a dextra vertebantur. Leopold. supplet αὐτῷ τὴν βασιλείαν regnum ei commiserunt. Melius Schaeferus καὶ ἐπέτρεψαν interpretatur: et adnuerunt. Sintenisius qui bene καὶ ἐπέτρεψαν edidit, veretur ne aut ἀγαθοὶ aut δεξιοὶ quod Hermannus in δέξασθαι corrigebat, delendum sit. Qua in re ei non assentio. C. IX. 66. a. in verbis: ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει οὐ μόνον hiatus minus offendit quia pausa est post ἐπέχει, unde Sinten. ante οὐ μόνον interpunxit. Habet tamen liber Steph. εἶληχεν et Vulc. ἐπείληχεν illudque probavit Schaeferus non improbante Coraë. In cod. Sangerm. est ἔχει, quod Sinten. dedit. Utrumque bene dici potest. Cap. XII. 65. b. in verbis ἐνεανιεύσατο ὑπὲρ τῶν Κλουσίνων recte Sinten. cod. Sang. et C. secutus πρὸ dedit pro ὑπὲρ. XIII. 68. d. in verbis: θαυμάσιόν τινα λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως ὃν Ἡγερίας τε καὶ τῶν Μουσῶν πυθέσθαι pronomen ὃν in plerisque codd. mss. deest. Sintenis ex Stephani interpolatione profectum esse dicit et recte delevit. Offendo tamen in loco verbi λέγεσθαι quod ante λόγον collocatum fuisse censuerim. Cap. XIX. 72. c. in verbis: ταῖς καλάνδαις ἐστεφανωμέναι αἱ γυναῖκες μυρσίνῃ λούονται non dubito quin ἐστεφανωμέναι post γυναῖκες collocandum sit. Pertinet enim ad μυρσίνῃ et sic uti vulgo collocatum potest non solum τ. καλάνδαις male intelligi quasi cum ἐστεφ. sit struendum, sed etiam μυρσίνῃ, quasi cum λούονται sit conjungendum. Ib. 72. f. pro ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ ante εἴτε videtur aptius ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς scribendum esse. Ad hoc enim verbum, non autem ad γενόμενος aut aliud verbum πάνυ refertur.

In comparatione Lycurgi cum Numa c. I. 75. c. in verbis: τῶν δ' ἰδίᾳ ἑκατέρου καλῶν fortasse ἰδίων scriptum fuit. Ib. in verbis: τὸν μὲν κύριον ἕτεροι αὐτῶν κατέστησαν cod. teste Stephano habet vitiose ἕτερον, et in antiqu. exempl. etiam αὐτῶν legitur, quod Stephanus jure correxit. Scribe autem cum cod. Sang. A. C. et Sintenisio ἕτεροι κύριον αὐτῶν. Ib. 75. d. verba: Οὐ γὰρ θώρακας ἐκδῦναι καὶ ξίφη τοὺς πολίτας καταθέσθαι

ἔπειθεν melius erunt ordinata si τοὺς πολίτους post καταθέσθαι collocaveris. Cap. III, 76. e. verba illa: ἐκεῖνα δὲ (scr. δ') ὥσπερ αἰσχυνομένη ἀτυφία τις παρακάλυμμα τὴν ἐγγύην ἐφελκομένη obscura esse jam judicavit Xylander. Leopoldus ea ita est interpretatus: illa autem (Numae instituta) verecunda quaedam mentis sobrietas, quae nuptias quasi ut velamen praetendit. At si cogitas in antecedentibus de Lycurgi institutis legi: ταῦτα μὲν ἰσχυρὰ καὶ ακρατος ἀπάθεια πρὸς γαμετὴν, hic etiam ad ἀτυφίαν addi exspectabis erga quam praestetur et suspicaberis Plutarchum scripsisse: ὡς περὶ αἰσχυνομένην (i. e. γαμετὴν) ἀτυφία τις κ. τ. λ. ut sententia sit: illa sunt circa pudibundam modestia quaedam quae nuptias ut velamen praetendit.

Ex duodeviginti igitur gravioribus hiatibus in his vitis obviis debebis in vita Lycurgi quatuor codicum auctoritate ductus tollere (v. c. XV. XX. et XXIX.), unum alia de causa corrigere (c. XXVII.), ita ut in hac vita duo tantum restent loci hiatus gratia mutandi (XV. et XXIX.). In Numae vita iterum duo hiatus codicum auctoritate erant removendi (c. I. et VII.) tres aliis de causis (c. II. et XIX. bis.) et in duobus solus hiatus offendebat (c. III. et XIII.). In comparatione denique unus ex codicibus, duo aliis de causis (I. et III.) et unus hiatus solius causa erat emendandus.

In Solonis vit. c. V. 80. f. ex Bodl. 1. 2. probante Bryano a Corae et Schaefero editum est: Οὕτω δὴ θαυμάσαντα τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα δέξασθαι φιλοφρόνως καὶ χρόνον τινὰ σχεῖν παρ' αὑτῷ ἤδη τὰ δημόσια πράττοντι καὶ συνταττομένῳ τοὺς νόμους. At neque Reiskius et Hutten. neque Sintenisius hoc probaverunt, sed vulgatum πράττοντα et συνταττόμενον praetulerunt. Verba tamen tum satis mire ita sunt collocata. Equidem igitur pro αὑτῷ conjecerim αὐτὸν, ut sententia sit: tenuit sive retinuit (teste Stephano codex quidam, et C. ap. Sinten. habent κατασχεῖν, quod etiam Schaefero placuit) eum apud se, proprie ad se, v. Matth. Gr. gr. §. 588. C. XIX. 89. a. ὅτε ὁ θεσμὸς ἐφάνη ὅδε verba ex Solonis tabula sunt repetita. C. XXIII. 90. f. Μοιχὸν μὲν γὰρ

ἀναλεῖν τῷ λαβόντι ἔδωκεν. Antea legebatur δέδωκεν, quod minus probaverim, cum sequatur ἔταξε et etiam c. XXIV. ἔδωκεν scriptum sit, sed c. C. τῷ λαβόντι deleverim. C. XXVII. 93. e. in verbis: ἤδη μὲν ἀλλόκοτος ἐδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ καὶ ἄγροικος fortasse εἶναι post ἄγροικος collocatum fuit, quo oratio paulo concinnior fit. Quae autem c. XXVIII, 94. c. et 94. d. τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν et αἱ μεταβολαὶ δέ μοι αὐτῆς—τελευτῶσι verba sunt altero in loco Aesopi, altero in loco Croesi.

In Poplicolae vit. I. 97. e. in verbis: ἐλπίζων μετὰ τοῦ Βρούτου αἱρεθήσεσθαι in Junt. et ab Sinten. editum est rectius μετὰ τὸν Βροῦτον, quod Reiskius explicuit: secundum Brutum, cui primae partes debebantur. Ceteri editores c. Ald. genitivum tuentur. C. XI. 103. a. ἦν δὲ τιμὴ μὲν προβατίου ὀβολοὶ δέκα, βοῦς δὲ (scr. δ') ἑκατόν. cum Schaefero προβάτου, quod Sinten. etiam e C. revera recepit, malo. Cur enim, inquit Schaef., dicamus Plutarchum usum esse τῷ ὑποχοριστικῷ? Deinde μὲν post προβάτου transponendum esse ut respondeat sequ. βοὺς δὲ judicaveram, prius quam vidi Sintenisium e cod. A. et C. ita edidisse. Cap. XV. 105. a. in verbis: τούτου δὲ τυῦ καθ' ἡμᾶς τὸν μέγιστον ἂν ἐν Ῥώμῃ τῶν ἰδιωτικῶν πλοῦτον ἐκλογισθέντα τὸ τῆς χρυσώσεως μὴ τελέσαι ἀνάλωμα πλέον ἢ κ. τ. λ. Coraës recte ἂν addidit. Sententia enim est: opes privati hominis vel maximas ad inaurandum non suppeditaturas fuisse, sed solum imperatoris opes suffecisse. Hoc tamen recte Schaeferus, qui ἂν improbat, dicit, ἂν post τελέσαι fuisse addendum, ubi etiam ante ἀνάλωμα facile excidere potuit. Hiatum autem ejusmodi qui inest in τελέσαι ἄν, non offendere saepius dixi. Sintenisius in adnotat. ne commemoravit quidem ἄν. In ceteris, ubi codd. valde variant, probo vulgatam. Cap. XVI, 105. d. pro ἤδη πλησίον αὐτοῦ ὄντος recipe e C. ἤδη πλησίον ὄντος αὐτοῦ. Ib. 106. a. in verbis: Πρὸς δὲ τούτοις εἰκόνα χαλκῆν ἔστησαν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου τὴν γενομένην ἐκ τοῦ τραύματος τῷ ἀνδρὶ χωλότητα μετὰ τιμῆς παρηγοροῦντες, Sintenisius pro αὐτῷ recte sensit exspectari αὐτοῦ. Sed ego omnino

pronomen hoc delendum esse puto, nam in cujus honorem posita sit statua in templo Vulcani e nexu ipso patet, non ita cur in templo Vulcani. C. XIX. 107. b. in verbis: *Ἄρρων ὁ Πορσήνα υἱὸς ὀξέως προσεβοήθησε* mihi ea orationis conformatio, quae in libr. de mulier. virt. c. XIV. legitur, praeferenda esse videtur, ex qua *υἱὸς* delendum et pro *ὀξέως ταχὺ* est scribendum. Pro *Πορσήνα* autem dedit Sint. *Πορσίνα* et pro *Ἄρρων* in Junt. est *Ἄρων*. C. XXIII. 409. c. pro *συμφρονήσασαι ἐπίνθησαν*, quod e Bodl. 1. 2. editum est, ceteri codd. rectius tuentur *συμφρονήσασαι διεπένθησαν* idque dedit Sintenisius.

Quos igitur in his duabus vitis corrigendos esse duxi novem locos, eo facilius poteris emendare, quo magis simul codicum auctoritate nitaris. Ita in Solonis vita alterum locum (c. XXIII.) e codice, alterum (c. V.) aliis de causis emendandum esse duxi. Non minus in Poplicolae vitae quinque hiatus librorum ope poterant et debebant removeri (c. I. XI. XVI. XIX. XXIII.) et duo aliis de causis (XV. et XVI.). In comparatione ne unus quidem reperiebatur hiatus.

In Themistoclis vita c. XXV. 124. c. legitur quidem: *Θουκυδίδης δέ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτὸν*, suspicor tamen hic eodem modo quo cap. XXVI. scriptum fuisse: *καὶ πλεῦσαι φησὶν αὐτὸν*. C. XXVIII. 125. pro *Ἐπειδὴ οὖν* conjecerim *Ἐπεὶ δ' οὖν*. C. XXIX. 126. e. *Αὕτη μὲν ἡ κίδαρις οὐκ ἔχει ἐγκέφαλον* verba sunt Mithropaustae.

In Camilli vit. II, 129. d. in *Μνημονεύεται δ' αὐτοῦ τιμητοῦ ὄντος*, videtur *ὄντος* delendum esse. Sinten. ex. A. dedit: *τιμητοῦ αὐτοῦ ὄντος*, quod vitiosius etiam est. C. V. 131. f. pro *ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν* fortasse *ἐξελίττειν ἐπὶ δεξιὰ* fuit scriptum. C. VIII. 133. a in verbis: *Θορυβουμένῳ δ' ὑπ' αὐτῶν τῷ Καμίλλῳ καὶ προφάσεως ἀποροῦντι βελτίονος εἰς τὸν ἀτοπώτατον τῶν λόγων συνέβαινε καταφεύγειν ὁμολογοῦντι ἐπιλάθεσθαι τῆς εὐχῆς* fortasse olim *ὁμολογοῦντ'*. i. e. *ὁμολογοῦντα* scil. *λόγον* erat scriptum. C. X. 133. f. *κοινῷ γὰρ ἐχρῶντο τῷ διδασκάλῳ ὥσπερ Ἕλληνες οἱ Φαλέριοι* post *διδασκάλῳ* rectius a Sinten. est interpunctum. C. XIII. 135. b.

pro *γενέσθαι αὐτῷ τιμωρίαν τῆς ἀδικίας* scribe c. Sinten. ex AC. *γενέσθαι τιμωρίαν αὐτῷ τ. ἀδ.* C. XX. 139. a. in verbis: *τὸ δὲ πῦρ τῆς Ἑστίας αἱ παρθένοι μετὰ τῶν ἱερῶν ἁρπασάμεναι ἔφυγον* illud *ἔφυγον* in Bodl. 3. et A. C. deest, videtur igitur auctoritate librorum nequaquam munitum esse. Possumus autem hoc verbo carere si ex praecedentibus verbis: *τῶν ἱερῶν ἃ μὲν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνεσκευάσαντο*, illud *ἀνεσκευάσαντο* hic cogitatione repetimus, ut sententia sit: inprimis sacrorum alia in Capitolium conservarunt, Vestae ignem autem virgines i. e. conservarunt eum cum sacris rapientes. Nostrum: Unter den ersten Heiligthümern schafften sie einige fort aufs Kapitol, das Feuer der Vesta aber die Jungfrauen, welche es mit sammt den Heiligthümern geraubt hatten. Ib. 139. c. in verbis: *κατὰ γῆς κρύψαι ὑπὸ τῷ νεῷ τοῦ Κυρίνου* primum pro *τῷ νεῷ* cum Sintenisio, probante Schaefero et auctor. Vulcob. cod. Mur. Bodl. 3. A. C. B. *τὸν νεὼν* et deinde cum eod. Sinten. ex AC. *κρύψαι κατὰ γῆς* recipiendum erit. Cap. XXI. 139. e. in: *ἐπὶ τῶν ἐλεφαντίνων δίφρων ἐν ἀγορᾷ ἐκάθηντο κεκοσμημένοι τὴν ἐπιοῦσαν τύχην ὑπομένοντες* fortasse *ἐκάθηντο* alium tenuit locum, conjicio post *δίφρων*, ut scribendum sit *ἐκάθηντ'*. C. XXIV. 141. c. ne dubita quin in verbis: *Ἡμεῖς δ' ἀπορίᾳ στρατηγοῦ ἀλλότρια τείχη περιβαλόμενοι* (retine c. Sint. libror. *περιβαλλόμενοι*) *καθήμεθα* e C. *στρατηγῶν* pro *στρατηγοῦ* recipias. Est enim in universum dictum: inopia ducum. C. XLII. 151. e. miror quod in verbis: *ἐνίκησεν ἡ μαλακωτέρα ὑπείκουσα τῷ δήμῳ* e Bodl. 3. *καὶ* ante *ὑπείκουσα* deletum est proboque Sintenisium, qui hanc particulam revocavit.

Undecim igitur cum in his vitis reperiantur hiatus in vita Themistoclis duo hiatus gratia (c. XXV. et XXVIII.), in vita Camilli autem quinque codicum auctoritate (c. XIII. XX. bis. XXIV. et XLII.) erant removendi, in quatuor locis hiatus solus offensioni erat (c. II. V. VIII. XXI.). In comparatione nullus est hiatus.

In vita Periclis c. VI. 155. b. in verbis: *Οἱ δὲ τῆς αἰτίας τὴν εὕρεσιν ἀναίρεσιν εἶναι λέγοντες τοῦ σημείου οὐκ ἐπινοοῦσιν* post *σημείου* pausa quaedam est. C. X. 157.

b. in verbis: *ἐν δὲ τῷ δεὰ μέσου Λακεδαιμονίων στρατιᾷ μεγάλῃ ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκὴν* pro *ἐμβαλόντων* exspectaverim *μεταβαλόντων*, cum Athenienses Lacedaemonios redeuntes et ad ea loca revertentes sint adorti. V. Thucyd. I, 107. C. XVI, 159. e. non dubito quin ordo verborum: *οὕτως ἐπανθεῖ τις καινότης ἀεὶ ἄθικτον* e codd. Bodl. 3. C. et Junt. sit mutandus et *οὕτως ἐπανθεῖ καινότης ἀεί τις ἄθικτον* scribendum. Ib. 160. c. in verbis *τούτου δημιουργὸς ἐν τῇ στήλῃ εἶναι γέγραπται* dele *εἶναι*.

In vit. Fabii Maximi c. VII. 178. b. in verbis: *ἦκον αὐτῷ εἰς χεῖρας* c. Sinten. e Bodl. 3. A. et C. recipe pro *αὐτῷ αὐτῶν* i. e. militum Fabii sive Romanorum, unde Fabius rem cognovit. Ib. 178. e. in verbis: *Ὡμολογήκει γὰρ αὐτῷ ἄνδρα μὲν ἀνδρὶ λύεσθαι τῶν ἁλισκομένων* Reiskius, quem secutus est Hutten. de suo dedit: *ὡμολογήκεισαν γὰρ αὐτοῖς*. Equidem *ὡμολογήκει* defendo, quia id urgetur, Fabium tale quid concessisse, sed pro *αὐτῷ* scripserim cum Ald. Junt. *αὐτοῖς* sive *αὐτοῖς* i. e. ipsis et Fabio Romano et Poeno singulos captivos permutari. Liv. XXII, 23 habet: convenerat inter duces Romanum Poenumque. C. VIII, 179. c. post *προσγενέσθαι* ante *ὡς κρατοῦντι τῆς Ἰταλίας* pausa est. C. XIV. 182. c. in verbis: *καὶ κατάπλῆγα ἐκ τινος καταδίκης*, vulgo post *κατάπλῆγα* addunt *πολλῶν*, quod Cruser. interpretatus est: paventem plebis, unde Bryanus conjecit articulum *τῶν* esse addendum. Toupius in Suidam I, 317. emendavit *ὑπὸ τῶν πολλῶν*. At *ὑπὸ* minime necessarium est, quod disces ex similibus a Matth. Gr. gr. 344. Articulum non improbo; non ita probo, quod Reiskius *πολλῶν* ad superius verbum *ἄνδρα* ante *πολέμων* transposuit, ubi minime desideratur, cum hic tale quid addi exspectetur. Reiskio assenserunt Hutten. Coraes et Schaefer. Rectius Sinten. librorum scripturam retinuit. Quae c. XVII. 184. a. leguntur: *Σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας* verba sunt Barcae. Item fortasse ferendum est quod c. XXVI. 189. d. legitur: *χαλεπὸν γὰρ ἀεὶ εὐτυχεῖν τὸν αὐτὸν* quippe quae sententia sit in communi vita usu trita.

In comparatione Periclis cum Fabio Maximo II. 190. d. pro ἐπεὶ αὐτήν γε fortasse ἐπεὶ γ' αὐτὴν scribendum erit.

In septem igitur quae in duabus vitis reperiuntur hujusmodi vitiis in vita Periclis unum (c. XIII.) codicum auctoritate, alterum e sententia loci (c. X.) et tertium (c. XIII.) hiatus causa corriges. Non minus in Fabii Maximi vita tria quae restant (VII. bis. et XIV.) librorum manuscriptorum ope et in comparatione unum e conjectura facili tolles. Cetera vidimus esse excusanda.

In vita Alcibiadis c. I. 192. a. pro οὐδὲν in verbis: περὶ μὲν οὖν τοῦ κάλλους Ἀλκιβιάδου οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν videtur μηδὲν esse scribendum. V. Schaefer. in Demosth. App. II, 581. qui docet: „Quod enim sciam, infinitivus qui sequitur impersonale δεῖ jungi sibi poscit μὴ quaeque cum hac negativa composita sunt, alteram negativam cumque illa composita aversatur.“ C. V. 194. a. post ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ τελῶναι ante ἐξηπορήθησαν videtur μὲν esse adjiciendum, ut respondeat sequenti: Ὁ δ' Ἀλκιβιάδης. Ib. pro ἐδεόντο δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀργύριον διδόντες fortasse διδόντες ἀργύριον scriptum fuit. Δὴ autem minime cum Bryano in δὲ est mutandum, quoniam respondet sequ. δὲ. Cap. VI. 194. c. pro verbis: ἡ ὑπὸ Θουκυδίδου λεγομένη παρανομία εἰς τὸ σῶμα τῆς διαίτης Thucydides (VI, 15.) habet: τῆς τε κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομίας ἐς τὴν δίαιταν, qua de causa Plutarchus Reiskio a vera historici sententia aberrasse videtur. Recte tamen eum Baehrius refutavit utrumque locum ita explicans, ut sit: „illegitima Alcibiadis vivendi ratio, quatenus ad corpus illa spectabat. Suspicor autem Plutarchum in eo certe Thucydidem esse secutum ut κατὰ, non εἰς ante τὸ ἑαυτοῦ σῶμα scriberet. C. XIII. 196. e. Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος e conjectura Xylandri (de qua tamen ipse dubitat) et Anon. est editum et a Tayloro probatum, cum libri omnes tueantur: κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος. Reiskius de suo dedit: ὡς Φαίακι conferens supra dictum: λόγος Ἰσοκράτει γέγραπται. Posse etiam proferri addit Reisk. ὡς ὑπὸ Φαίακος. Donatus vertit:

fuerunt autem nonnulli, qui cum multa de Alcibiade et Phaeaco scripta reliquissent. At non recte intellexit genitivum, qui a λόγος regitur, ut sententia sit: profertur oratio quaedam in Alcibiadem etiam Phaeacis (non solum aliorum). V. Sintenisium ad Periclem p. 279. quem, posteaquam haec scripsi, vidi idem sentire, modo ut non male etiam alterum καὶ inter alia explicans defendat. C. XV. 198. d. verba: καταπιοῦνται ὑμᾶς Ἀθηναῖοι sunt Patrensium et C. XVI. 199. b. pro γυναῖκα ante ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐξελόμενον poterit γυναῖκ' scribi, sed etiam deinde ἐκ deleri. C. XXII. 202. d. δείξω αὐτοῖς ὅτι ζῶ verba ipsa Alcibiadis sunt. C. XXIII. 203. c. Coraes e conjectura Bryani edidit: ἐν Θράκῃ μεθυστικὸς, [ἐν Θετταλίᾳ] ἱππαστικὸς. Vulgo ἐν Θετταλίᾳ deest, Baehrius tamen in C. invenit indeque uncos removit commemorans Athen. XII. 534. b. ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, recte, modo ut fortasse verba ἐν Θετταλίᾳ post ἱππαστικὸς sint transponenda. Inde etiam fortasse est explicandum, quod haec verba in plurimis codd. absunt, videbantur non suo loco esse scripta, quia in ceteris terrae nomen est propositum. C. XXIV. 204. a pro φιλοτιμότατοι ἤδη τὸν Ἀλκιβιάδην ἐβαρύνοντο Sinten. c. Baehrio ἤδη c. Paris. A. B. C. D. E. post Ἀλκιβιάδην transposuit. In F. τὸν Ἀλκιβιάδην est omissum. Equidem ἤδη olim non adscriptum fuisse et ex ἀδην in Ἀλκιβιάδην ortum esse puto. C. XXVI. 206. a. e conject. Corais a Schaefero editum est: τοῖς μὲν πολεμίοις εὐθὺς ἔχειν ὑπῆρχεν ἁμαχεὶ Ἰωνίαν ἅπασαν, Ἑλλήσποντον καὶ τὰς νήσους. Vulgo enim ἁμαχεὶ post Ἑλλήσποντον collocant, jure affirmante Baehrio: „satis constat, quantum sibi haud raro Noster indulserit in justo verborum ordine invertendo.“ Reiskius sine idonea causa ante Ἑλλήσποντον addidit καὶ τὸν. C. XXVIII. 207. a. in verbis: Οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολεμίους ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀπεγνωκότας ἤδη ἐμβῆναι κελεύσας ἀνήχθη. Reiskius post ἔλαθεν aut παρασκευασάμενος aut ἐμβὰς subaudiendum esse dicit, cum equidem ex antecedentibus ad ἔλαθεν sententiam ejus-

modi suppleverim: latuit impetum parans in hostes. Deinde legendum esse suspicatur: ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀθηναίους (scil. ἔλαθεν), οὓς, ἀπεγνωκότας ἤδη, ἐμβῆναι κελεύσας ἀνήχθη: „sed insciis etiam Atheniensibus, qui cum jam coepissent desperare, se posse cum hostium classe confligere, repente signum movendi ab Alcibiade accipiebant in altum excurrente.“ Baehrius cum Corae et Schaefero (in prior. edd.) post ἔλαθεν plenius interpunxit, sed Reiskii rationem haud inelegantem dixit. Schaeferus contra vulgatam defendit ita, ut breviloquentiam adesse dicat, sententiamque esse: ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι ἀπεγνώκεσαν ἤδη, ὅτε ἐμβῆναι κελεύσας ἀνήχθη. Offendunt tamen verba illa: οὐ μόνον τοὺς πολεμίους ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀθηναίους—ἐμβῆναι κελεύσας ἀνήχθη, quae sibi non satis respondent. Quod autem Schaeferus dicit: τὴν παρασκευὴν non posse dici λαθεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ut qui apparatum coram viderent, non ab omni parte verum est. Nam potuit sane Athenienses, praesertim cum jam desperarent, latere se ipsos contra hostes esse profecturos et in eo ipso constabat ejus apparatus, solis fortasse aliquot amicis notus. Ego igitur post ἤδη addiderim καὶ, ut sententia sit: non solum hostes latuit (scil. impetum parans), sed etiam Athenienses, qui jam desperabant, et eos conscendere jubens solvit. C. XXXIII. 210. a. in verbis: Ἐψηφίσαντο δὲ τὴν οὐσίαν ἀποδοῦναι αὐτῷ videtur αὐτῷ delendum esse.

In vita Coriolani c. XI. 218. d. in verbis: τῷ δὲ τρίτῳ ὕστερον ἐχρήσατο πράξεώς τινος ἢ τύχης ἢ ἰδέας ἢ ἀριτῆς ἐπιθέτῳ, καθάπερ Ἕλληνες ἐτίθεντο πράξεως μὲν ἐπώνυμον τὸν Σωτῆρα κ. τ. λ., primus Reiskius offendit censens, probante Huttenio, deesse post ἐχρήσατο, ὡς καὶ ἄλλῳ ἤδη τρίτῳ ὀνόματι ἐχρήσαντο. Sequentia enim ἢ τύχης ἢ ἰδέας neque Marcio neque huic facinori convenire, sed generalius esse dicta. Non minus offendit post Cornem Schaeferus, qui locum misere laxatum per socordiam librariorum sic redintegrandum esse suadet: τῷ δὲ τρίτῳ ὕστερον ἐχρήσαντο ἐπιθέτῳ, καθάπερ Ἕλληνες ἐτίθεντο

πράξεώς τινος ἢ τύχης ἢ ἰδέας ἢ ἀρετῆς ἐπώνυμον, πράξεως μὲν τὸν Σωτῆρα κ. τ. λ. Equidem multo leniori medela locum ita sanandum esse duco ut scribatur: τῷ δὲ τρίτῳ πράξεώς τινος ὕστερον ἐχρήσαντ' ἢ τύχης. Quia enim supra dixerat, Coriolanum nomen a facinore duxisse, nunc in universum de hoc tertii nominis usu quaedam profert idque ita ut breviloquentia quadam a Coriolano statim ad Romanos omnes transeat et de eorum usu disputet. C. XVII. 221. d. e conjectura quam C. confirmare videtur, Schaeferus edidit ὀλίγου ἐδέησεν pro cett. ὀλίγον ἐδ. At Plutarchus utrumque dixisse ipse Schaef. T. V. p. 103. fatetur, ita ut Sintenisium ὀλίγων retinentem laudaturus sis. C. XXI. 224. a. in verbis: Ἡμέρας δ' ὀλίγας ἔν τισιν ἀγροῖς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ὑπὸ πολλῶν διενεχθεὶς λογισμῶν, οἵους ὁ θυμὸς ὑπέβαλλεν, ὡς οὔτ' εἰς καλὸν οὔτε συμφέρον οὐδέν, ἀλλ' ἢ τὸ Ῥωμαίους μετελθεῖν, ἐγίνωσκε πολεμόν τινα βαρὺν καὶ ὄμορον ἀναστῆσαι ἐπ' αὐτούς. Ὥρμησεν οὖν κ. τ. λ. Reiskius ὥστ' (pro ὡς quod Vulcob. et cod. D. hab.) οὔτ' εἰς vitiosa censet legique vult: ὠσάμενος ruens εἰς καλὸν, ut ad θυμὸς redeat. Schaeferus contra vulgatum ὥστ' defendens verbum ὑπέβαλλεν ex antecedd. repetit vertens: qualia subjiciebat ira, proindeque neque honesta neque utilia, sed solam vindictam spirantia. Equidem verba ita struo: ὥστ' οὔτ' εἰς καλὸν οὔτε (scil. εἰς) συμφερὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τὸ Ῥωμαίους μετελθεῖν ἐγίνωσκε, πολεμόν τινα βαρὺν καὶ ὄμορον ἀναστήσας ἐπ' αὐτούς, ὥρμησεν οὖν, ea vi ut sit: ut neque ad honestum neque ad utile quidquam nisi vindictam de Romanis sumere vellet (propr. cognosceret). Nostrum: dass er weder zur Ehre noch zum Vortheil etwas anderes, als sich an den Römern zu rächen, kannte; indem er einen schweren und nahen Krieg gegen sie erhob, wandte er sich nun u. s. w. De articula οὖν postposito cf. Herod. I, 144. C. XXXII, 228. f. in verbis: ὅσοι γὰρ ἦσαν ἱερεῖς θεῶν ἢ μυστηρίων ὀργιασταὶ ἢ φύλακες hiatus quidem ante ἢ minus molestus est, jure tamen Reiskius offendit in verbo φύλακες sic nude posito, censetque igitur aut μαντείων interpo-

nendum aut ἡ βιβλίων ἱερῶν φύλακας esse legendum, non negans, carmina vatidica posse etiam τῶν μυστηρίων nomine comprehendi. Quidni igitur scribamus καὶ φύλακας, quo tota difficultas est sublata?

Quae cum ita sint, in tredecim vidisti harum vitarum locis vocales ita concurrentes, ut jure offenderent, ex quibus in Alcibiadis vita tria ejusmodi vitia non satis codicum auctoritate nitebantur (c. XIII. XXIII. XXVI.) tria aliis de causis correctione egebant (c. I. V. et VI.) et tria propter solum hiatum offendebant (c. V. XXIV. et XXXIII.). In vita Coriolani autem unus locus codicum ope erat emendandus (c. XVII.) et tres aliis de causis corrigendi (c. XI. XXI. XXXII.). In comparatione non est hiatus.

In Timoleontis vita c. XII. 241. e. in verbis: ὅθεν δὴ ἀνηρέθησαν dele δὴ c. cod. C. Cap. XXVI. 249. c. in verbis: ἀναμίξας ἑκατέρῳ ἐκ τῶν ξένων οὐ πολλούς ne dubita quin e cod. Mon. et Par. B. C. ἐκ deleas, quo facile caremus. Cap. XXX. 251. c. Schaeferus c. Anonym. Dacier. et Corae edidit: τῆς δίκης αὐτοῖς ὁμολογουμένως τῇ Τιμολέοντος εὐτυχίᾳ ἐπιτιθεμένης, quae ita explicat: cum poena illis modo accommodato felicitati Timoleontis (i. e. ita, ut etiam hinc appareret summa Timoleontis felicitas) imponeretur. Probavit ὁμολογουμένως etiam praeter Huttenium Thierschius, qui aut ita aut ὁμολογουμένης legendum esse censet. At ὁμολογουμένως mera conjectura Anonymi est, indeque hausta a Dacier. Omnes enim libri tuentur: τῆς δίκης αὐτοῖς ἀπολογουμένης τῇ Τιμολέοντος εὐτυχίᾳ ἐπιτιθεμένης, quae Xylander ita interpretatus est: adeo vindicta divina, cum fortunae Timoleontis videretur incommodatura, se excusavit ita illos puniendo, ut ne etc. Cruserius: atque ipsa causetur ultio felicitate se Timoleontis inflictam illis fuisse ne. Heldius denique: excusans se felicitati, i. e. ostendebat se nihil de felicitate Timoleontis detrahere. Quas explicandi rationes jure contortas dices. Melius Bredovius locum germanice ita est interpretatus: indem

die Strafgerechtigkeit, schützend das Glück des Timoleon, über sie verhängt war, quamquam tum τῇ εὐτυχίᾳ legi nequit, uti recte Hessius animadvertit. At quidni τὴν — εὐτυχίαν legamus, quae mutatio fere nulla est dicenda? Reiskius jam accusativum dedit pluribus mutatis conjiciens: τῆς δίκης αὐτοῖς ἀπὸ λόγου μετὰ τὴν Τιμολέοντος εὐτυχίαν ἐπιτιθεμένης. Vulcob. pro αὐτοῖς habet αὐτῆς. C. XXXV. 253. a. non dubito quin pro ἐκπλεύσαντες post ἐκ Κέω c. C. πλεύσαντες scribendum sit. Quod Tudertinus vertit: ex Chio, libris non probatur.

In vita Aemilii Pauli c. I. 255. d. e conjectura Reiskii editum est: *Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἢ συνδιαιτήσει καὶ συμβιώσει τὸ γινόμενον ἔοικεν.* Schaeferus tamen *οὐδενὶ γὰρ ἀλλ' ἢ* mavult, quod jam Bryano placuerat et Haitingero in Act. Philol. Monac. III, 2, 168. Sed Heldius vulgatum *οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ* defendit, vid. ejus comment. ad h. l., quem quod Sintenisius secutus est probo. C. V. 257. c. verborum: *Τῷ γὰρ ὄντι μεγάλαι μὲν ἁμαρτίαι ἀναπίπτουσι γυναῖκας ἀνδρῶν ἄλλας οὐκ ἀπήλλαξαν· τὰς δ' ἔκ τινος ἀηδίας καὶ δυσαρμοστίας ἠθῶν μικρὰ καὶ πυκνὰ προσκρούσματα, ἃ λανθάνοντα τοὺς ἄλλους ἀπεργάζεται τὰς ἀνηκέστους ἐν ταῖς συμβιώσεσιν ἀλλοτριότητας* hanc esse sententiam bene Schaeferus vidit: „Non solum magna omniumque oculis exposita uxorum peccata causae sunt divortiorum, sed etiam offensiunculae quae oculos aliorum fugiant.“ Unde patet, non cum Corae *οὐκ* ante *ἀπήλλαξαν*, sed *καὶ* ante *ἀναπίπτουσι* esse addendum. Non minus in iis quae sequuntur cum Bryano et Sintenisio, quem ad h. l. vide, *τὰ δ' ἔκ τινος* scripserim. Pro *προσκρούσματα*, quod est in codd. A. D. P. et Junt., vulgo *προσκρούματα* legebatur et pro *ὄντι* in C. est *ὅτι*. Quae c. XXVI. 269. a. leguntur: *Τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτὸς Ἴωνι ἐνεχείρισεν*, brevius quam par est, sunt narrata. Cogitandum enim est, eum in fuga Ionem quendam amicum reperisse, illique liberos tradidisse, idque priusquam ad murum accederet. Legitur enim in iis, quae antecedunt: *οὐ λαθὼν μὲν, ὑποφθάσας δὲ τοὺς Ῥωμαίους μετὰ τῆς γυναικός*, ubi

liberos igitur jam non amplius secum habuisse videtur. Deinde cogitandum est Ionem liberos Romanis tradidisse. Sed haec omnia potius narranda erant. Rectius igitur c. cod. B. Ἴων scribes, quo facto omnia bene habent. Ipse quidem praevenit cum uxore Romanos, sed cum Ion, quamvis esset Persei amicus, liberos cepisset Romanisque tradidisset, causam praebuit Perseo, se ipsum tradendi. Ib. 296. d. pro πάντη ἀτιμότατον scribendum erit πάντως.

Ex octo in his vitis obviis hiatibus in vita Timoleontis tres librorum auctoritate (v. XII. XXI. et XXXV.) et unus aliis de causis (v. XXX.) erat removendus. In vita Aemilii Pauli non minus duo loci e libris, (v. I. et XXVI.) unus alia de causa (c. V.) et unus hiatus causa (c. XXVI.) erat emendandus. In comparatione non est hiatus.

In Pelopidae vit. I. 277. e. Coraes edidit: ἔφη τοῦ πολλοῦ τινα τὴν ἀρετὴν ἀξίαν τὸ μὴ πολλοῦ ἄξιον τὸ ζῆν partim e conjectura prius τὸ mutans in τοῦ, partim e cod. (c. Vulc.) delens καὶ ante posterius. Schaefero scribendum videtur: τὸ πολλοῦ—ἀξίαν ἢ τὸ μὴ κ. τ. λ. Equidem tamen vulgatum: τὸ πολλοῦ—ἀξίαν καὶ τὸ—defenderim comparans Plat. Soph. 255. d. εἶγε τὸ ὂν καὶ τὸ θάτερον μὴ πάμπολυ διεφερέτην, sed alterum ἄξιον delendum esse censeo. C. IX. 282. d. dele δὴ in verbis: παρασχεῖν ἑαυτὸν δὴ ἀνυπόπτως. Nam quid hic δὴ velit non perspicio. Ib. 282. e. in verbis: τὸν υἱὸν ἐδέοντο μὴ καταμιγνύναι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκποδὼν θέσθαι τοῦ μέλλοντος, vulgo αὐτοῖς, quod etiam Schaefer. probat, habent. Mihi tamen omnino delendum esse videtur. C. XII. 284. c. in verbis: ἡ δ' ἐκκλησία ὀρθὴ πρὸς τὴν ὄψιν μετὰ κρότου καὶ βοῆς ἐξανέστη ὀρθὴ fortasse post ὄψιν olim erat collocatum. C. XIV. 285. b. in verbis: Πρὸς τοῦτον ὑποπέμπουσιν οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἰδίᾳ ἔμπορόν τινα τῶν φίλων χρήματα κομίζοντα καὶ λόγους offendo sic collocatis. Hoc enim in loco τινα τῶν φίλων χρήματα cohaerent, quoniam ἔμπορον τῶν φίλων i. e. mercatorem, qui inter amicos erat, bene dici posse dubito. Deinde eos privatim mercatorem misisse per se patet. Melius igitur legetur ἔμπορον ἰδίᾳ τινὰ τῶν φίλων χρήματα καὶ pri-

vatim quasdam amicorum res i. e. dona et verba afferentem. C. XXII. 389. c. in verbis: ἵππον ἐξ ἀγέλης πῶλος ἀποφυγοῦσα Schaeferus de suo dedit pro vulgato: ἵππος ἐξ ἀγέλης καὶ πῶλος. Coraes aut καὶ aut ἵππος delendum esse censet aut scribendum: ἵππων ἐξ ἀγέλης πῶλος. Orell. ad Isocr. 462. suspicatur ἱππείας ἐξ ἀγέλης πῶλος. Equidem vulgatam defenderim, ut sit: equa e grege eaque pulla i. e. juvenis. Desiderabant enim puellam ad sacrificium, cui desiderio per πῶλον, quod verbum Graecis etiam puellam significabat, satisfactum esse opinabantur. C. XXIII. 389. f. pro δὴ in Τότε δὴ ἡ—φάλαγξ Schaefer. mavult δ', quod sane aptius est praecedenti καίτοι. C. XXV. 391. d. offendo legens: Ταῦτα μὲν οὖν ἴχει τινὰ καὶ τοῦ βίου ἀποθεώρησιν. Neque enim, si, uti vulgo, τοῦ βίου explicas per ejus vitae, neque si cum Schaefero per vitae humanae, ut scriptor in universum de moribus hominum loquatur, verba huic loco conveniunt, in quo de Meneclidae multa agitur, quam cum solvere non posset, iste homo rebus novis studebat. Quatenus autem id, quod saepius factum minime mirum est, vitae considerationem quandam habeat, non patet. Poterat certe sexcenties ejusmodi sententia a Plutarcho ad singula quae narrat facta addi. Equidem suspicor verba in margine adscripta fuisse ad illa, quae praecedunt: κοινήν τινα τοῦ φθόνου παραμυθίαν ἔχοντος, ἂν ὧν αὐτοὶ μὴ δύνανται βελτίους φανῆναι, τούτους ἀμωσγέπως ἑτέρων ἀποδείξωσι πακίους. Quibus de verbis jure dici potest, ea ἴχει (Vulc. ἴχειν) τινὰ καὶ τοῦ βίου ἀποθεώρησιν. Vid. Libell. meum supra commemor. p. 8. C. XXVI. 393. a. in verbis: Ἐκ δὲ τούτου καὶ ζηλωτὴς γεγονέναι ἔδοξεν Ἐπαμεινώνδου τὸ περὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς στρατηγίας δραστήριον ἴσως κατανοήσας Coraes suspicatur γεγονέναι τισὶν ἔδοξεν—ἴσως κατανοήσασιν. Cui si Schaeferus opponit, alios non potuisse dici ἴσως κατανοῆσαι bellicam Philippi virtutem, de qua constiterit inter omnes, errat. Quibus enim Philippus Epaminondam imitatus esse videbatur, poterant sane fortasse virtutem bellicam, neque ceteras

virtutes spectare. Praefero tamen vulgatam, quia librorum auctoritate nititur mutata sola verbi ζηλωτὴς sede, quod post γεγονέναι collocetur. C. XXVIII. 293. b. verba Pelopidae sunt: ὅτι ἄδετος οὖσα ὑπομένεις Ἀλέξανδρον. Cap. XXX. 294. c. pro αὐτοῦ εἶδε fortasse olim εἶδεν αὐτοῦ erat scriptum.

In vit. Marcelli c. V. 300. b. pro ἐχρῆν post ἀφεῖναι scribe χρῆν. Ib. Ἡ δ' οὐ κατεφρόνησε, καίτοι μικροῦ ὄντος τοῦ ἐλλείμματος e conjectura Anon. (cod. Dac.) probante Bryano dederunt Coraes et Schaeferus, cum in libris et vulgo Ἡ δ' οὐ κατεφρόνησε τοῦ κατὰ μικρὸν οὕτως ἐλλείματος (teste Stephano legitur etiam ἐγκλήματος) exhiberetur. Reiskius suspicatus est τοῦ παρὰ μικρὸν κ. τ. λ. errati ob rem tam minutam commissi, quod jure improbat Schaeferus. Ego probarem vulgatam, si demonstrari posset κατὰ μικρὸν aliud quid quam paulatim interdum significare. Qua de re cum dubitem, conjecerim Plutarchum τοῦ κατὰ μικρὸν οὕτως ἐγκλήματος scripsisse. Polluerat enim patrios et sacros ritus. C. VI. 300. c. pro πόλιν ὑπὲρ ποταμοῦ Πάδου ἀνῳκισμένην suspicor πόλιν ὑπὲρ ποταμὸν Πάδον ἀνῳκ. olim fuisse scriptum v. Xenoph. Anab. I, 1. 9. C. VII. 301. c. pro ἀνὴρ μεγέθει τε σώματος ἐξοχος Γαλατῶν καὶ πανοπλίᾳ ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ βαφαῖς καὶ πᾶσι ποικίλμασιν, ὥσπερ ἀστραπη, διαφέρων στιλβούσῃ vulgo ἀνὴρ..... καὶ πανοπλίᾳ ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ βαφαῖς πᾶσι καὶ ποικίλμασιν, ὥσπερ ἀστραπὴ διαφέρων στιλβουσα exhibent. Vulc. dat ἐναργύρῳ, H. Stephanus πᾶσι in πάσαις mutari vult, Anon. καὶ πᾶσι conjecit conjungens πᾶσι cum ποικίλμασιν. Vulcob. ultima verba mutat in ὥσπερ ἀστραπὴν διαφέρων στιλβουσαν vel στιλβούσῃ. Bryano displicuit διαφέρων. Reiskius scripsit: πανοπλίαν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ βαφαῖς καὶ πᾶσι ποικίλμασιν, ὥσπερ ἀστραπὴν διαφαίνων στίλβουσαν. Equidem legendum esse censeo: καὶ πανοπλίαν (et quod ad arma attinet) ἀργύρῳ..... καὶ πᾶσι ποικίλμασιν ὥσπερ ἀστραπὴ διαφέρων στίλβουσα. ita ut homo ipse splendidissimis armis indutus cum ἀστραπῇ στιλβούσῃ comparetur. C. VIII. 302. b. in verbis: τὸ γὰρ τύπτειν φερίρε οἱ Ῥω-

μετὰ ταῦτα ἀλλ' ἐπὶ μὲν πλεῖστον προῆλθον, ni Junt. (ut. τὸ μὲν πλεῖστον πρόσω habet) in quod Stephanus bene correxit servens Romulum. XVII. τὸ μὲν πλῆθος ἐφῆρε Ῥωμαίους στελλομένους, unde etiam articulum delens ante Ῥωμαίους Cons. Marcell. c. IX. p. 303. c. in verbis: ἀσπασαμένου ποτὲ τοῦ Βανδίλου αὐτὸν, fortasse ἀσπασαμένου ποτὲ αὐτὸν τοῦ Βανδίλου a Plutarcho stat. dictum. C. XV. 306. c. non dubito quin pro ἄφνω ante ὑπερακοντισμένους scribendum sit ἄφυκτος. Ib. 306. e. Coraes. e codd. (imo e conject. Anon. et simul mss. Dac. qui tamen nulli sunt codices) edidit: ὧν οἱ μὲν αὐτῇ ἐμπεσόντες, quod Bryan. etiam probat, cum vulgo αὐτῆς habeant, cujus loco Stephanus probante Reiskio αὐτοῖς, voluit: quae ipsos in homines incidissent, subjungitque Reiskius: οἱ μὲν ab insequente δὲ destitutum prodere defectum. Suspicatur igitur Plutarchum scripsisse: ὧν οἱ μὲν αὐτοῖς ἐμπεσόντες τοῖς ἀνθρώποις vel ἀνδράσι συνέτριψαν αὐτούς, οἱ δὲ τῷ ζύγδμματι προσενεχθέντες ἐμέγαλυν. τ. λ. κτ. τῆς τε μηχανῆς τὴν βάσιν κ. τ. λ. Lacunam adesse ex οἱ μὲν conjicit etiam Xylander. Equidem putaverim Plutarchum scripsisse: ὧν οἱ μετ' αὐτοὺς ἐμπεσόντες, i. e. quorum qui postea alter post alterum invidebant. C. XIX. 308. c. inter συμπαθῆσαι et ἐννοήσας pausa est; qua de causa etiam vulgo post συμπαθῆσαι plenius interpungebatur. C. XXIII. 311. d. pro σύμμαχοι καὶ φίλοι ὄντες Ῥωμαίοις scribe σύμμαχοι καὶ φίλοι Ῥωμαίοις ὄντες. Ib. 311. e. in verbis: προσπίπτουσιν αὐτῷ τοῖς Συρακουσίοις μετὰ δακρύων δεόμενοι delet articulum. C. XXVIII. 314. f. in verbis: μειρακιώδης τε αὐτῷ προσέπεσε καὶ φιλοτιμότερον πάθος ἢ κατὰ πρεσβύτην κοσμοῦντα, delet κοσμοῦντα quum Juntina, quamquam hiatus minus offendit, Schaefer, pro προσέπεσε (hoti dubi) conjecit προσπεπτώκει. C. XXIX. 315. a. post τοῖς Ῥωμαίοις ante ἐννέα articulum τὸν addere qui etiam supra est additus ad hoc nomen. C. XXX. 316. a. in verbis Hannibalis non offendit γενέσθαι ἔχοντες, sed imo comparat. c. III. 318. a. in verbis ὥστε μεμισῆσθαι αὐτοὺς ἐκείνοις insere μὴ post πλείστους, ut respondeat sequ. ἥκιστα δὲ τοῦτο

φτ. Quibus in vitis quod plura reperiuntur ejusmodi vitia, non est mirum, quoniam ad eas nondum boni codices (dico Parisienses A. C. et alios) sunt collati et eae omnino diligentiam editorum minus sunt expertae, quam de quibus antea disputavimus. Qua de causa etiam in vita Pelopidae ex decem hiatibus unus e codicibus corrigi poterat, qui erat c. XXII. In aliis locis sane verba ipsa satis offendebant, ita ut correctione indigere viderentur, idque dixerim de quatuor, qui c. IX. XIV. XXIII. et XXV. leguntur. In quinque denique locis ex hiatu ipso concludendum erat, orationem olim aliter fulsse conformatam, qui sunt c. I. IX. XII. XXVI. et XXX. In vita Marcelli in tribus locis concursio vocalium poterat evitari, si codices magis quam antea sequebamur, v. c. V. et XXVIII., in tribus locis verborum emendatio omnino aliis etiam de causis erat probabilis, v. c. VII. VIII. XV. Facile denique poterat hiatus evitari in septem locis c. V. VI. X. XV. XXIII. bis. et XXIX. In comparatione unus locus (c. III.) erat offensioni.

In vita Aristidis c. XI. πλησίου pro πλησίον ante ὑπὸ et c. XV. Ἑλλήνων post στρατοπέδῳ pro τῶν Ἑλλ. vitia sunt operarum Teubner. C. XIX. 330. c. in verbis: ἔπεμψε γὰρ — ἕτερον εἰς Τροφωνίου ὁ Μαρδόνιος videtur ὁ Μαρδόνιος, quod nomen statim praecessit, ab aliis esse adscriptum. C. XXV. 334. c. vulgo edunt: τοῦτον — ἀνεψιὸν αὐτῷ ὄντα, sed Bodl. 3. Junt. et Ald. pronomen αὐτῷ vel αὐτῷ (uti Xyl. et cett.) omittunt, quod Reisk. et Hutten. jure spreverunt et Sintenisius ab H. Stephano adjectum esse dicit. C. XXVII. 335. d. in verbis: αὐτὸς μέντοι ὁ Δημήτριος νομοθετῶν ἐψηφίσατο in Xyland. et Bryan. exempl. φησὶν post μέντοι legitur. Abest tamen a Junt. Ald. Bodl. 3. unde Reiskius expunxit. Videtur sane utrumque verbum et φησὶν et ὁ Δημήτριος ab aliis esse additum. Certe propter αὐτὸς aut utrumque deleverim aut utrumque retinuerim. In μέντοι autem apostrophus posset adhiberi.

In vita Catonis c. I. 336. f. in verbis: ᾧ λέγεται μηδέποτε δυσκολάναι μηδὲ μέμψασθαι παραθέντι ἄριστον ἢ δεῖπνον Coraes sine causa παρατιθέντι dedit. Offen-

dant, tamen haec: Cato nunquam iratus fuisse dicitur servo apponenti prandium aut coenam, sed ipse parasse. Cur enim irascatur, si servus revera prandium apponat? Conjicio igitur post παραθέντι μὴ excidisse, quo inserto omnia bene habebunt. C. IX. 341. c. verba sunt Catonis: ἡ πρός σέ μοι μάχη ἐστίν, ubi Ald. et Junt. μου pro μοι et Sint. ex A. E. ἐστί pro ἐστίν dedit. C. XX. 348. c. pro καὶ γὰρ πενθεροῖς γαμβροὶ ἐφυλάττοντο συλλούεσθαι conjicio legendum esse κ. γ. γαμβροὶ πενθεροῖς ἐφ. συλλ. Conferas de more hoc Quaest. Rom. c. XL. ὅτι καὶ παῖδας γυμνοῦσθαι πατρὸς ὁρῶντος, καὶ πενθεροῦ γαμβρὸν, οὐχ ὅσιον ἦν οὐδὲ καλόν. οὐδὲ συνελούοντο τοπαλαιὸν ἀλλήλοις. Ceterum Junt. Ald. et Xyl. habent ἐφύλαττον τὸ συλλ. Vulc. συμβουλεύεσθαι.

Ex paucis qui in his vitis deprehenduntur hiatibus in vita Aristidis duos c. XXV. et XXVII. librorum ope poteris corrigere, ut unus c. XIX. ex conject. sit removendus. In vita Catonis duo sunt, quorum alterum aliis etiam de causis, alterum ob vocalium concursum emendandum esse duxerim (c. XX.), et in comparatione ne unus quidem est.

In Philopoemenis vit. c. XXI. 368. c. in verbis: οἱ δὲ στρατιῶται ὡπλισμένοι μὲν αὐτοὶ post στρατιῶται pausa est. Ib. 368. d. in verbis: περὶ τὸ μνημεῖον αὐτοῦ οἱ τῶν Μεσσηνίων αἰχμάλωτοι κατελεύσθησαν dele c. cod. Palat. αὐτοῦ.

In vit. Flaminii c. VII. 372. c. in verbis: ὅπως ἐπιψηφίσηται ἡ σύγκλητος χρόνον αὐτῷ τοῦ πολέμου μένοντος, εἰ δὲ μὴ, δι' ἐκείνου τὴν εἰρήνην γενέσθαι· mihi post ἐπιψηφίσηται μὲν addendum esse videtur, ut respondeat sequ. εἰ δὲ μὴ. Ad χρόνον autem est τῆς στρατηγίας cogitandum. XV. 377, d. nunc haec leguntur: τοὺς δ' ἀρχομένους νοσεῖν ὥσπερ τι ἐν καιρῷ φάρμακον διδοὺς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἔστησε. His in verbis τι e conject. Steph. a Reiskio est receptum. Libri omnes, etiam Baehrii et Monac. Hessii tuentur τίς. Deinde in libris non διδοὺς, sed ἐνδιδοὺς legitur, quod Bryanus mutandum censuit in διδοὺς. Reiskius tamen monuit, dici quidem διδόναι φάρμακον, neque tamen διδόναι εὔνοιάν τινι, sed

ἐνδιδόναι. Schaeferus contra certam esse affirmat Bryani conjecturam, quia sane non dicatur quidem εὔνοιάν τινι διδόναι, sed bene dicatur ὥσπερ φάρμακον εὔνοιάν τινι διδόναι. Quibus tamen verbis nihil demonstravit, nisi hoc dici potuisse διδοὺς, minime autem dici debuisse. Equidem vulgatam defendens locum sic lego: τοὺς δ' ἀρχομένους νοσεῖν, ὥσπερ τις ἐν καιρῷ (Reisk. male σὺν καιρῷ vult) φάρμακον, ἐνδιδοὺς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἔστησε. Hessio in mentem venit ὥσπερ ἰατρὸς ἐν καιρῷ. Ἰατρὸς sane ad τις cogitandum est. C. XX. 380. b. Reiskius c. Vulc. et Junt., quibuscum Baehr. codd. faciunt, edidit: τοιαύτῃ γάρ τινι καὶ τὸ περὶ Ἀννίβαν φορᾷ ἐδόκει πράξας. Vulgo cum Ald. τῇ π. Ἀνν. φ. exhibent, Anon. praebet καὶ τά. At non solum in hac verborum collocatione offendo, sed etiam in dicendi ratione: eum tali quodam impetu (locutus est in antecedd. de gloriae nimia cupiditate et juvenili quodam studio) ea quae ad Hannibalem pertineant, fecisse. Equidem opinor Plutarchum scripsisse: τοιαύτῃ γάρ τινι (scil. δόξῃ, quod verbum statim praecedit) καὶ τὴν περὶ Ἀννίβαν φθορὰν ἐδόκει πράξας κ. τ. l. ut sententia sit: tali enim gloriae cupiditate quadam actus etiam perniciem ad Hannibalem pertinentem molitus videbatur, etc. Ib. 380. d. haec leguntur: Ἔνιοι μὲν οὖν λέγουσι, ὡς ἱμάτιον τῷ τραχήλῳ περιβαλὼν κελεύσαι οἰκέτῃ ὄπισθεν ἐρείσαντα κατὰ τοῦ ἰνίου τὸ γόνυ καὶ σφοδρῶς ἀνακλάσαντα συντεῖναι καὶ περιστρέψαι, μέχρις ἂν ἐκθλίψας τὸ πνεῦμα διαφθείρειεν αὐτόν. Ita Schaeferus quidem locum dedit. Vulgo contra eum sic exhibent: ἔνιοι — περιβαλὼν καὶ κελεύσας οἰκέτῃ, ὄπ. ἐρ. κατὰ τοῦ ἰσχίου — περιστρέψαι, μέχρι ἂν — αὐτόν. Offenderunt autem viri docti primum in verbo ἱμάτιον pro quo Anon. ἱμάντιον conjecit, quod Schaefer. aptum, ἱμάτιον satis ineptum esse affirmat. Deinde in ἰσχίου, cujus loco Reiskius ἰνίου dedit, quod est occipitium, pars a basi cerebri ad vertebras usque dorsales. Qua in re ceteri editores Reiskium sunt secuti. Denique offenderunt, quod, cum quaecunque sunt interjecta, ὄπισθεν — αὐτὸν gegantur a participio κελεύσας, neque ad Hannibalem

ipsum, sed ad servum, cujus opera ille sit usus, referenda sint, verbum finitum ad ὡς περιβαλὼν καὶ κελεύσας deest. Baehrius igitur dixit, esse insignem orationis ἀνακολουθίαν. Schaeferus contra κελεύσαι de suo dedit pro καὶ κελεύσας, addens: „Quis anacoluthon excusando tueatur, quod cum absurdissimum sit, medicina tam leni tamque certa ad justam constructionem revocari possit?“ At quod conjecturam qua ἱμάτιον scribatur, attinet, eam nequaquam probandam esse censeo; nam si lorum ad manus fuisset, non tanto opus erat labore servi, cui illud tantummodo circa collum Hannibalis contrahendum et deinde attrahendum erat; sed hoc in loco servus id primum attraxisse et deinde contorsisse traditur, quo attractum lorum et eo ipso collum potius relaxaturus fuisset. Minus etiam fecerim cum iis, qui ἰνίου pro ἰσχίου dederunt. Plutarchum enim si opinaris ἰνίου scripsisse, non patet, cur, cum in illa corporis parte servus non posset genu anniti nisi pone, ὄπισθεν sit additum. Huc accedit, quod reclinato corpore lodicem valde debebat attrahere; id autem si genu clunibus (καθ' ἰσχίου) annitebatur, cum spatium inter collum et attrahentem servum majus esset, multo fortius poterat fieri. Quia autem ἰσχίον in universum non tam clunem quam coxendicem significat, ὄπισθεν a scriptore est additum. Quod denique verbum deest, poterit id fortasse ex verbis: δι' αὐτοῦ τελευτᾶν, quae praecedunt, suppleri, ut sententia sit: cognovit, se semet ipsum interficere oportere. Nonnulli igitur dicunt, eum pallio obvolventem collum et jubentem etc. cogita: id fecisse sive sese interemisse. Quod si supples, certa quidem illa Schaeferi medicina carere possumus; sed ego offendo in re ipsa, quae ex Baehrii interpretatione ita refertur: Nonnulli quidem dicunt, eum (Hannibalem) pallio obvolvisse collum, servoque imperasse, ut pone annitens genu adversus occiput (legit κατὰ ἰνίου) valideque illud reflectens (i. e. ἰνίον) omnes contenderet vires; indeque illud contorqueret, donec eliso spiritu ipsum Hanniba-

lem interemisset. Nam cum se bestiam quidem ferocissimam homo ita cruciaturus sit, quis famae credere potuit, qua servus non suis cupiditatibus actus, sed jussu domini id perpetrasse ferebatur? Equidem igitur locum sic scripserim et explicuerim: Ἐπεὶ μὲν (οὖν quod vulgo post μὲν legitur, rectius abesse censeo et deleverim ex codd. Paris. et Monac.) λέγουσιν, ὡς ἱμάτιον τῷ τραχήλῳ περιβαλὼν καὶ καλίσας οἰκέτην (hoc pro οἰκέτῃ malim ut cum ἐρείσαντα et ἀνακλάσαντα arctius cohaereat) ὄπισθεν ἐρείσαντα κατὰ τοῦ ἰσχίου τὸ γόνυ καὶ σφοδρῶς ἀνακλάσαντα (neque cum Reiskio ἑαυτὸν suppleverim, ut sit: corpore servi valde retrorsum inclinato, resupinato, neque cum Baehrio ἰνίον, neque video, quid latinus interpres sibi velit vertens: valde impresso i. e. genu, sed ἱμάτιον, cujus lacinias servus valde retorquebat, intelligo) συντεῖναι (cujus verbi explicationem Reiskius duplicem dedit, aut ut nervos intelligas, quos contenderit, quam interpretationem Baehrius probavit aut ut ἱμάτιον, ut sit: valde attrahere lodicem ad restis usum contortum, quomodo ego verbum explico) περιστρέψαι (deleta part. καὶ, ut περιστρέψαι praedicatum sit et ad Hannibalem referatur, qui postquam collum veste obvolvit et servo mandavit, ut eam valde retorqueret et attraheret, ipse eam circa gulam iterum iterumque contorquebat et conduplicabat, tanquam funem. Quo facto et servo valide attrahente se ipsum strangulabat, quod necis genus scriptor hoc in loco relaturus est) μέχρις ἂν (ita pro vulgato μέχρι ἄν cum Baehrio et Schaefero est scribendum, vide quae Baehr. ad Philopoem. c. VI. disputavit) ἂν ἐκθλίψας τὸ πνεῦμα διαφθείρειεν αὐτόν (sic pro cett. αὐτόν). Ita revera Hannibal semet ipsum interfecit et servo quidem eum adjuvante, non tamen tam ferociter et turpiter eum interimente. Vid. libell. meum supr. all. p. 12—14. C. XXI. 381. d. in verbis: μία τοῦ μεταβάλλειν τελευτὴ ἡ καὶ τοῦ εἶναι, articulum ἡ, qui ab omnibus abest libris, primus de suo dedit Reiskius probantibus Baehrio et Schaefero. At ego cur adjecerint eum non video locumque ita struo: μία

ἐστὶν τελευτὴ τοῦ μεταβάλλειν καὶ τοῦ εἶναι, id est: unus idemque est finis mutationis et vitae. Si articulum addere vis, eum potius addere poteris ante τελευτή. Non recte autem locum Bachrius est interpretatus ita: „unus est et mortis et vitae finis," quod omnino non intelligo. Immo: unus est finis, quo conditio tua resque tuae possunt commutari et quo vita, sive: quam diu vivis, potes rerum mutationem sperare.

Intellexisti autem ex iis quae de his vitis disputata sunt, in comparatione nullum, in vita Philopoemenis autem unum esse hiatum (c. XXI.) qui cod. ope tollendus sit, et in vita Flaminii sex, quorum tres libr. mss. auctoritate removendi sint (c. XV. XX. et XXI.), duo aliis de causis etiam corrigendi (XX. bis.), et unus c. VII. propter vocalium concursum offendat.

In vita Pyrrhi c. V. 386. a. in verbis: *καί τινος ὑποψίας ἅμα προσγενομένης τὸν Νεοπτόλεμον φθάσαι ἀνελεῖν.* Vulcob. et Anon. pro librorum *φθάσας* primi *φθάσαι* habent, quod Bryano placuit simul *τοῦ* pro *τὸν* scripturo et Bachrio in Creuzer. Melett. III, 85. non male *φθάσαι ἄν* conjicienti et Schaefero vulgatam ineptissimam vocanti. Coraës *φθάσαντ'* conjecit. Mihi utrumque et *φθάσαι ἄν* et *φθάσαντ'* etiam in mentem venerat, omnibus tamen his conjecturis praefero *φθάσας*, quod in libris est. Duas enim Plutarchus allaturus est causas, cur Pyrrhus Neoptolemum interfecerit, alteram quod fretus Epirotarum auxilio summarum solus potiri voluit, alteram quod ei timendum erat, ne Neoptolemus ipsum praeoccuparet; quam quidem causam Plutarchus per *καὶ* et *ἅμα* alteri annectit. C. VIII. 387. d. pro *πότερον φαίνεται αὐτῷ Πύθων* scribe c. Pariss. tribus *πότερον αὐτῷ φαίνεται Πύθων*. C. XV. 393. a. in verbis *βορέᾳ ἀνέμῳ* hiatus minus offendit, quia unum fere faciunt verbum, ut nostrum: Nordwind. C. XXXII. 404. c. in verbis: *σύλην εὑρὼν—ἀνεῳγμένην ὑπὸ τοῦ Ἀριστέου αὐτοῖς ἄχρι μὲν τοῦ παρεισπεσεῖν τοὺς Γαλάτας τοὺς παρ' αὐτῷ καὶ τὴν ἀγορὰν καταλαβεῖν ἐλάνθανε.* pro *ὑπὸ τοῦ Ἀριστέου αὐτοῖς* suspicor *αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀριστέου* scriptum fuisse. Ante *ἄχρι* autem pausa est.

in vita Marii c. III. 407. b. pro ἥρμα ante ὁ Σηκανῶν scribe ἥρμαξε. C. XIV. 413. d. in verbis παλιν δηλόν τῷ Μαρίῳ ὁ τῆς ὑπατείας χρόνος fortasse πάλιν τῷ Μαρίῳ διῆλθεν ὁ τῆς ὑπατείας χρόνος olim scriptum fuit. C. XVII. 415. c. pro αὐτῷ in verbis ὡς ἡ θεὸς ἐκ τῶν ἀνακτόρων αὐτῷ ἐφθέγξατο aptior genitivus αὐτῶν esse videtur: non signis, sed ex ipso adyto vocem emisit. C. XXVI. 420. c. in verbis: Τότε δ' οὐχὶ κατὰ στόμα προσεφέροντο τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐκκλίνοντες ἐπὶ δεξιὰ ὑπῆγον αὐτοὺς post δεξιὰ videtur καὶ excidisse. Opposita enim sibi sunt κατὰ στόμα et ἐκκλίνοντες ἐπὶ δεξιὰ et ad utrumque est verbum προσεφέροντο referendum. Ὑπῆγον αὐτοὺς autem est cum verbis: κατὰ μικρὸν ἐμβάλλοντες εἰς τὸ μέσον αὐτῶν κ. τ. λ. struendum. Recte etiam Schaeferus vulgatum αὐτοὺς i. e. Romanos defendit pro αὐτούς. Ib. 420. d. in ἐμὴ ἡ νίκη per se ut in verbis Marii hiatus non offendit. Articulum tamen Coraes de suo addidit, et Vulc. εἰ μὴ νίκη γέγονεν habet. At Stephanus jam, qui alios γέγονε addere refert, subauditionem verbi aptiorem esse dicit. Fortasse Plutarchus ἐμοὶ νίκη scripserat. C. XXIX. 422. c. pro τῷ Μετέλλῳ ἀπατὴν περιτιθεὶς ἄφυκτον. conjicio Plutarchum τὴν ἀπατὴν dedisse, id est, ut ei fraudem quam parabat, inevitabilem pararet.

Ex octo igitur hujusmodi vitiis in his vitis commissis in vita Pyrrhi duo codicum auctoritate (vid. c. V. et VIII.) et unum e conjectura (c. XXXII.) videbatur esse tollendum. In vita Marii autem quinque e conjectura erant emendanda c. III. XIV. XVII. XXVI et XXIX., ex quibus duo aliis etiam de causis offendebant, dico c. XVII. et XXVI.

In vita Lysandri c. VI. 436. a. pro ἑπολέι ἔτι μᾶλλον scribe uti c. XXIV. legitur, post ἑπολέι μᾶλλον ἔτε. C. XV. 441. e. hiatus in ἐκ τῆς Εὐριπίδου Ἠλέκτρας ita defendi poterit, ut his duobus nominibus propriis una insit quodammodo notio. C. XVII. 442. e. in verbis καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα νομίζειν ἑκάστῳ μηδενὸς ἄξιον πρᾶγμα τὸ κοινῇ οὕτως εὐδοκιμοῦν καὶ ἀγαπώμενον Plutarchum fortasse Polybiano more κατὰ κοινόν, quo magis respon-

dent praecedit πρὸς τὸ ναυτικὸν scripserat pro πανδημεί. C. XVIII. 449. d. in μέντοι ante ὁ παθερμὸς ος efficiendum et apostrophus ponendus est. C. XXIII. 446. d. pro γνέσθαι μὲν οὖν ἔδει τοὺς τιθὲ ceteri omnes rectius γε μὲν οὖν τοὺς ἔδει τινὲ habent.

In vita Sullae c. XI. 458. e. pro τὸν ὑπηρετοῦντον ἐκείνῳ ἐξὸν πόλεμον dedit fortasse Plutarchus τὸ ὑπ. ἐκ. πόλεμον ἐξὸν. C. XII. 458. f. in verbis: ταῖς δ' Ἀθήναις ὅτε τὸν τύραννον Ἀριστίωνα βασιλεύεσθαι ἠναγκασμέναις Schaeferus βασιλεύεσθαι explicat: regis partes sequi; Xylander: manere in partibus regiis. At tum scribendum βασιλίζειν v. Plut. Flamin. c. XVI. Cap. XVII. 462. e. in verbis: παραγγέλλων, ὅτι καὶ δευτέραν ὁ Τροφώνιος αὐτόθι μάχην καὶ νίκην προσημαίνει ἐντὸς ὀλίγου χρόνου malim pro προσημαίνει quoniam oraculum editum erat, προὐσήμηνεν legi. C. XX. 465. b. in verbis: ὥστε μικρὰ αὐτὸν τῷ Σύλλᾳ περὶ τὸ Τιλφούσιον ἐμπεσόντα Reiskius mavult συμπεσόντα pro ἐμπεσόντα, Schaeferus autem conjecit ἐμπταίσαντα. Verbum ἐμπεσόντα id est, incidentem equidem retinuerim de parva quadam pugna ab eo Sullae commissa cogitans, sed pro μικρὰ potius μικρὸν scripserim. Ib. 465. c. in verbis: τῶν γὰρ Βοιωτίων πεδίων ὅτι πέρ ἐστι κάλλιστον καὶ μέγιστον, τοῦτο — μόνον ἀναπέπταται ἄδενδρον ἄχρι τῶν ἑλῶν, Reiskius ad verbum μόνον quaerit, num ὁμαλὸν aut ψιλόν. Coraes καὶ, quod vulgo ante ἄδενδρον legitur, asteriscis inclusit; Schaeferus delevit. Non recte. Sententia enim est: camporum Boeotiorum optimus et maximus — solus etiam arborum expers expanditur, ita ut simul equestri proelio esset aptissimus. C. XXIII. 466. f. in verbis: τὸ Ῥωμαίων φίλον αὐτὸν καὶ σύμμαχον ὑπὸ Σύλλα ἀναγραφῆναι fortasse ὑπὸ Σύλλα non a Plutarcho, qui etiam ad praecedentia: μάλιστα δ' ἡ δοθεῖσα γῇ τῷ Καπαδόκῃ μυρίων πλέθρων ἐν Εὐβοίᾳ illa ὑπὸ Σύλλα non addidit, sunt adjecta. Possunt enim facile e nexu suppleri. Ib. 467. b. pro αὐτὸν post ἀποσταλῆναι vulg. αὐτὸν, Vulc. et Iunt. αὐτοὺς praebent. Equidem pron. delendum esse censeo; quod si nolis, certe non cum ἀποσταλῆναι

sed cum ἔπεισεν est struendum et ea ipsa de causa post hoc verbum et quidem αὐτὸν i. e. Sullam collocandum. C. XXVI. 468. c. περιπατοῦντος δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ ἁλιεῖς τινες—προσήνεγκαν. Reiskius de suo dedit pro vulgato πρὸς τὴν θάλατταν. At πρὸς c. accus. significat latinorum versus v. Herod. VII, 55. Cur igitur mutandum sit, eo minus intelligo, quo magis motus notio hic simul inest. C. XXVIII. 479. a. in οἱ ταξίαρχοι προσεόντες τῷ Σύλλᾳ ἐδέοντο hiatus fortasse potest excusari, quia post Σύλλᾳ pausa est. C. XXXV. 474. a. pro καὶ τοσοῦτον περιττὴ ἦν ἡ παρασκευὴ τῆς χρείας fortasse καὶ τοσοῦτον περιττὴν τὴν παρασκευὴν τῆς χρείας scil. ἐποιεῖτο legendum est.

In comparatione Lysandri cum Sulla c. II. 476. e. in verbis: τί γάρ, ἂν ἐξ ἵππου ἡμίονος γένηται; Mos. Dusoul suspicatur καὶ non τί scriptum fuisse et Reiskius recte subintelligi vult φήσεις, quid tu tum dices? Hiatus autem minus offendit, quia proverbialis dicendi ratio esse videtur. Ib. dele articulum οἱ in verbis: αὐτοί γέ τοι οἱ Σπαρτιᾶται, qui in libris vulgatis usque ad Schaeferum non est.

Si igitur in his vitis quatuordecim enumeraveris minus excusandos hiatus, cogitabis simul ad has quoque vitas nondum eos collatos esse libros mss., ex quibus quid in bonis libris sit recte dijudicari possit. Itaque non mirum est, quod ex quinque in vita Lysandri obviis hiatibus unus tantum c. XXIII. e libris, tres autem solum e conjecturis poterant removeri c. VI. XVII. et XVIII., neque quod in Sullae vita ex decem ejusmodi vitiis duo sane librorum auctoritate, v. c. XX. et XXVI., cetera autem e conjecturis modo aliis etiam de causis probabilibus, ad quas refero quae ad c. XII. XVII. et XXIII. sunt prolatae, modo solius hiatus causa factis v. c. XI. XX. XXIII. et XXXV. In comparatione denique unus locus c. II. e libris erat emendandus.

In vita Cimonis c. IV. 480. d. hiatus in verbis istis: ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ facile defenditur, non male tamen Vulc. Anon. et Mur. probante Bryano ἐν τῇ Σκα-

πτησύλῃ praebent. C. VII. 482. e. pro ἄξιον λόγου in verbis: ἄλλο μὲν οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφελήθη scribe ἀξιόλογον. C. IX. 484. a. Schaeferus de suo dedit: τῶν σπονδῶν γενομένων παρακληθέντα ᾆσαι καὶ ᾄσαντα οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους, cum vulgo pro accusativis istis genitivos παρακληθέντος et ᾄσαντος exhibeant, quos priores tolerasse Schaeferus miratur. At equidem censeo hos genitivos struendos esse cum: ὡς δεξιώτερον Θεμιστοκλέους, quae verba objecti locum teneant, ut sit: praesentes laudasse in canente quod festivior sit Themistocle, nostrum: sie hätten die den Themistocles übertreffende Geschicklichkeit des Singenden gelobt. Ib. 484. b. pro τὸν μὲν κόσμον αὐτοὶ ἔλαβον melius αὐτοὶ μὲν τὸν κόσμ. ἔλ. legeretur, sequuntur enim haec: Ἀθηναίοις δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλιπον.

In vita Luculli c. III. 493. d. Coraes e conjectura ab aliis dudum proposita edidit: τὰς δὲ Σύλλα πρὸς Ὀρχομενῷ καὶ Χαιρωνείᾳ ὑμνουμένας ἀριστείας, cum libri Χαιρώνειαν habeant, quod H. Stephanus tenens edidit περὶ Χαιρώνειαν, uti infra c. XI. et saepius, qua in re alii editores eum sunt secuti. At potuit simplicius etiam locus ita corrigi, ut πρὸς Ὀρχομενὸν καὶ Χαιρώνειαν scriberetur. Tum πρὸς rationem sive causam significabit, cur celebratae fuerint virtutes Sullae. Vid. similia in Matth. Gr. gr. 591. Pro ἀριστείας autem, quod H. Stephanus ex codice dedit, in Iunt. Ald. Crat. exhibetur δυναστείας, quod non spernendum esse duco, intelligens Sullae imperia propter Orchomenum et Chaeroneam celebrata. C. VIII. 496. e. hiatus fortasse defendi poterit in verbis Ἀρχελάου δὲ—διαβεβαιομένου ὀφθέντα Λούκουλλον—κρατήσειν, est enim pausa post διαβεβαιομένου. C. XIV. 500. d. in verbis Οὐ περιόψεται δὴ αὐτὸν ἱκέτην ὑποδεξάμενος, videtur δ' pro δὴ scribendum esse. (C. XVII. φόβου ἀμήχανον vit. operar. Teubn. pro φόβον ἀμ. est). C. XXI. 505. e. in verbis Ῥωμαίους πολέμου ἄρχοντας ἀμυνεῖσθαι ante ἄρχοντας videtur ἂν addendum esse, si bellum incepturi essent. C. XXIV. 507. b. pro ἤδη οἰόμενος τὰ τοῦ προτέρου πολέμου πέρας ἔχειν aptius lege-

τὸν πόνον ἔδη τι. λ. Ib. 507. A quid δὴ in verbis τὸ δὴ ὀλιγάκις τοῦτον συμβεβηκότος πρότερον sibi velit, non patet. Dele igitur hanc particulam, utique articulum debendum esse censeo. C. XXVI. 508. f. in verbis διὸ καὶ συντόνως ἐπολόρκει ὁ Λύκουλλος. Deest enim articulus etiam in multis aliis hujus et seq. capitis ante h. nom. Ib. 509. c. pro κατάφρακτοι ἦσαν suspicor κατεφράχθησαν i. e. confecti erant, olim esse lectum. C. XXVII. 509. e. Coraes e conjectura postea a Schaefero probata edidit: Οἱ μὲν γὰρ ἔσχιπτον, οἱ δ' ὑπὲρ τῶν λαφύρων ἐν παιδιᾷ ἐβάλλοντο κλῆρον. Vulgo autem διεβάλλοντο legitur, quae dicendi formula jam Mosi Dus. erat suspecta conjicienti διέβαλλον τὸν κλῆρον. Ὑπὲρ dedit Stephan., Vulc. ἐπὶ, Junt. Ald. Crat. ὑπὸ tuentur. At quod conjecturam Coraïs attinet, eam nequaquam necessariam esse concedet quem non latet διαβάλλεσθαι τοῖς κύβοις dici ea vi, ut sit: secum tessera ludere. Compositum etiam aptius est, quia non solum sortem jaciebant, sed ludebant et huc illuc sua disjiciebant. Hoc autem quod Moses conjecit διέβαλλον τὸν κλῆρον sane praeferendum erit. Ὑπὸ τῶν λαφύρων denique, quod libri habent et quo causa, ob quam sortem disjecerint, indicetur, bene dici disces ex Matth. Gr. gr. 592. Ib. 510. c. in verbis: ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μετὰ Καιπίωνος ἀπώλετο στρατιὰ συμβαλοῦσα Κίμβροις. pro vulg. Σκιπίωνος recepit Reiskius Καιπίωνος propositum a Xylandro (in vers.) Mur. Bryan. Mos. Dus. v. Liv. LXVII, 5. Deinde articulus ἡ post ἀπώλετο erit collocandus, nisi eum mavis delere. C. XXXI. 513. c. in ἱπποτοξόται Μάρδοι καὶ λογχοφόροι Ἴβηρες hiatus non offendit, quia λογχοφόροι Ἴβηρ. unum quodammodo faciunt verbum. C. XXXIX. 518. d. Coraes de suo dedit: καὶ κατάσκοποι περίοπτοι καὶ κατασκευαὶ ἀναπεπταμένων ἀνδρώνων καὶ περιπάτων. Vulgo pro περίοπτοι περιόπτων. et in Bodl. 3. περιοπῶν exhibetur, unde Bryanus περιωπῶν scriptum fuisse conjecit. Anon. autem (qui περιόπτων post κατασκευαὶ collocat) et Muret. κατάσκοποι καὶ ignorant, quare Schaeferus non male καὶ περιόπτων κατασκευαὶ καὶ ἀναπεπταμένων ἀνδρ. κ. περιπ. conjecit. Equidem tamen κα-

τὴν καὶ ταῦτα ἐπιθέσθαι καὶ ἀφεῖναι. ἀνδρ. καὶ τὰ ἄλλα Reiskius conjecit: καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν ἀπορίαν καταγελᾶν καὶ πρὸς βοῦβρων ἀναπεπταμένων ἀνδρίζεσθαι. Ib. verba: ἐν δεσμῷ πλάττουσι τῶν γεραίνων νοῦν ἔχειν sunt Lucullei. C. 21. Ex duodecim hiatibus igitur quos in his vitis, praeter leviores, et eos qui excusari poterant, deprehendimus, duos qui legebantur in vita Cimonis (VII. et IX.) e conjectura emendandos esse censui, in vita Luculli autem duos librorum ope (c. III. et XXVII.) quatuor aliis etiam de causis (c. XIV. XXI. XXIV. et XXXIX.) et quatuor hiatus ipsius causa, veluti c. XXIV. XXVI. bis et XXVII. In comparatione hiatus non reperitur.

In vita Niciae c. III. 525. b. verba: καὶ γὰρ τοῦτο τῇ στήλῃ ἐνέγραψεν olim fortasse ita erant collocata, ut pro τοῦτο ante τῇ στήλῃ post hoc verbum τοῦτ' legeretur. C. VI. 527. a. in verbis: Ἐνθα δὴ αὐτῷ συνέβη, cum particulae δὴ minime aptus sit locus, Bryanus bene conjecit: Ἐνθα δ' αὖτ. σ. Reiskius pejus ἐνθαῦ' edidit. Δὴ autem Xylander jam in versione dimisit. C. XI. 530. b. in verbis: ἣν αἰῶρει διὰ χρύσου τινὸς ὁ δῆμος παιεῖσθαι, ἵνα μὴ θωπεύειν post παιεῖσθαι pausa orationis est, qua de causa etiam vulgo post hoc verbum interpunxerunt. C. XIII. 531. c. in verbis πρὸ τῆς τότε (scrib. τοῦ) οὔσης Ἀνδοκίδου οἰκίας Francofurtana male οἰκίαις habet, praeeunte οἰκίας. Hiatus autem poterit defendi, quia Ἀνδοκίδου οἰκία unum quodammodo est verbum. C. XIV. 533. b. in verbis: Οὐ μὴν ἀλλ' ἑτέρῳ φασὶ ἔργῳ τοῦτο τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι, ἐπιτελὲς vulgo ἕτερον et ἔργον habent. Stephanus tamen aliam extare lectionem dicit multo meliorem ἑτέρῳ—ἔργῳ, quam etiam praetulerunt Vulc. Anon. Mor. Bryan. Cornesquin. recepit. Reiskius conjecit ἑτέρῳ. Equidem ἑτέρῳ et ἔργῳ probaris suspicor, post γενέσθαι καὶ excidisse, ut sententia sit: dicunt alio facto hoc oraculum etiam expletum esse. C. XVII. 534. d. in verbis: πολὺ ἐκ πολλοῦ τοιῆ τύχῃ ἀπίστασίν τινα γενέσθαι e Coraïs conjectura, quam Schaeferus egregiam esse dicit, recepimus pro vulgato ἄπιστος. Reiskius ἀ-

ὄσους suspicatur, sicuti quam reapse alibi. Ad vulgatam bene habet. Spectat enim Plutarchus Euripidis versum eosque refellens dicit: plures quam octo victorias Athenienses de Syracusanis reportaverant, priusquam revera conversio rerum, quam Euripides innuit jam post octo victorias factam esse, est consecuta. C. XIX. 535. d. post verba παρόντος τοῦ κινδύνου ante ἀφικνεῖται pausa est. C. XXV. 539. e. in verbis: ἐπειδὴ οἱ μάντεις τοῖς Συρακοσίοις ἀπήγγειλαν aptius τοῖς Συρακουσίοις post ἐπειδὴ collocabitur, quia id ipsum urgetur, Syracusanis id esse nuntiatum. C. XXX. 542. d. Cornes e conject. Mos. Dusi dedit: καθίσας ἐπὶ κουρείῳ ὡς ἐγνωσμένων ἤδη τῶν Ἀθηναίων λόγους ἐποιεῖτο. At recte jam Schaeferus ex vulgatam κουρεῖον non spernere dicit. Ut enim dicitur καθίζειν εἰς τι v. Xenoph. Memor. IV, 2, 1. poterit etiam ἐπί τι καθίζειν dici. C. XXXIII. 543. f. in verbis: Ὄντων δ' αὐτῷ παμπόλλων ἀργυρείων, πολυτιμήτου δὲ χώρας καὶ τῶν ἐργαζομένων ἐν αὐτῇ ὅμως ἕν τις ἡγήσαιτο κ. τ. λ. post αὐτῇ pausa est, qua de causa etiam vulgo post hoc verbum interpungitur. C. IV. 545. b. in verbis: φέτοφρυεῖς δὲ ῥωχμοὶ τῆς πέτρας, ἣ μάλιστα περιπίπτει τὸ φῶς ἔξωθεν, ὑπολαμβάνουσι καὶ καταλάμπουσι ἡμέρας τὸ χωρίον verbum ὑπολαμβάνουσι sic nude positum offendit. Suspicor igitur Plutarchum perrexisse καὶ καταλάμπουσιν οἱ collustrant per solis radios, quos excipiunt, locum. C. XII. 550. a. in verbis: Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Πομπηίου αὐτόθεν ἐπὶ τὴν ὑπατείαν καλουμένου ἐλπίδας ἔχων ὁ Κράσσος συνάρξειν, fortasse scriptum fuit: Μετὰ δὲ τὸν Πομπήιον αὐτόθ. ἐπ. τ. ὑπ. καλούμενον i. e. secundum Pompejum qui illico consul est factus etc. C. XVI. 552. e. in verbis: Κάτων τῷ γραφέντι περὶ τούτων νόμῳ ὁ Παρθικὸς πόλεμος οὐ προσῆλθ. vulgo pro ὁ Παρθικὸς legunt πάρεργος, quod Reiskius in ὁ Παρθικὸς mutavit, id quod jam Xylander et Amiotus in interpretatione fecerant. Nititur Reiskius Pseudo-Appiani auctoritate, qui in historia Romanorum Parthica haec Plutarchea totidem verbis exscripsit ut ejus libri medio-

[illegible] esse videntur quam Plutarchi. In hoc autem libro Παρθικὸς πόλεμος, non tamen ὁ Παρθ. πόλ. legitur. Articulum igitur dele, quod eo facilius fieri poterit, quo saepius Parthica bella gesta sunt, ut in universum a scriptore dicatur: bellum quod cum Parthis gerendum sit, non inerat in lege. Nostrum: ein Parthischer Krieg. C. XVII. 533. b. in verbis: ἀστάτου οὔσης χειμῶνι τῆς θαλάσσης legendum esse ἀστατούσης pro ἀστάτου οὔσης conjeceram posteaque in Pseudo-Appiano inveni. C. XVIII. 554. b. verba alius sunt σὺ ὄψει. C. XXVIII. 561. d. pro τὸν δ' εἰς Κάῤῥας συνεῤῥυηκότα ὄχλον εἶναι σύμμικτον Pseudo-Appianus melius: τὸ δ' εἰς Κάῤῥας συνεῤῥυηκὸς ὄχλον εἶναι σύμμικτον habet, quod non minus Schaefero placuit. C. XXXI. p. 563. e. narratur, Parthos Crasso equum aureis ornatum phaleris donasse, sed Crasso in eum sublato equum ipsum verberibus concitasse, ita ut primus Octavius, deinde Petronius, mox reliqui ex Romanis frenum arripientes equum inhibere et barbaros, qui Crassum ex utraque parte urgerent, retrahere conarentur. Qua re tumultu exorto Octavius quum gladio stricto unius barbari equisonem occidisset, ipse est a tergo caesus, Πετρώνιος δὲ (pergit Plutarchus) ὅπλου μὲν οὐκ εὐπόρησεν, εἰς δὲ τὸν θώρακα πληγεὶς ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ ἵππου ἄτρωτος. His in verbis offendunt illa: ἀπὸ τοῦ ἵππου. Mirum enim est, quod non tam a Crasso tuendo, quam ab equo, in quo Crassus sedebat, resiluisse et in collum recurrisse dicitur. Accuratius enim in iis, quae haec excipiunt, de ceteris ubi agitur Romanis locus additus est, ad quem confugerant: εὐθὺς ἀνεπήδησαν ἐπὶ τὸν λόφον. Dices fortasse, locum ita a Plutarcho scriptum esse, quia Petronius inermis fuerit neque Crassum satis tueri potuerit, at hoc non negabis, verba ἀπὸ τοῦ ἵππου etiam tum prorsus otiosa esse. Nam qui frena equi tenebat, non potuit ab alio loco, nisi ab equo, resilire. Recte igitur a Pseudo-Appiano haec verba sunt omissa, quae quin hic quoque deleas non dubitabis. Vid. Metamorph. crit. in Plutarch. p. 5.

ordi In comparatione Niciae cum Crasso c. III. 466. d. pro ἀνὰ Θεμιστοκλῆς scribo κατὰ Θεμιστοκλέα. [illegible]

Quin in his vitis legantur tredecim lacunae partim librariorum, corrigendos esse velut duos in vita Niciae c. XVII. et XXX. et tres in vita Crassi c. XVI. XVII. et XXXI. partim aliis de causis, uti in vita Niciae c. VI. et XIV. et in vita Crassi c. IV. partim propter hoc aliorum concursum vidimus in vit. Niciae c. III. XIII. XXV. et in vita Crassi c. XII. et in compar. c. III.

In vita Sertorii c. I. 568. b. ἔστ' ἐκ τούτων ὡρισμένων ῥᾳδίως ἐμπλέκεται τὰ πράγματα e conjectura Anonymi probante Solano. Leopoldus et Coraes scripserunt pro vulgato ἔστ' ἐκ τῶν ῥᾳδίως ἀριθμῶν ἐμπλέκεται τὰ πράγματα. At sententia est: Sive res fortunae subjectae sint infinita multitudine, sive res sint ex quibusdam definitis generibus vel rationibus (id enim significare ὡρισμένος docuit te Antopin. III. 11.) implicatae, idem saepe necesse est fieri. Deest certe aliquid. Neque numero nullo modo sermo est, sed ὡρισμένοις ἀριθμοῖ oppositi sunt τὰ τῆς ὕλης αὐτομάτως. C. V. 570. a. pro αὐ πολλῷ ἐλάττους τῶν μυρίων ἀποβαλόντες fortasse olim αὐ πολλῷ τῶν μυρίων ἐλάττους ἀποβαλόντες scriptum erat. Item c. VI. 571. a. in verbis Παρελαβὼν δ' ἔθνη πλήθει μὲν πεζῶν ἡλικίᾳ ἀκμάζοντα conjicio παρ. δ' ἔθνη πλήθει μὲν ἡλικίας ἀκμ. a Plutarcho datum fuisse ἡλικίας ἀκμαίους pro plenos roboris juventutis sive juvenum ad arma ferendo aptorum insignem. C. XXVII. 582. c. pro Ἀνφίδιος ἀπὸ τοῦ Μιλλίου ἀντεραστὴς fortasse ὁ ἀντ. τοῦ Μαλλ. olim scriptum fuit [illegible]

In vita Eumenis c. III. 584. b. ordo verborum fortasse est mutandus et pro ὡς οἰκεῖα αὐτὰ προσῆκαν ἐξεφ. ὅσπερ παλιπραγμονῶν scribendum ὡς οἰκεῖα αὐτὰ προσῆκαν ἐξεφ. ὅσπερ παλιπραγμονῶν. C. X. 589. d. in verbis ἄχε δὴ ἀλλήλους καὶ καμένους πολλούς Xylander pro δὴ habet δεῖ. In Ms. vero δὴ scriptum fuit, in nonnullis libris δ'. Equidem δὴ delebo, ut scripserim. C. XI. 590. b. in Οὕτω δὴ ἀπηρτημένους muta δὴ in δ'. Δὴ enim ferri nequit.

Ex his igitur vitiis in vita Sartorii unum e codicibus sustulimus c. I. et tria e conjectura IV. VI. et XXVII., in vita Eumenis autem tria e conjecturis interdum etiam aliis de causis probabilibus c. III. X. et XI. In comparatione ejusmodi vitium non erat obvium.

In vita Agesilai c. I. 596. d. pro τῷ φύσει ἡγεμονικῷ καὶ βασιλικῷ verba olim fortasse ita collocata erant ut φύσει post ἡγεμονικῷ legeretur. C. VI. 598. f. ubi haec leguntur: ᾧ μεῖζον ἐδόκει τῆς βασιλείας διαπεπρᾶχθαι ἀγαθὸν τὴν στρατηγίαν ἐκείνην, Stephanus in codice invenit: ᾧ μεῖζ. ἐδ. τῆς βασ. ἀγαθὸν ἅμα πεπρᾶχθαι τ. στρ. ἐκ., idque recte. Videbatur Lysander ei majus etiam regno decus simul comparasse, illam provinciam. Vulc. etiam ἅμα πεπρᾶχθαι habet. C. VIII. 599. f. νῦν οὖν θεραπευέτωσαν οὗτοι ἀπιόντες τὸν ἐμὸν πρεωδαίτην verba sunt Agesilai. Sed de loco cap. IX. p. 600 e. in libello saepius commemorato p. 5. haec scripsi: Mentio ibi fit rationis, qua Agesilaus, qui re equestri minus valebat, equites et multos et bellicosos sibi comparaverit. Praescripsit enim hominibus opulentis teste Plutarcho in loc. all.: εἰ μὴ βούλονται στρατεύεσθαι, παρασχεῖν ἕκαστον ἵππον ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ ἄνδρα. Πολλοὶ δ' ἦσαν οὗτοι, καὶ συνέβαινε τῷ Ἀγησιλάῳ ταχὺ πολλοὺς καὶ πολεμικοὺς ἔχειν ἱππεῖς ἀντὶ δειλῶν καὶ πλουσίων· ἐμισθοῦντο γὰρ οἱ μὴ βουλόμενοι στρατεύεσθαι τοὺς βουλομένους στρατεύεσθαι, οἱ δὲ μὴ βουλόμενοι ἱππεύειν τοὺς βουλομένους ἱππεύειν. Offendunt hic primum verba: ἀντὶ δειλῶν καὶ πλουσίων. Hoc enim addendum potius erat, Agesilaum tum equites bonos habuisse pro malis peditibus. Huc accedit, quod haec ipsa verba, quae Schaefer rus Coraem secutus ita dedit, in libris non leguntur, sed quod Solanus ea ex Apophthegm. Lacon. c. XII. sumsit, ubi eadem quidem res, sed brevius narratur. Vulgo legunt: ψιλῶν ὁπλιτῶν, quod ferri non posse Stephanus primus vidit. Contrarii enim sibi sunt ψιλοὶ levis armaturae et ὁπλῖται gravis armaturae milites. Unde etiam alter latinorum interpretum ὁπλιτῶν non expressit, alter ἀντὶ ψιλῶν ὁπλιτῶν interpretatus est: „pro vilibus

peditibus, uti Dacer. quoque verba explicuit vertens: au lieu de méchans soldats, quae tamen significatio in verbis inesse non potest. Reiskius igitur καὶ addidit post ψιλῶν, qua in correctione acquievit Baumgarten-Crusius, qui etiam se pro ὁπλιτῶν legendum esse ὀλίγων, qui opponerentur τοῖς πολλοῖς lineae praecedentis suspicatum fuisse adscripsit. Iure autem quaerit Hutten.: quid tandem Reiskii correctione ad rei illustrationem allatum est? An Agesilaus absque his esse potuit, esse voluit? Verissima igitur ea esse videntur, quae Stephanus in veteribus exemplaribus se invenisse dicit: δειλῶν ὁπλιτῶν, ut δειλοὶ opponantur πολεμικοῖς. Probaverunt etiam ea, non tamen receperunt, quod miraberis Hutten. Crusius et Schaeferus. Quae si probas, uti probanda sunt, magis etiam offendent verba: οἱ δὲ μὴ βουλόμενοι ἱππεύειν τοὺς βουλομένους ἱππεύειν. Haec enim possent tantum ferri, si, qui στρατεύεσθαι nolebant, alii fuissent, atque qui ἱππεύειν. Hoc autem facile est intellectu, qui omnino noluerit castra sequi, etiam nolnisse equitatui adscribi. Neque equites facile Agesilaus potuerat exspectare, ante quem ne eques quidem satis multos alere solebant. Ipse enim antea jusserat: τοὺς μὲν πλουσιωτάτους ἐκ πασῶν τῶν ἐκεῖ πόλεων ἱπποτροφεῖν. Vid. Xenoph. Hellen. III, 4, 15. et Agesil. I, 23. Agesilaum autem equites in illis hominibus non exspectasse, porro patet ex verbis illis δειλῶν ὁπλιτῶν. Pro militibus gravis armaturae, quales alioquin habuisset, tum consilio suo prudenti habebat equites. Denique neque in Plutarcho neque in Xenophontis loc. all. de eo agitur, iis permissum fuisse non ἱππεύειν, sed ubique legitur non στρατεύεσθαι iis licuisse. Videntur igitur haec verba addita esse ab interprete, qui praecedentia: ἐμισθοῦντο γὰρ οἱ μὴ βουλόμενοι στρατεύεσθαι τοὺς βουλομένους στρατεύεσθαι explicaturus erat cogitans, quia Agesilaus arte sua revera equitatum auxerit, tale quid hoc in loco istis verbis significari. C. XII. 602. d. φίλοι ὄντες πρότερον verba sunt Agesilai. C. XV. 603. f. in verbis: τὸν πόλεμον τῆς Ἑλλάδος ἤδη ἐξωκισμένον αὖθις εἰς ἑαυτοὺς ἔτρεψαν Vulc. minus bene

ἐξοικισαμένης habet, sed ἤδη post πόλεμον collocandum erit. Ib. 604. a. pro μέντοι ante οὐδὲν ede μέντ', 604. b. ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ verba sunt Homer. Il. IV, 175. V. Crusium ad h. l. C. XVI. 604. f. verba: [ἄνδρας τῶν πάνυ ἐνδόξων ὡς ἔνι μάλιστα αἰφνίδιον ἀπολωλέναι καὶ]. Schaeferus uncis inclusit ut delenda, quippe quae etiam absint in Apophthegm. Lacon. XLV. ubi locus iisdem fere verbis repetitur. Coraes sola haec ὡς ἔνι μάλιστα αἰφνίδιον, quae quid sibi velint et Reiskius et Hutten. se nescire fatentur, ut spuria asteriscis inclusit. Orellius ad Isocr. Antid. p. 462. ea pro genuinis habens, paulo supra inter πολιορκεῖν et τὴν Λάρισσαν inseri voluit. Offendunt autem praeter illa ὡς ἔνι μάλιστα αἰφνίδιον, quae hoc in loco prorsus sunt inepta, etiam cetera, quia, uti ex iis, quae sequuntur, intelligimus, Agesilaus doluit, non quod tam praeclari, sed quod tot perierint Graeci. Vid. Metamorph. crit. ad Plutarch. emend. a me script. p. 6. — C. XVII. 605. b. in verbis: οἱ ἄρχοντες πεντήκοντα τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ ῥωμαλεωτάτους ἐκλεξάμενοι ἀπέστειλαν post πεντήκοντα et post ἐκλεξάμενοι interpungendum est, πεντήκοντα enim ab ἀπέστειλαν et accusativi τοὺς ἀκμαιοτάτους καὶ ῥωμαλεωτάτους ab ἐκλεξάμενοι reguntur. Hac ipsa autem de causa hiatus non offendit. C. XX. 606. e. pro ἐν βιβλίῳ in verbis: λόγον ἀναγνοὺς ἐν βιβλίῳ ἀπολελειμμένον, quod Vulc. SG. Apophthegm. Lac. c. LII. probante Bryano pro cett. βίβλῳ habent, equidem ἐν βιβλίοις conjecerim. Si enim conditionem veterum librorum spectamus, verisimilius est in ejus libris manuscriptis etiam orationem fuisse relictam, quam eam in libro esse lectam. C. XXI. 607. c. in verbis: εἰσὶ δ' οἱ νενικηκότες πρότερον, ὕστερον ἡττημένοι ἀνεγράφησαν. vulgo post ὕστερον δὲ addunt, quod Reiskius sine idonea causa delevit. Scriptor enim hoc vult: in tabulis istis autem, in quibus nomina victorum referrentur, mirum id evenisse, quod iidem bis prius ut victores, postea autem inscribebantur ut victi. Suspicor igitur scriptum fuisse ὕστερον δ' ἀνεγράφησαν ἡττημένοι. Item collocationem verborum mutaverim c. XXV. 609. f. pro καὶ τότε

συνηγωνία μὲν, ὡς εἰκὸς ἦν, κινδυνεύοντι αὐτῷ περὶ τοῦ πατρὸς scribens καὶ τότε συνηγ. μὲν, ὡς εἰκὸς ἦν, αὐτῷ κιν. π. τ. πατρος. Neque minus c. XXXI. 613. b. pro: ἐν δὲ τούτῳ ἅπαντι τότε πρῶτον ὤφθησαν ἐν τῇ χώρᾳ πολέμιοι conjecerim ἐν τούτῳ δ' ἅπαντι κ. τ. λ. C. XXXII. 613. e. autem in verbis: Πορευόμενον δὲ πρῶτον τῆς φάλαγγος τὸν Ἐπαμινώνδαν διὰ τοῦ Εὐρώτα ἐδείκνυσάν τινες τῷ Ἀγησιλάῳ ex quibusdam Stephani libris διὰ τοῦ Εὐρώτα primus adscivit Coraes. At recte jam Stephanus adscripsit: „Hoc satis intelligitur, etiamsi non addatur." Cum igitur nomen statim praecedat ceterique libri id non repetant, διὰ τοῦ Εὐρώτα rursus delendum esse censeo, ut ab interprete additum. C. XXXIV. 615. e. in verbis: Ἰσάδαν δὲ τὸν Φοιβίδου υἱὸν οὐ τοῖς πολίταις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις θέαμα φανῆναι καλὸν καὶ ἀγαστόν. Iunt. et SG. exhibent: Ἰσίδαν δοκῶ τὸν κ. τ. λ. Illud δοκῶ insertum esse videtur, quia infinitivus φανῆναι offendebat, qui non apte ab ἐπιδείξας posset regi. Recte tamen eum explicuit Schaeferus: spectaculum visu pulchrum et admirabile, ut φανῆναι ab adjectivis istis regatur et accusativus Ἰσάδαν δὲ (rectius fortasse Ἰσίδαν δὲ) pendeat ab ἐπιδείξας. Post Φοιβίδου autem υἱὸν deleas, quod etiam Xylander non expressit vertens: Isadam Phoebidae et delnde cum libris vulgatis interpungas. Quod deinde in libris (cum non allatum sit in quibus, conjicio in Vulcob.) τοῖς ἐναντίοις pro τοῖς πολεμίοις legitur, id loco quidem magis convenire, sed e conjectura ortum esse videtur. Non magis probo, quod Vulc. et libri Stephani pro καλὸν exhibent καινὸν ea ipsa de causa, quia tum infinitivus φανῆναι minus bene possit explicari. C. XXXVI. 616. c. in verbis: Ἔτι δὲ μᾶλλον ἠδόξησε Τάχῳ τῷ Αἰγυπτίων στρατήγῳ ἐπιδοὺς ἑαυτόν. Reiskius Αἰγυπτίων male de suo dedit pro vulgato Αἰγυπτίῳ, quod Coraes revocavit, jure laudatus a Schaefero, qui plura similia attulit e c. XXXVII. XXXIX. et LX. At tum etiam cum Corae στρατηγὸν est scribendum, quod recte probat Schaeferus initium cap. XXVII. afferens.

Aegre enim tulerunt, quod se Agesilaus Tachoi ducem praebebat.

In vita Pompeji c. V. 621. b. in verbis: *Ἐπεὶ δὲ πρὸς Κίνναν εἰς τὸ στρατόπεδον πορευθεὶς ἐξ αἰτίας τινὸς καὶ διαβολῆς ἔδεισε καὶ ταχὺ λαθὼν ἐκποδὼν ἐποίησεν ἑαυτὸν, οὐκ ὄντος δ' ἐμφανοῦς αὐτοῦ θροῦς διῆλθεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ λόγος, ὡς ἀνηρήκει τὸν νεανίσκον ὁ Κίννας, ἐκ δὲ τούτου οἱ πάλαι βαρυνόμενοι καὶ μισοῦντες ὥρμησαν ἐπ' αὐτόν. Ὁ δὲ φεύγων — προσέπεσε τοῖς γόνασι κ. τ. λ.* Stephanus monet aut *ἐπεὶ δὲ* h. l. pro *ἔπειτα δὲ* ut alibi sumendum esse aut particulam *δὲ* post *ὄντος* vacare et post *ἑαυτόν* punctum (quod in vulgatis est) utpote sententia adhuc pendente non esse ponendum. Schaefero placet (quod minus probaverim) *καὶ* post *ἔδεισε* expungi, deinde autem post *ἑαυτόν* et post *Κίννας* plenius interpungi. Equidem facio cum vetere interprete, cujus verba Stephanus attulit haec: Quum ad Cinnam in castra profectus ac ob crīminationes et calumnias aliorum sibi metuens, clam esse a medio subduxisset, rumore in castris exorto, adolescentem a Cinna necatum esse, milites jam pridem infestos animos gerentes, impetum in Cinnam fecerunt: atque is fugiens et cett., ad quae Stephanus adscribit: „potius clausissem periodum his verbis: impetum in Cinnam fecerunt.“ Patet autem inde hunc veterem interpretem verba mihi quoque valde suspecta, quae ea ipsa de causa, quia paulo longiorem periodum librarii non recte struxerant, addita esse videntur, dico *ἐκ δὲ τούτου* non legisse. Alius quem Stephanus commemorat, interpres *δ'* post *ὄντος* omisit et periodum verbo *Κίννας* finivit. Ego autem quoniam hoc in capite inprimis de Cinna agitur, putaverim in apodosi et omnino in tota sententia hunc inprimis debere spectari. Hinc nequaquam cum Schaefero plenius interpunxerim, sed narratione, impetum factum esse in eum, cujus necem Plutarchus hic est descripturus, finem periodi aptissime faciendum esse statuerim. Quae si probaveris, ante verba: *οὐκ ὄντος* etc. *ἐπεὶ* cogitatione repetes. C. XI. 624.

c. in verbis: τοῦ δὲ πράγματος γενομένου φανεροῦ δόξῃ τοῖς ἄλλοις πᾶσι, potérit quidem hiatus ferri. Legitur tamen Stephano teste etiam post φανεροῦ δόξαι τοῖς ἄλλοις παρέστη πᾶσι, quod mihi minime displicet, uti etiam Schaefero placuit. C. XIV. 629. a. pro ἅρματι ἐλεφάντων rectius cum cod. SG. scribes ἐλεφάντων ἅρματι. C. XV. 626. c. in verbis: τὸν δῆμον τῇ πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ ἐκείνῳ σπουδάζοντα παρασχών, pro αὐτὸν in cett. libr. non minus recte legitur αὑτὸν, sed pro ἐκείνῳ ede κείνῳ. C. XIX. 628. d. pro ἐπιφανῆναι in verbis: δεινὸς ἐν βραχεῖ πολλαχοῦ ἐπιφανῆναι libri multo rectius περιφανῆναι tuentur, quod aptissimum esse concedes, quia revera eo excelluit, quod modo hic modo illic circa loca illa apparuit. C. XXII. 630. c. verba: ὑπ' ἐμαυτῷ αὐτοκράτορι sunt Pompeji. C. XXIV. 631. d. non hiatus magis offendit in verbis: Ἦλω δὲ καὶ θυγάτηρ Ἀντωνίου, θριαμβικοῦ ἀνδρός, hoc enim quodammodo unum format verbum. C. XXXI. 635. b. e conjectura Reiskii editum est: Οἷα δὲ μεγίστων στρατηγῶν καὶ μέγιστα κατωρθωκότων δάφναις ἀνεστεμμένας ἔχοντες ὅμου καὶ τὰς ῥάβδους οἱ ὑπηρέται ἀπήντων, cum vulgo δάφνας ἀνεσταλμένας pro δάφναις ἀνεστεμμένας legatur. In Iuntina tamen est ἀνεσταμένας, unde jam Bryan. et Mos. Dus. de verbo ἀναστέφειν suspicati sunt. Sed ob insequens ὁμοῦ (quod offendit et pro quo Schaeferus ὁμοίως conjecit, cum Coraes post ἀνεστεμμένας censeat τὰς αἰχμὰς inserendum esse) inseri voluit Reiskius simul τοῖς πελέκεσι, ut sententia sit: lictores habentes laureis sertis redimitos, una cum securibus, virgas quoque, aut ταῖς κεφαλαῖς, una cum capitibus suis. Tudertin. vertit: lictores laureas et erectos fasces utrinque ferentes, alteris occurrerunt. At mihi potius dicendum fuisse videtur Lucullum et Pompejum sibi cum suis ministris obviam factos esse, non autem eorum ministros sibi occurrisse. Qua de causa locum ita scripserim, ut post κατωρθωκότων legatur: δάφνας ἀνεσταλμένους ἔχοντες ὅμου καὶ τὰς ῥάβδους ὑπηρέτας ἀπήντων i. e. habentes ministros laureas et simul virgas erigentes (qui

honoris causa ita erant ornati) utpote ministros maximorum imperatorum sibi obviam venerunt. Verbum *ἀναστέλλεσθαι* autem in medio ita cum accusativo strui discere poteris ex exemplis a Schneidero in Lexic. allatis, ita ut hoc unum locus habeat, quo displicere possit, quod *ὑπηρέτας* ita est propositum, id quod Plutarcho concedas velim. C. XXXIV. 637. c. in verbis: *Μέγιστα δ' αὐτῶν ἐστιν ἔθνη Ἀλβανοὶ καὶ Ἴβηρες, Ἴβηρες μὲν ἐπὶ τὰ Μοσχικὰ ὄρη καὶ τὸν Πόντον καθήκοντες* non offendes in hiatu *Μοσχικὰ ὄρη* (Vulc. habet *μαχικὰ*), quia unum faciunt verbum; post *ἔθνη* pausa est. C. XL. 640. c. in verbis: *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦτον τὸν Δημήτριον ἧττον ἐπίφθονον ἐποίει αὐτὸς ὁ Πομπήϊος ἐντρυφώμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ μὴ δυσκολαίνων* post *ἐποίει* pausa quaedam est, quia scriptor hoc vult: cum etiam Pompejus ipse ab eo insolenter et superbe tractaretur. C. XLVI. 643. d. in verbis: *παρ' ἀξίαν κυλινδούμενον ἐν ἀγορᾷ ἔχων καὶ περιφέρων* scribendum fortasse: *ἔχων ἐν ἀγορᾷ καὶ περιφέρων*. C. XLVII. 644. b. in verbis: *ἦρη ὁ Πομπήϊος* dele articulum. Supra etiam *Πομπήϊον* sine articulo legis, quem ibi solus Vulc. addit. C. LIV. 648. c. in verbis: *Πομπήϊον μόνον ἐλέσθαι ὕπατον* colloca *μόνον*, quod ad *ὕπατον* pertinet, post *ἐλέσθαι*, ne ad *Πομπήϊον* referatur. C. LX. 651. d. ad verba: *ἀνερρίφθω ὁ κύβος* Schaeferus haec adscripsit: „Articulum de meo addidi. Nollem factum: nam videtur hic exitus trimetri esse.“ C. LXI. 652. e. in verbis: *καὶ κελεύσας ἅπαντας ἕπεσθαι αὐτῷ τοὺς ἀπὸ βουλῆς* vulgo *αὐτῶ* pro *αὐτῷ*, quod Schaef. e conjectura dedit, habent. Potest etiam vulgatum ferri, si statuis Plutarchum id velle, quod revera factum sit, ut omnes eum sequerentur, e jussu Pompeji fuisse factum. Sed *αὐτῷ* sive *αὐτῶ* post *βουλῆς* erit collocandum. C. LXXV. 659. c. in verbis: *ἐπεὶ τὸν μὲν ἰρύσθαι [τὸν Πομπήϊον] ἦν ὑπὲρ τῆς προνοίας, τὸν δ' ἀποφαίνεσθαι, ὅτι τοῖς πράγμασιν ἤδη μοναρχίας ἔδει διὰ τὴν κακοπολιτείαν, ἰρύσθαι δέ „Πῶς, ὦ Πομπήϊε, καὶ τίνι τεκμηρίῳ πεισθῶμεν, ὅτι βέλτιον ἂν σὺ τῇ τύχῃ Καίσαρος ἐχρήσω κρατήσας;“* Schaeferus *τὸν μὲν* pro *τὸ μὲν*

dedit e conject. Reiskii, qui interpretatur: alterum quidem, Pompejum puta, decebat de providentia quaerere. Verba autem: τὸν Πομπήϊον Schaeferus uncis inclusit ut delenda, non satis idonea de causa. Sententiam enim hanc esse censet: Cum enim Pompejus talem expertus rerum conversionem dubitasset de providentia deorum, Cratippo licebat declarare — adjuncta etiam interrogatione hac: quibus tandem argumentis, Pompei, nobis persuadebis. Accuratius locum tractavit Stephanus offendens in verbis τὸ μὲν ἐρέσθαι tum quod τὸ mutari necesse sit et mutando in τὸν (quod maxime vicinum sit verbum) dure dicatur τὸν μὲν ἐρέσθαι τὸν Πομπήϊον ἦν pro τὸν μὲν ἐρέσθαι τῷ Πομπηίῳ ἐξῆν. Alterum quod ἔρομαι περὶ τούτου sicut et ἐρωτῶ περὶ τούτου potius quam ἔρομαι ὑπὲρ τούτου dicatur. Tertium quod verisimile non sit Plutarchum, si hic ἐρέσθαι scripsisset, statim post idem verbum repetiturum fuisse. „Praeterea vero (pergit) ut Plutarchum ista verba περὶ τῆς μοναρχίας Pompejo adscripsisse existimem, facit quod sequitur: ἐρέσθαι δὲ. Neque enim puto Plutarchum de eodem dixisse τόνδ' ἀποφαίνεσθαι et ἐρέσθαι δὲ. His autem omnibus non video quid aliud opponi possit, quam quod paulo ante scriptum est de Pompejo eum μέμψασθαι καὶ συνδιαπορῆσαι βραχέα περὶ τῆς προνοίας. Sed haec non obstant, quominus credamus, Plutarchum subjunxisse, Cratippum potuisse (nisi timuisset ne λυπηρὸς atque ἄκαιρος esset) multa in defensionem τῆς προνοίας afferre et Pompejo inter alia dicenti: rempublicam in tam malo statu fuisse, ut monarchia opus esset: objecisse: Sed si ad te monarchia illa devenisset, victoria potitum, quid nobis fidem facere possit, te melius quam Caesarem fortuna usurum fuisse?" Verbum ἐρέσθαι igitur depravatum esse arbitratur et pro eo scriptum a Plutarcho fuisse aliud verbum, quod cum accusativo Πομπήϊον jungeretur. Simul autem non τὸ sed τῷ scriptum fuisse dicendum esse. Sed et verba quaepiam alia desiderari ante vel post ὑπὲρ τῆς προνοίας verisimile esse. In his a Stephano multa vere

et recte sunt disputata, neque minus idem jure interpretationem eam improbat, qua Pompejus quaestionem de providentia proposuisse et ei Cratippus respondisse dicatur. Non enim ἤρετο, sed ἐρέσθαι ἦν est scriptum. Ad verum autem propius etiam accessit Mos. Dus. cui quidem minus bene locutio ὑπὲρ τῆς προν. ἐρέσθαι idem valere videtur, ac providentiae nomine interrogare, qui autem paulo post pro τὸν δ' mavult τὸ δ', ut sententia Plutarchi sit: potuisse Cratippum tum providentiae nomine a Pompejo quaerere, quo tandem argumento constiterit, ipsum usurum fuisse melius fortuna, si vicisset quam Caesarem: tum ostendere etc. At tum quoque plura offendere non est quod multis exponam. Equidem igitur totum locum ita sanandum esse arbitror ut scribatur: ἐπεὶ τῷ μὲν ἐρέσθαι· τὸν Πομπήϊον ἦν ὑπὲρ τῆς προνοίας τόδ' ἀποφαίνεσθαι, ὅτι — κακοπολιτείαν (i. e. quia quaestioni Pompeji i. e. Pompejo quaerenti scil. de providentia hoc licebat pro providentia declarare), ἐρέσθαι δὲ (i. e. iterum autem ex Pompejo licebat quaerere) κ. τ. λ. Qua levi mutatione ea, in quibus Stephanus offendit, videbis remota. Nam etiam id, quod ἐρέσθαι est repetitum, tum nil offensionis habet, quia sententia inest: illum interrogantem poteris etiam interrogare. Ἐπεὶ autem Schaeferus recte ad ἀντιλέγων refert, ut sit: nam habuit, quod opponeret. C. LXXVI. 659. d. pro τῇ δὲ κρείττονι ἀδηρίτως δυνάμει πρὸς μηδὲν ἀποχρήσασθαι scribendum erit fortasse τῇ δ' ἀδηρίτως κρείττονι δυνάμει κ. τ. λ. Nam ἀδηρίτως auget vim verbi κρείττονι.

In comparatione Agesilai cum Pompejo c. III. 663. b. a Corae et Schaefero ex conjecturis Anon. et Mureti editum est: εἰ μέντοι τοῖς μεγίστοις καὶ κυριωτάτοις εἰς τὰ ὅπλα πράγμασι καὶ λογίσμοις προστίθεται πρωτεῖον ἀρετὴ ἀνδρὸς ἡγεμόνος, οὐ μικρὸν ὁ Λάκων τὸν Ῥωμαῖον ἀπολέλοιπε. Vulgo pro ἀρετὴ legitur ἀρετῆς. Reiskius autem scripsit: προτίθεται πρωστεῖον, ἀρετῇ ἀνδρὸς ἡγεμόνος οὐ μικρὸν — si facinoribus atque con-

silis maximis et palmariis in bellis proponitur prima palma, dicendum est, ratione virtutis imperatoriae magnis spatiis Romanum a Spartano relictum esse, ita ut ἀρετῇ idem valeat ac κατ' ἀρετὴν et μικρὸν adverbialiter accipiendum sit pro μικρῷ aut παρὰ μικρόν. Quae jure improbat Schaeferus. Xylander contra verba vulgata ita interpretatus est: Quod si tamen summis est et praecipuis bellicis factis et consiliis attribuendus imperatoriae virtutis primatus, multum Lacon Romano eminet. At hoc per se patet, summis et praecipuis factis atque consiliis bellicis (ita Schaefer. etiam εἰς τὰ ὅπλα explicat addens: proprie quod ad arma attinet) primatum vel palmam deberi. Neque video cur Coraes ἀρετὴ scripserit. Intellexisse quidem videtur ipsius ducis singularem fortitudinem, quam ego tamen non a factis bellicis discernerem. Qua de causa vulgatam retinens locum ita explico: Si summis et praecipuis factis quae ad arma spectant, etiam per consilia (prudentia) summum sive palma virtutis imperatoriae additur, Lacon multum superat Romanum. Nam postquam in iis quae antecedunt, Plutarchus affirmavit, Pompejum in rebus bellicis praestare Agesilao, nunc pergit: in consiliis capiendis prudentia Agesilaum praestare Pompejo, atque eam conjunctam cum bellicis factis primariam esse ducis virtutem. Agesilaum enim hostibus appropinquantibus patriam urbem non deserendam esse censuisse, uti Pompejum.

Quod autem in his vitis plura erant corrigenda, non miraberis cogitans eas tum longiores esse, tum nondum bonorum codicum ope emendatas. Ex tredecim igitur vitiis in vita Agesilai obviis poterant tantummodo duo (in cap. VI. et XXXII.) e codicibus tolli, quatuor aliis etiam de causis videbantur esse corrigenda, v. c. IX. XVI. XX. et XXXVI. et septem propter hiatum offendebant, v. c. I. XII. XV. XXI. XXV. XXXI. et XXXIV. In vita Pompeji ex quatuordecim hiatibus poterant quinque codicum auctoritate sive removeri sive improbari, v. c. XI. XIV. XIX.

LX. et LXXV., in quinque locis mutatio aliis etiam de causis erat probabilis, v. c. V. XXXI. XL. LIV. LXXVI., quam in ceteris vocalium concursus suadebat, v. c. XV. XLVI. XLVII. LXI. In comparatione qui deprehendebatur unus gravior hiatus ex malis virorum doctorum conjecturis originem ducebat.

In vita Alexandri quae c. V. 666. f. legis: *πάντα προλήψεται ὁ πατὴρ*, verba sunt Alexandri, sed ib. 667. b. pro dativo in verbis: *Λυσίμαχος τῷ γένει Ἀκαρνὰν* scribe *τὸ γένος*. C. XI. 670. c. verba [*ἀθλίων ἀνὴρ φανῆναι*] ante *εὐθὺς ἦγε—τὴν δύναμιν* Dus. jam delenda esse vidit, quia satis in ipsis quae sequantur verbis Alexandri contineantur. At non tam otiosa, quam prorsus inepta sunt, unde Coraes ea asteriscis, Schaeferus uncis inclusit. Tu ea deleas velim. C. XVII. 674. a. pro *οὐκ ἄχαριν ἐν παιδιᾷ ἀποδιδοὺς τιμὴν* scribendum fortasse *οὐκ ἄχαριν ἐν παιδιᾷ τιμὴν ἀποδιδούς*. C. XVIII. 674. c. hiatus defendi poterit in verbis: *Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν λύσιν γενέσθαι ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἔστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν*, quia post *γενέσθαι* pausa est. Ceterum pro *ἔστορα* Vulc. habet *Νέστορα*, pro *ᾧ συνείχετο* quod Coraes de suo dedit et Schmiedero placuerat, confirmatum si vis postea cod. Monac., vulgo *ᾧ συνεῖχε* praebent, cujus loco Reisk. dedit *ὃς συνεῖχε*, in Br. ed. est *ὁ*. Potest tamen vulgata defendi, si statuimus, hic uti in Hom. Il. XX. 478. in verbis: *ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες ἀγκῶνος*, *συνέχειν* verbum neutrum esse. Denique pro *ὑφελκύσαντι* Vulc. male habet *ἐφελκύσαντα*. Arrian. in Anab. II, 4, 7. usus est verbo *ἐξελκῦσαι*. C. XIX. 674. c. Schaeferus in verbis: *Ἦν δ' ἡ διατριβὴ διὰ νόσον, ἣν οἱ μὲν ἐκ πόνων, οἱ δὲ λουσαμένῳ ἐν τῷ τοῦ Κύδνου ῥεύματι καὶ παγέντι προσπεσεῖν λέγουσι* pro vulgato *κατεπαγέντι* de suo dedit *καὶ παγέντι*. Reiskius jam dubitaverat, utrum hoc verbum ad Alexandrum an ad Cydnum referatur. Si ad Cydnum, denotari monet congelato, gelu concreto, sin ad Alexandrum prae frigore rigidato, rigore ortus immobiles reddente et sensu

privante. At de flumine non dici concludi poterit tum ipsa rei natura, quis enim in congelato flumine, nisi qui prorsus Priesnitzii Graefenbergensis artibus est addictus, corpus abluet? tum ex Arrian. Anab. II, 4, 7. qui eundem Aristobulum secutus narrat, fluvium ψυχρὸν εἶναι, utpote ἐκ τοῦ Τάθρου ὄρους ῥέοντα. Equidem igitur conjecerim scriptum fuisse a Plutarcho: οἱ δὲ λουσαμένῳ καὶ τῷ τοῦ Κύδνου ῥεύματι (unda) καταπλαγέντι (rigidato) προσπεσεῖν λέγουσι. C. XX. 676. a. offendo in verbis: πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς, quia ἀσκεῖσθαι cum dativo materiae strui solet et χρυσῷ ἀσκεῖσθαι esset: auro ornari. At non auro ornata, sed aurea fuisse quae nominavit vasa verisimile est. Aut igitur post χρυσοῦ interpunge, ut sententia sit: omnia aurea, praeclare confecta, aut quod malim καὶ post χρυσοῦ insere. C. XXI. 676. b. in verbis: ταῖς ἐκείνων τύχαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἑαυτοῦ ἐμπαθὴς γενόμενος. Reiskius pro ἐμπαθὴς recte mavult συμπαθὴς. Vulgatam quidem defendit Bekker. e c. LXIX. afferens: Ταῦτα μὲν οὖν ἐμπαθῆ σφόδρα τὸν Ἀλέξανδρον ἐποίησεν. At ibi non est dativus additus uti hic et verbum alia etiam vi dictum. Hic enim scriptor hoc vult: Alexander suae sorti consentiens hilaris fuisset, moestus autem erat potius. Ib. 676. c. Schaeferus edidit: ἔτι μᾶλλον τῷ ἔργῳ ἁπήντα φιλάνθρωπα, cum vulgo: ἔτι μᾶλλον γενομέναις αἰχμαλώτοις τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων ἁπήντα φιλάνθρωπα legeretur. Quibus in verbis jam Reiskius offenderat, cui post μᾶλλον προσφιλῆ aut simile quid excidisse videbatur. Hutten. contra mavult verba γενομ. αἰχμ. ad priora ταῖς γυναιξὶν transponi et reliqua sic strui: ἔτι μᾶλλον ἐφάνη τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων, ἅπαντῶντα αὐτῷ (dicto) φιλάνθρωπα. Schmiederus autem verba: γενομ. αἰχμαλ. uncis, Coraes asteriscis inclusit ut delenda, Schaeferus auctor. cod. Par. a quo ea absunt, delevit; recte. Debebat tamen etiam in ceteris hunc codicem sequi et scribere: ἔτι (Paris. ἔτι δὲ, Schaef. conjicit ἔτι καὶ) μᾶλλον τῶν ἔργων (ita Paris.) ἁπήντα φιλάνθρωπα. Verbis mitibus jam iis dictis magis etiam humana facta iis contigerunt. C. XXVII. 680. f. in

verbis Psammonis: πάντες ἄνθρωποι βασιλεύονται ὑπὸ θεοῦ hiatus non offendit, sed pro ἄνθρωποι e cod. Par. οἱ ἄνθρωποι est recipiendum, quod etiam Schaeferus probavit. C. XXXIII. 684. d. in verbis: Ὁ δὲ μάντις Ἀρίστανδρος χλανίδα λευκὴν ἔχων καὶ χρυσοῦν στέφανον ἐπεδείκνυτο παριππεύων ἀετὸν ὑπὲρ κεφαλῆς Ἀλεξάνδρου συνεπαιωρούμενον καὶ κατευθύνοντα τῇ πτήσει ὀρθιον ἐπὶ τοὺς πολεμίους Coraes ultimam syllabam verbi ἐπεδείκνυτο asteriscis inclusit ut delendam, sed medii usum satis tuiti sunt Bekk. et Held. Vid. Schaef. ad h. l. Equidem potius in dativo τῇ πτήσει offendo, conjicioque τὴν πτῆσιν esse legendum, cum praeter septuaginta interpretes nesciam quis verbum κατευθύνειν cum dativo struxerit. Xenophon certe de Venat. 5, 32. struxit cum accusativo. C. XXXIX. 688. b. in verbis: Παρμενίωνι μὲν οὖν τὸν Βαγώου ἔδωκεν οἶκον τὸν περὶ Σοῦσα, ἐν ᾧ λέγεται χιλίων ταλάντων εὑρεθῆναι ἱματισμόν Coraes τὸν e conject., Σοῦσα auctor. Vulcob. scribens verba τὸν περὶ Σοῦσα transposuit, quae vulgo post λέγεται leguntur. Reiskius ea uncis inclusit. Cruser. vertit: ad cultum pertinentium, quasi legisset τῶν περισσῶν. Bryan. probat τῶν περὶ Σοῦσα. Guarin. habet: in quo rex Susiorum, interpres Anglus: Susiana talenta. At vix poterit demonstrari haec in verbis, qualia in codicibus exhibeantur, inesse. Non male igitur Coraes verba transposuit, debebat tamen, ni fallor, iis potius locum post Βαγώου tribuere et id quod in libris est τῶν περὶ Σούσων retinere, ut sententia sit: Bagoae domum eam ei dedit, quae erat inter aedificia circa Susa. Περὶ enim cum genitivo interdum eadem ratione usurpari, qua ἀμφὶ disces ex Matth. Gr. gr. §. 589. Verisimillimum autem est, tam potentem eunuchum, qualis Bagoas fuit, plures ejusmodi domos etiam in aliis urbibus, in quibus rex versari solerat, possedisse. In iis autem quae sequuntur, pro ἱματισμὸν suspicor Plutarchum λημματισμὸν scripsisse, ut scriptor quaestum adderet, quem Parmenion inde ceperit. Nam vestimentum mille talentorum sane offendit, etiamsi pretiosissimum fuisse statuas. C.

XLI. 689. a. in verbis: πάππῳ θῦσαι ἐκέλευσεν fortasse θύειν erat scriptum. C. XLII. 689. a. in verbis: γράφει παῖδα Σιλανίωνος εἰς Κιλικίαν ἀποδεδρακότα καλεῖσθαι ἀναζητῆσαι adde τὸν ante εἰς, ut sententia sit: quippe qui aufugerit. Ib. 689. d. Reiskius ad verba: Τότε δὴ ἐξήλαυνεν ἐπὶ Δαρεῖον haec adscripsit: „Haec non satis cohaerent cum praemissis. Neque patet cur τότε ac cur δὴ dixerit. Ecquid enim tempus designavit?“ Melius Schaeferus: „Hinc novum caput ordiendum fuit. Malim Τότε δὲ (scribe δ').“ Ib. 689. e. in verbis: Ἔνθα δὴ Μακεδόνες τινὲς ἀπήντησαν αὐτῷ ὕδωρ ἐν ἀσκοῖς ἐφ' ἡμιόνων νομίζοντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ nisi mavis τὸ ὕδωρ i. e. eam aquam, qua indigebant scriptum fuisse, poteris hiatum pausa excusare. C. XLIV. 690. d. in verbis: Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν ἵππον αὐτῷ ἄγοντες ἦκον καὶ τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντες mihi αὐτῷ post Ἐπεὶ δ' collocandum esse videtur, quia et ad τὸν ἵππον ἄγοντες et ad τὰς πόλεις ἐγχειρίζοντες est referendum. C. LIII. 695. e. pro ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι fortasse olim ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ μῖσος ἐγγενέσθαι τοῖς Μακ. scriptum fuit. C. LVII. 697. c. in verbis: καθαρὸν ἀνέβλυζεν ὕδη καὶ διαυγὲς ἔλαιον, οὔτ' ὀσμῇ δοκοῦν οὔτε γεύσει ἐλαίου διαφέρειν στιλβότητά τε καὶ λιπαρότητα παντάπασιν ἀπαράλλακτον, ex accusativis στιλβότητα et λιπαρότητα etiam supra ὀσμὴν et γεῦσιν scriptum fuisse concludo. C. LIX. 689. c. Schaeferus e codd. Mon. et Paris. edidit: καὶ τοῦτο τοῖς πολεμικοῖς αὐτοῦ ἔργοις τἄλλα νομίμως καὶ βασιλικῶς πολεμήσαντος ὥσπερ κηλὶς πρόσεστιν. cum vulgo rectius ἔργοις αὐτοῦ legeretur. Quoniam enim Plutarchus interdum verba insolentiore ordine collocat, librarii quae simpliciter erant ordinata, mutasse videntur, cujus exemplum supra etiam ad cap. LIII. reperisse mihi videor. C. LX. 699. c. ne offende in μή τι ἄλλο λέγει, ubi Mon. λέγῃ habet et Schaef. λέγοι conjicit. Potest enim indicativus retineri. Cap. LXIX. 703. d. in verbis: Ὁ δὲ Καλανὸς—ἐδεξιοῦτο τοὺς παρόντας τῶν Μακεδόνων καὶ παρεκάλει τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡδίως γενέσθαι καὶ μεθυσθῆναι μετὰ τοῦ βασιλέως, αὐτὸν δ' ἐκεῖνον

ἔρη μετ' ὀλίγον χρόνον ἐν Βαβυλῶνι ὄψεσθαι. Mos. Dua. mavult pro αὐτὸν αὐτὸς, quod non probo, quoniam hoc urgetur, se illum ipsum i. e. regem esse visurum. In hiatu autem hoc in loco utpote in dicto Calani notissimo a multisque veterum scriptoribus commemorato, quod ea ipsa de causa a Plutarcho non bene poterat mutari, minus offendo. C. LXX. 703. e. Cor. e conjectura Bryani edidit: λαβὼν τὸ νικητήριον, στέφανον ταλάντου, ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησε, pro vulgato: τὸ νικητήριον στέφανον τάλαντον. Mos. Dua. cum H. Stephano aut καὶ interjiciendum censet aut ταλάντου vult scribi aut prorsus hoc verbum deleri aut denique aliquid excidisse suspicatur. Xylander et Cruser. omittunt στέφανον, Guarin. vertit: unius talenti coronam. Reiskius dedit τὸ νικητήριον στέφανον τ' ταλάντων, quod Schaeferus nimium esse, ταλάντου autem parum censens τ' ταλάντων conjicit. At Aelianus in Var. Hist. II, 41. eandem rem referens haec habet: Οἰνοποσίας γοῦν ἀγωνίαν προὔθηκε (i. e. Ἀλέξανδρος) καὶ ἦν τῷ μὲν τὰ πρῶτα φερομένῳ τάλαντον τὸ γέρας. Unde Anonym. rationem, qui τὸν νικητήριον στέφανον τάλαντον i. e. praemium victoriae propositum talentum vult, probo. Ex Aeliani enim verbis intelliges, etiam supra in huj cap. verbis: προὔθηκε καὶ στέφανον ἀκρατοποσίας non de corona, sed de praemio victoris sermonem esse, neque minus ex Aeliano intelliges, talentum nequaquam parum esse. Cod. Mon. habet ταλάντων. C. LXXIII. 705. d. in verbis: Ἀποδυσαμένου δὲ πρὸς ἄλειμμα καὶ σφαῖραν αὐτοῦ παίζοντες οἱ νεανίσκοι οἱ σφαιριζοντες—καθορῶσιν ἄνθρωπον κ. τ. λ. cum Reiskio probante Corae συσφαιριζοντες erit scribendum, non minus etiam articulus delendus, quem in ejusmodi participiis ad describendum aliquid additis Plutarchus non amat. Ib. pro πολὺν χρόνον γεγονέναι ἐν δεσμοῖς olim fortasse πολὺν γεγονέναι χρόνον ἐν δεσμ. fuit scriptum. C. LXXVII. 707. a. in verbis: τὸ δὲ φάρμακον ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν καὶ παγετῶδες ἀπὸ πέτρας τινὸς ἐν Νωνάκριδι οὔσης Coraes Νωνάκριδι dedit pro vulgato Nonacridi. Quia autem fons non in urbe ipsa Arcadiae, sed juxta eam erat, conjecerim ἐν Νωνακρίδος i. e. agro. Ac-

centum autem cur in penultima ponendum esse censeam, disces ex exemplis a Goettlingio de accentu p. 272. allatis.

In vita Caesaris c. IV. 708. e. in verbis: *Ἐπανελθὼν δ' εἰς Ῥώμην Δολλοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον.* Reiskius in ordine offendens conjecit: *πολλαὶ τῶν ἀπὸ* (vel *ἐπὶ*) *τῆς Ἑλλ. πόλ.* Schaeferus contra mavult verba *ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος* legi ante *εἰς Ῥώμην*. At propter verba sequ. *ἀμειβόμενος τὴν Ἑλλάδα τῆς προθυμίας* sane desidero ad *πόλεων* significationem graecarum proboque Reiskii conjecturam. C. VI. 710. b. verba: *οἱ δὲ Μαριανοὶ παραθαῤῥύναντες ἀλλήλους πλήθει τε θαυμαστοὶ ὅσοι διεφάνησαν ἐξαίφνης καὶ κρότῳ κατεῖχον τὸ Καπιτώλιον* struo ita: *θαυμαστοί, ὅσοι διεράνησαν ἐξαίφνης, καὶ κρότῳ κατεῖχον τ. Καπ.* Ib. in verbis: *ὡς ἀντὶ πάντων ἄξιος εἴη ὁ ἀνὴρ τῆς Μαρίου συγγενείας* fortasse *εἴη* non est a Plutarcho profectum. C. VII. 710. f. pro *μέχρι οὗ* cum Reiskio scribe *μέχρις οὗ*. Ib. in verbis: *ὕστερον δὲ εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι ὑπάρξει* libri pro *ὑπάρξει* habent *πράξει*, ex quo Anon. Vulc. Dac. Bryan. et Reisk. *ὑπάρξει* fecerunt. Melius tamen Coraes suspicatus est *παρέξει*. C. XI. 713. a. verba: *Οὐ δοκεῖ ὑμῖν κ. τ. λ.* sunt verba Caesaris. C. XII. 713. b. pro *ἄχρι ἄν*, quod sane vulgo legebatur, Reisk. et Hutten. melius *ἄχρις ἄν* dederunt. C. XXVI. 720. c. *Ὅπου γὰρ ἄγγελον ἢ γραμματοφόρον διαδῦναι παρ' αὐτοῦ χρόνῳ πολλῷ ἦν ἄπιστον* legitur, sed fortasse *χρόνον πολὺν* est scribendum, ut sententia sit: quo per longum (hiemis) tempus incredibile erat nuntium penetrare posse. C. XXIX. 722. a. in verbis: *Μάρκελλος ὑπατεύων ἵνα τῶν ἐκεῖ βουλευτῶν εἰς Ῥώμην ἀφικόμενον ἥκιστο ῥάβδοις ἐπιλέγων, ὡς ταῦτα τοῦ μὴ Ῥωμαῖον εἶναι παράσημα προστίθησιν αὐτῷ, καὶ δεικνύειν ἀπιόντα Καίσαρι ἐκέλευε* Schaeferus pro *ἐκέλευε* mavult *ἐκέλευσε*, ego malim *κελεύων*, ut respondeat anteced. *ἐπιλέγων*. In his dictis enim major etiam adversus Caesarem inerat acerbitas. C. XXXII.

732. e. in verbis: *ἀνεῤῥίφθω δ' αὖθις* Schaeferum articulum de suo addidisse, idque non recte, supra vidimus ad Pompej. c. LX. C. XXXIII. 734. b. Coraes e conject. Reiskii dedit: *αὐτὸς γὰρ, ὅποι ἂν ἐπίῃ, προύσας τὸ ἔδαφος τῷ ποδὶ στρατευμάτων ἐμπλήσειν τὴν Ἰταλίαν.* ut sententia sit: quoquo tandem Italiae se vertat scil. Caesar. Reiskius etiam *ὅπῃ* conjecit pro vulgato: *ὅταν.* Deinde pro *ἐπίῃ*, quod Vulc. Anon. et Mon. probante Mos. Dus. habent, vulgo legunt *ἐπίῃ.* Tu scribe *ὅταν ἐπίῃ*, si Caesar veniat, etsi hiatus in *ὅποι ἂν* non offendit. C. XLV. 729. c. pro *οἱ τοῦ Πομπηίου ἱππεῖς* conjici potest *οἱ ἱππεῖς τοῦ Πομπηίου.* C. LII. 732. d. in verbis: *καί ποτε τῶν Καίσαρος ἱππέων σχολὴν ἀγόντων, ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς ἀνὴρ Λίβυς ἐπιδεικνύμενος ὄρχησιν ἅμα καὶ μονομαχῶν θαύματος ἀξίως, οἱ δὲ τερπόμενοι ἐκάθηντο τοῖς παισὶ τοὺς ἵππους ἐπιτρέψαντες, ἐξαίφνης περιελθόντες ἐμβάλλουσιν οἱ πολέμιοι* Reiskius de suo pro *οἱ δὲ* dedit *οἱ μὲν* mutans distinctionem vulgatam, qua parenthesis post *ἐπιτρέψαντες* finitur. Schaeferus contra in sequ. post *ἐξαίφνης* particulam *δὲ*, quam Coraes asteriscis inclusit, delevit. Ego eodem modo parenthetice dicta finiens verbo *ἀξίως*, suspicor Plutarchum perrexisse: *οἱ τερπόμενοι μὲν ἐκάθηντο* ut sententia sit: equitum qui hoc spectaculo gaudebant quidem quieti sedebant, *ἐξαίφνης δὲ κ. τ. λ.* subito tamen hostes eos sunt aggressi. C. LXII. 737. a. in verbis: *Τοῦτον μὲν ἐξ ἑαυτοῦ ὁρμῆσαι πρὸς κατάλυσιν τῆς μοναρχίας ἤμβλυνον αἱ παρὰ Καίσαρος τιμαὶ καὶ χάριτες.* Reiskius post *μὲν μὴ* inseri vult, quod minus necessarium esse videtur. Hoc autem magis probandum est, quod cod. Monac. *μὲν* post *ἑαυτοῦ* addit, quod placuit etiam Schaefero. Respondent enim his quae paulo infra leguntur: *Οἱ δὲ — νύκτωρ — κατεπίμπλασαν γραμμάτων τὸ βῆμα καὶ τὸν δίφρον.* C. LXIII. 737. e. in *αἱ μὲν δὴ Μάρτιαι Εἰδοὶ πάρεισιν* hiatus non offendit, quia temporis certa et solennis significatio est. V. Suet. Caes. c. LXXXI. Cap. LXVII. 739. e. autem in verbis: *καίπερ εἰς μέσον Βρούτου ἐλθόντος ὥς τι περὶ τῶν πεπραγμένων ἐροῦντος* videtur pro *ἐλθόντος* scribendum

esse παρελθόντος, quod proprium de oratore prodeunte est verbum. C. LXIX. 740. e. denique in verbis: ἦν δὲ τῷ βίῳ παντὶ ἀρχὴν καὶ δυναστείαν διὰ κινδύνων τοσούτων δώκων μόλις κατειργάσατο malim δώκων post παντὶ esse collocatum, quia διὰ κινδύνων τοσούτων multo aptius ad κατειργάσατο quam ad δώκων referetur.

Quibus in vitis quod triginta tres deprehenduntur hiatus, poterit quidem offensioni esse, sed qui perpenderit in vita Alexandri praeter tres e codicibus emendandos, quos c. XXI. LIX. et LXX. invenies, plurimos (et quidem quatuordecim) aliis de causis fuisse corrigendos, v. c. V. XI. XIX. XX. XXI. XXXIII. XXXIX. bis. XLII. bis. XLIV. LVII. LXXIII., LXXVII. videbit paucos tantum restare c. XVII. XLI. XLII. LIII. solius vocalium concursionis causa mutandos. Idem de vita Caesaris est dicendum, in qua quidem in duobus tantum locis codices receptae lectioni non favent, dico in cap. VII. et LXII., sed septem hiatus aut propter usum Plutarchi aut aliis de causis debent tolli, v. c. IV. VII. XII. XXIX. LII. LXVII. LXIX., ita ut in tribus tantum solus offendat hiatus, vid. c. VI. XXVI. et XLV.

In vita Phocionis c. V. 743. e. ipsa legis Phocionis verba: Οὐδὲν, εἶπεν, αὕτη ὑμᾶς λελύπηκεν ἡ ὀφρὺς, neque minus ib. 744. a. huc referas verba: εἴ τι δύναμαι τοῦ λόγου ἀφελεῖν. C. XII. 747. a. in verbis: Εὑρὼν δὲ προδοτῶν ἅπαντα μεστὰ καὶ νοσοῦντα καὶ διορωρυγμένα δωροδοκίᾳ εἰς κίνδυνον μέγαν κατέστη, rectius vulgo et ap. Kranerum post δωροδοκίᾳ interpunctum est. C. XVI. 749. a. ante ἐπιχαίρειν in verbis: καὶ γὰρ ἀγεννὲς εἶναι ἐπιχαίρειν suspicor articulum τὸ excidisse. Videtur enim hoc in universum dictum esse. C. XVII. 749. c. item in verbis: Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ψήφισμα λέγεται Ἀλέξανδρον, ὡς ἔλαβε, ῥῖψαι articulum τὸν ante Ἀλέξανδρον addendum esse censeo, uti supra etiam eod. cap. ὁ Ἀλέξανδρος legitur. C. XX. 750. d. in verbis: Φώκῳ δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι Παναθηναίοις ἀποβάτην ἐφῆκεν, Φώκῳ a Corae e codd. Stephani, probante Mos. Dus. pro vulgato Φωκίων, quod Kraner. retinuit, rece-

ptum est. Equidem vero Φώκου (filium Phocaeis) δὲ τὸν υἱὸν βουλόμενον ἀγωνίσασθαι Παναθηναίοις (cod. Pal. παρ' ἀθηναίοις) ἀποβάτην ἐφῆκεν scribendum esse duco, ut sententia sit: Phocum filium suum (luxuriosum), cum certare veliet Panathenaeis, ut desultorem (qui curru relicto pedibus et cursu certaret, v. Dionys. Hal. Antiqu. Rom. VII, 73. et Xyland. et Kraner. ad h. l.) demisit ad corpus exercendum: quod, si in curru solum certabat, minus exercebat. Potest enim quidem graece bene dici ἀγωνίσασθαι ἀποβάτην i. e. ut desultorem certare, id quod jam Xylander et nuper Kranerus recte affirmarunt, sed me ad conjecturam istam et lectio Φωκίων et Φώκῳ et ea quae sequuntur moverunt. Hoc enim nil est singulare, quod pater filio certandi potestatem in Panathenaeis dedit, hoc autem videtur minus usitatum fuisse, nobiles currendo certare, neque est credibile, filium luxuriosum id ipsum rogasse. C. XXX. 755. c. in verbis: ἅπαντας εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς χορεύοντας ἑκατὸν ὄντας ἅμα καὶ τὴν ζημίαν ἀνὰ χιλίας ὑπὲρ ἑκάστου εἰσήνεγκεν εἰς τὸ θέατρον, minus in hiatu offendo, quia post verba: ἀνὰ χιλίας ὑπὲρ ἑκάστου pausa quaedam est. C. XXXII. 756. b. in verbis: παρῆλθε τῷ Φωκίωνι ἐμπιστεύσας τὸ σῶμα pro ἐμπιστεύσας scripsisse videtur Plutarchus μὲν πιστεύσας, ut respondeat sequ. Δερκύλλου δὲ κ. τ. λ. Πιστεύειν enim etiam cum accusativo rei, quam quis fideī alicujus tradat, strui disces ex Xenoph. Symp. 8, 36. Cod. Pal. habet ἐμπιστεῦσαι.

In vita Catonis minoris c. III. 761. b. male collocata sunt verba: τὸ βλέμμα καὶ τὸ πρόσωπον πιμπλάμενον αὐτοῦ ὀργῆς καὶ μένους πατιδών. Quis enim facile credat Plutarchum αὐτοῦ sic postposuisse, ut simul gravem hiatum committeret? Suspicor αὐτὸν pro αὐτοῦ scriptum fuisse ea vi, ut esset: quod ad oculos et vultum attinebat eum ira repletum videns. C. VI. 762. b. Coraes de suo dedit: κατ' ἀρχὰς μὲν ἅπαξ πιὼν ἀπὸ τοῦ δείπνου ἀνέλυεν, cum vulgo: κατ' ἀρχὰς μὲν ἅπαξ πιὼν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀνέλυεν legeretur. His in verbis primus offenderat Anonymus conjiciens κατ' ἀρχ. μὲν

ἅπαξ πιὼν, ἔπειτα π. τ. λ. Solanus locum melius habere censet, si legatur: ἐπιπιὼν, ἔπειτα τὸ. Reiskius quaerit, num ἐπὶ τὸν κοῖτον aut ἐπὶ τὴν κοίτην ἀνέλυεν? Equidem tamen verba vulgata ita struxerim, ut ἐπὶ τὸ δεῖπνον ad ἐπιπιὼν referam, ut sit: adbibens ad convivium i. e. mensa sive convivio finito magnis poculis semel tantum bibens abibat. Ἀνέλυεν enim absolute est dictum, uti in Aelian. Var. Hist. IV, 23., ubi Perizonius plura attulit hujus usus exempla. C. IX. 763. d. pro αὐτῷ ὑπῆρχε, Plutarchus fortasse ὑπῆρχεν αὐτῷ scripsit, uti idem c. XI. 764. b. pro ἔνιοι ἐσυκοφάντουν fortasse dederat ἐσυκοφάντουν ἔνιοι. C. XII. 764. c. in verbis: προεπέμφθη οὐκ εὐχαῖς, ὃ κοινόν ἐστιν, οὐδ' ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις hiatus poterit ferri, quia pausa quaedam post προεπέμφθη est. C. XVI. 766. e. in verbis: οὐ μὴν ἐχρήσατό γε τῷ γραμματεῖ ὁ Κάτων jam Reiskio articulus ὁ delendus esse videbatur, quem ea ipsa de causa uncis inclusit. Tu eum deleas velim. C. XXVII. 772. c. in verbis: Καὶ διέστησαν αὐτοῖς ἐκεῖνοι οἱ τὰς ἀναβάσεις κατέχοντες Coraes ἐκεῖνοι asteriscis inclusit ut delendum, Schaeferus tum mavult deletum, quod continuo sequitur οἱ τὰς ἀναβάσεις κατέχοντες, addens tamen, ea quoque non displicere. At displicent sane, cum descriptio eorum prorsus otiosa sit, quia statim praecessit: τὰς ἀναβάσεις φρουρουμένας ὑπὸ μονομάχων. Equidem igitur conjicio a Plutarcho articulum οἱ non additum fuisse. Tum enim non tam explicatio his verbis continetur, quinam illi fuerint, quam narratio, eos adhuc aditus obtinuisse. C. XXXV. 776. d. in verbis: θαυμάζοντα πρὸς τῷ δημοτικῷ καὶ λιτῷ αὐτοῦ τῆς κατασκευῆς τὴν ὑπεροψίαν καὶ βαρύτητα τοῦ ἤθους dativos τῷ δημοτικῷ καὶ λιτῷ Schaeferus de suo dedit pro vulg. τὸ δημοτικὸν καὶ λιτὸν, quod revocandum esse ipse vidit afferens Reiskii explicationem: πρὸς τὸ indicare comparationem cum re aliqua opposita. C. XLI. 779. a. in verbis: οἱ περὶ Πομπήϊον ὑφεῖσαν ἐνέδραν τῷ Δομιτίῳ καταβαίνοντι ὄρθριον Reiskius quaerit: sitne ὄρθριον adverbium significans multo-mane, an ὀρθρίῳ legendum, ut ad καταβαίνοντι

referatur. Ego τὸ ὀρθρου ex usu satis nota scriptum fuisse censeo. C. LIII. 785. c. in verbis: *Ἀσίνιον μὲν οὖν ἴφη δυνατὸς εἶναι Σικελίας ἐκβαλεῖν, ἄλλης δὲ μείζονος ἐπερχομένης δυνάμεως οὐ βούλεσθαι τὴν νῆσον ἐν πολέμῳ ἀπολέσθαι, χωρεῖν δὲ πρὸς τὸ κρατοῦν καὶ σώζεσθαι παραινέσας τοῖς Συρακουσίοις ἐξέπλευσε.* Reiskius aut praepositionem ante *πολέμῳ* delendam esse censet, quam etiam Coraes revera asteriscis notavit improbante Schaefero, aut legendum *ἐμφυλίῳ πολέμῳ*. Junt. et Crat. *ἀποθέσθαι* pro *ἀπολέσθαι* praebent, uti Reiskius etiam e Junt. *ἐπερχομένης* pro vulgato *ὑπερχομένης* recepit. Me cur Reiskius in illis; *ἐν πολέμῳ ἀπολέσθαι* offenderit, latet, hiatum autem defenderim, quia Plutarchus hic Catonis refert sermonem. Non minus c. LIV. 785. f. in verbis: *ἀλλὰ καὶ λέγεται πρός τινα μάχην πρὸ τοῦ Δυρραχίου αὐτοῦ τε Πομπηίου παρορμῶντος τὴν δύναμιν κ. τ. λ.* hiatum post *Δυρραχίου* pausa excusandum esse duco. C. LVI. 787. a mutandus fortasse est ordo verborum: *ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ Φάρσαλον ἔγνω ἥτταν* et *ἔγνω* post *ἥτταν* collocandum. C. LXX. 793. e. in iis, quae Butas nuntiavit, leguntur: *Κράσσον δὲ λείπεσθαι ὑπ' ἀσχολίας τινός*, quae ea ipsa de causa, quia a Plutarcho ut Butae verba referuntur, non mutaverim, sed LXXIII. 794. d. pro *Ὁ δ' υἱὸς αὐτοῦ ὑπὸ Καίσαρος μὲν οὐδὲν ἠδικήθη· λέγεται δὲ ῥᾴθυμος γενέσθαι* conjecerim antiquitus *μὲν* post *αὐτοῦ* fuisse collocatum.

In Phocionis vita igitur quatuor (c. XVI. XVII. XX. et XXXII.) et in Catonis minoris decem hiatus et quidem duo codicum auctoritate (cf. VI. et XXXV.), quatuor aliis de causis (cf. c. III. XVI. XXVII. et XLI.) et quatuor solius hiatus causa, veluti c. IX. XI. LVI. et LXXIII., videbantur esse tollendi.

In vita Agidis c. XI. 800. d. in verbis: *Καλουμένου δὲ πρὸς τὴν δίκην αὐτοῦ καὶ μὴ καταβαίνοντος, ἐκείνου ἀποψηφισάμενοι τὴν βασιλείαν τῷ Κλεομβρότῳ παρέδωκαν.* vulgo post *ἐκείνου* interpungunt. Sed mihi *ἐκείνου* praecedente *αὐτοῦ* superfluum et ea de causa delendum esse videtur.

In vita Cleomenis c. III. 806. a. in verbis: Ὁ δὲ Ξενάρης τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἀηδῶς ἐμέμνητο τῶν πραγμάτων ἐκείνων, ὡς ἐπράχθη καθ' ἕκαστα μυθολογῶν καὶ διηγούμενος· ὡς δ' ἦν κατάφανὴς αὐτῷ ὁ Κλεομένης ἐμπαθέστερον προσέχων κ. τ. λ. velim pro αὐτῷ scribatur αὐτοῖς i. e. rebus illis ab Agide gestis. Sequuntur enim haec: καὶ κινούμενος ὑπερφυῶς πρὸς τὴν καινοτομίαν τοῦ Ἄγιδος, quae Schoemannus ita explicuit: ad Agidis novandarum rerum consilia vehementer animo commotus h. e. ubi de iis audiret narrantem. C. IV. 806. f. in verbis: τῶν παλαιῶν τινος αὐτοὺς ἀνεμίμνησε βασιλίων εἰπόντος, ὅτι οὐ μάτην Λακεδαιμόνιοι πυνθάνονται περὶ τῶν πολεμίων οὐ πόσοι εἰσὶν, ἀλλὰ ποῦ εἰσιν. vulgo οὐ post ὅτι non legitur et pro οὐ πόσοι, quod primus Stephanus e Junt. dedit, in Ald. et Crat. est ὁπόσοι. Stephanus tamen offendit in his verbis censens, non consentanea suae gloriationi loqui Cleomenem, si dicat: frustra Lacedaemonios interrogare non quot sint hostes, sed ubi sint. Affert deinde interpretes, quorum alter vertit: qui dixerat, nunquam de hostibus quaerere Lacedaemonios quot essent, sed ubi essent. Alter interpretatur: non debere interrogare Lacedaemonios quales (quod sane ὁπόσοι significare nequit) sed ubi hostes essent. Ipse igitur οὐ μάτην a Plutarcho scriptum esse censet et auguratur legi posse εἰπόντος οὐ μάτην ὅτι. Stephanum secuti sunt Kind. et Schirach. Dacer. suspicatur ὅτι οὐκ ἂν δή. Reiskius nil causae se videre fatetur, cur μάτην sollicitetur, si quid mutandum sit, mavult μάχην συναψόμενοι, quod Schoemannus minus improbabile esse dicit judicium, quam Toupii, qui in Emend. in Suid. II. 324. conjecit μὰ τὴν, ut sit jurandi formula elliptice posita et Coraes, qui μάτην in μαθεῖν mutari vult ut sit: ἐρωτῶσι μαθεῖν. Schaeferus autem οὐ addidit e conj. Stephani, quam etiam Coraes non spreverat et Schoemannus, donec certius aliquid inveniatur, tenendam esse arbitratur. Nam μάτην non solum frustra et sine effectu significare, sed etiam temere, falso, sine ra-

tione. Ut tamen idem vir doctus cum Stephano post μάτην collocari vult. At nil est mutandum atque interpretes non intellexerunt scriptoris sententiam, quae est: Cleomenes voluerat pugnare, sed Aratus ejus adversarius, cui multo majores fuerant copiae, exercitum Achaeorum reduci jusserat. „Frustra igitur," inquit Cleomenes, „Lacedaemonii de hostibus quaerunt non quot, sed ubi sint." Nam etiam si multo pauciores cum hostibus pugnare volumus, illi nolunt et recedunt. Sententia ipsa affertur etiam et Agidi tribuitur in Apophthegm. Lacon. aliisque locis, quos commemoravit Schoemannus ad h. l., ex quibus hoc certe confirmari potest οὐ πόσοι, non ὁπόσοι esse legendum. Hiatus in πόσοι εἰσὶν et ποῦ εἰσιν, cum sint Agidis verba, non offendit. Pro τινος αὐτοὺς autem in codd. B. C. est αὐτοὺς τινὸς. C. IX. 808. d. verba: ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς sunt Aristotelis, uti in c. X. 809. b. in ἀποκτεννύναι ἀκρίτως non offendo, quoniam est solennis dicendi ratio, de qua etiam quum de hiatu in Demosthenicis disputaremus, sermo fuit. C. XII. 810. a. autem pro ἐπεὶ ἄλλως γε, fortasse ἐπείγ' ἄλλως est scribendum. C. XV. 811. c. in verbis: ἔτυχε τὸν Κλεομένην συντόνως ὁδεύσαντα καὶ χρησάμενον παρὰ καιρὸν ψυχροποσίᾳ αἵματος πλῆθος ἀνενεγκεῖν καὶ τὴν φωνὴν ἀνακοπῆναι. ex Vulcob. (quocum marg. Palat. D. facit) ψυχροποσίᾳ pro cett. libror. ὑδροποσίᾳ receptum est. At hoc sponte intelligitur, cum Cleomenes detrimentum inde cepisset, quod calefactis pulmonibus in itinere aquam biberat, eam aquam non calidam (quis omnino facile hanc bibit?) sed frigidam fuisse. Vide libell. mei supra commemor. p. 10. Probo igitur quod Schoemannus ὑδροποσίᾳ dedit, neque minus probo, quod idem post h. v. interpunxit. Est enim pausa post ὑδροποσίᾳ, qua de causa hiatus non offendit. C. XVII. 812. d. in verbis: ἧς ἦν τὸ πλεῖστον κατηγορία Ἀράτου c. cod. optimo Sang. (ap. Schoem. A.) scribe post πλεῖστον Ἀράτου κατηγορία. C. XXI. 814. c. in verbis: μεγίστων μὲν ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ πραγμάτων ἐπικρατήσας, καὶ μικροῦ ὅλης ὁμοῦ τι μιᾷ περιόδῳ Πελοποννήσου κύριος γενέσθαι δείσας,

Schaeferus probante Solano et Schoemanno, qui tamen non recepit, μικροῦ dedit pro vulgato μετὰ μικρόν. Vulc. μετὰ omittens μικρὸν vult, quod Coraes adscivit, probatum a Mureto. Mos. Solanus suspicatur etiam παρὰ μικρόν. At ego μετὰ μικρὸν retinendum esse censeo sententiamque hanc esse puto: quem oportebat (tam potens erat) brevi tempore tota Peloponneso uno impetu potiri. Pro τι post ὁμοῦ in Sang. et Pal. D. est τῇ et post Πελοποννήσου in Pal. D. additum est κρατήσας, sed rursus ab ead. man. deletum. C. XXII. 815. c. Coraes de suo dedit: ἐπὶ τὴν ναῦν ἐχώρει τὰ παιδία ἔχουσα pro vulgato τὸ παιδίον, quia sane ex eod. cap. et ex cap. XXXVIII. patet Cleomenem plures habuisse liberos et Ptolemaeum postulasse ὄμηρα τοὺς παῖδας καὶ τὴν μητέρα. At 815. d. iterum in libris legitur μὴ διὰ μίαν γραῦν καὶ παιδάριον, ubi Reiskio suadente Coraes etiam παιδάρια dedit, quod Schoemannus vulgatum quidem retinens probavit: scribens „Ibi (c. XXII. 3.) fieri potuisse dixeris, ut plurali numero Plutarchus uteretur, etiamsi unus tantum filius esset, quemadmodam etiam Latinos scriptores nonnunquam minus accurate liberos ei tribuere constat, qui non habuit nisi unum (vid. Ruhnken. ad Vellej. II, 58.) similiterque Appianus Civil. V. c. 14 et 19. τὰ παιδία τοῦ Ἀντωνίου et τοὺς Ἀντωνίου παῖδας dicit, quod de uno Antonii filio intelligendum esse interpretes docuerunt. Nunc vero (ex cap. XXXVIII, 1.) quum plures fuisse apparet, parum credibile videri potest, Plutarchum veri numeri oblitum fuisse.“ At quidni credibile est, ex liberis Cleomenis unum solum eumque puerum (fortasse eundem, cujus c. XXXVIII. 1. ut majoris natu mentio fit) obsidem deductum esse una cum matre? neque aliud quid quam filios, et si unum tantum haberet, hunc postulaverat Ptolemaeus. C. XXXIII. 820. f. in verbis: καὶ πολλῶν ἦν ἀκούειν λεγόντων, ὅτι οὗτος ὁ λέων ἐν τούτοις τοῖς προβάτοις ἀναστρέφεται. Reiskius conjecit: ὅτι πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν οὗτος κ. τ. λ. Jacobsius ad Philostrat. 406. ἐς τί οὗτος. ὁ λ. Coraes denique suspectum nec Plutarcheum esse putans locum λέων οὗτος deletis ὅτι ὁ legi

mavult. Sed recte Schaeferus has conjecturas improbans scribendum esse dicit: *λεγόντων ὅτι „Οὗτος κ. τ. λ. διαστρέφεται.“* Schoemannus in articulo *ὁ*, non in *ὅτι* viros doctos offendisse opinatus, hunc explicans vulgatam etiam defendit. C. XXXIV. 821. a. denique in verbis: *τὰ δὲ πράγματα ποθεῖν αὐτὸν καὶ παρακαλεῖν ἐκεῖ, ἐν ταραχῇ καὶ διαστάσει τῆς Πελοποννήσου γενομένης κ. τ. λ.* vulgo pro *αὐτὸν* habent *αὐτὸν* et pro *ἐκεῖ* quod Coraes e Bryani conjectura dedit et Sol. in *ἐκεῖσε* mutari voluit, *ἐκεῖνον*. Schoemannus autem: „Alterutrum ego,“ inquit, „recepissem, nisi viderem etiam aliam esse emendationem haud minus probabilem: *τὰ δὲ πράγματα ποθεῖν αὐτὰ* et *παρακαλεῖν ἐκεῖνον*: ipsam rerum conditionem requirere illum etc.“ At equidem et *αὐτὸν* et *ἐκεῖνον* ita defenderim, ut *αὐτὸν* ad Cleomenem et *ἐκεῖνον* ad Ptolemaeum referam, ut sententia sit: res ipsum quidem Cleomenem desiderare et illum (Ptolemaeum) excitare, ut eas curet; tamen voluit solus cum amicis mitti.

In vita Tiberii Gracchi c. III. 825. c. in verbis: *ἀνδραγαθία* (ita Vulcob. prob. Sol. et Schaefer. pro vulg. *ἀνδραγαθίαι*, quod Hess. in Vit. Timol. p. 101. tuetur) *δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ πρὸς τοὺς ὑπηκόους δικαιοσύνη καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιμέλεια καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἐγκράτεια ἀπαράλλακτος*, hiatus est ferendus, quia *ἀπαράλλακτος* ad ceteras etiam virtutes, non solum ad *ἐγκράτεια* refertur, ita ut post *ἐγκράτεια* pausa quaedam sit. Collocatio verborum autem est mutanda c. VIII. 827. f., ubi nunc haecce leguntur: *Ἄλλοι δὲ Σπόριόν τινα Ποστούμιον λέγουσιν αἴτιον γενέσθαι ἧλικιώτην τοῦ Τιβερίου καὶ πρὸς δόξαν ἐφάμιλλον αὐτῷ περὶ τὰς συνηγορίας.* Hic enim Cod. Sang. habet post *τινά Ποστούμιον γενέσθαι λέγουσιν ἡλ. κ. τ. λ.* omisso *αἴτιον*, quo facile caremus. Sententia est: Alii dicunt, Postumium fuisse aequalem et aemulum, quem cum gloria et opibus florentem videret excitatus est ipse ad res insigniores gerendas. *Ποστούμιον* autem jam Coraes dedit assentiente cod. Sang. pro vulgato *Πουστούμιον*. Vid. libell. meum de Plutarch. script. p. 7. C. XI. 829. c. in verbis:

οὐκ ἔφασαν ἀξιόχρεῳ εἶναι πρὸς τηλικαύτην συμβουλίαν Reiskius e cod. Sang. probante Dacer. dederat ἀξιόχρεω, quod Schaeferus mutavit in ἀξιόχρεῳ, cum vulgo recte ἀξιόχρεως legeretur. Nam in hunc quoque locum id quod supra p. 208. de usu hujus nominativi disputavi, cadere videtur. Si c. XV. 831. e. in iis quae e Tiberii oratione a Plutarcho afferuntur, haec leguntur: ἤτις ἂν ἁμάρτῃ αὐτῶν, ζῶσα κατορύττεται· τὸ γὰρ ἄσυλον οὐ φυλάττουσιν ἀσεβοῦσαι εἰς τοὺς θεούς, minus in hiatibus: ἁμάρτῃ αὐτῶν et ἀσεβοῦσαι εἰς ea ipsa de causa offendo, quia Plutarchus in iis latina Tiberii verba est secutus. Pro ἤ τις ἂν autem quod Coraes non male de suo dedit, vulgo εἴ τις ἂν exhibent. C. XX. 834. b. in verbis Blossii „Ἀλλ' ἐκείνου γε προστάσσοντος" ἴφη „καλῶς κἀμοὶ τοῦτο πρᾶξαι εἶχεν hiatus posset quidem excusari, cum tamen cod. Sang. verba ita collocet, ut καλῶς post πρᾶξαι sequatur, id erit praeferendum. Pro ἔχειν autem quod codd. tuentur, bene e conj. Steph. et Anon. εἶχεν est editum. Stephan. conjecit etiam ἔχοι; nam si ἔχειν servaretur, Reiskio monente, δοκεῖ esset addendum.

In vita Caji Gracchi c. I. 835. b. in verbis: Συντυγχάνει δ' ἀπὸ ταὐτομάτου λαχεῖν αὐτῷ εἰς Σαρδὼ ταμίαν Ὀρέστῃ τῷ ὑπάτῳ· Hasius bene adscripsit: „Lege αὐτὸν, nempe C. Gracchum." Schaeferus quidem dicit dativum ut pendentem a verbo συντυγχάνει non displicere. At tum pro ταμίαν ταμείαν exspectaverim, ut λαχεῖν objectum haberet; quod tamen si legeretur, Ὀρέστῃ offenderet. Verum igitur est αὐτὸν. Vulc. habet τυγχάνει. C. X. 839. c. in verbis: ἤψατο δὲ καὶ τοῦ Γαΐου ὑπόνοια Reiskius e conjectura dedit ἡ ὑπόν., quo articulo nos facile carere affirmat Schaeferus. At velim tum ἤψατο δὲ τοῦ Γαΐου καὶ ὑπόνοια scribatur, ut sit: tetigit autem Cajum quoque (non solum Fulvium) suspicio quaedam. C. XVII. 842. c. in verbis: οἱ μὲν δύο φίλοι οἱ προχωρεῖν αὐτὸν πλεύσαντες articulum οἱ post φίλοι ipse Schaeferus, qui solus eum habet, delendum censet. Pro αὐτὸν Coraes e Bodl. 5. dedit ἐκεῖνον, non improbante Schaefero.

In comparatione Agidis et Cleomenis cum Gracchis c. V. 845. e. in verbis: *οἱ πλούσιοι παρεστήσαν ἀμφοτέροις ἀγῶνας, τῷ μὲν φοβουμένῳ ὑπὲρ αὐτοῦ, τῷ δ' ἐνδεικνῦντι τὸν ἀδελφὸν ἄνευ δίκης καὶ δόγματος οὐδ' ὑπ' ἄρχοντος ἀναιρεθέντα*; offendit, quod *φοβουμένῳ ὑπὲρ αὐτοῦ* scriptum legitur. Si enim nexum verborum spectamus, *ἀμφοτέροις* non potest non de utroque Graccho intelligi. Opposuit enim scriptor in iis quae antecedunt *τούτοις μὲν* (Agidi et Cleomeni) *ἐξ ἀρχῆς τυραννικὸν καὶ πολεμικοῖς αἰτιῶνται γενέσθαι* et *τῇ δ' ἐκείνων* (Gracchorum) *φύσει φιλοτιμίας ἀμετρίαν, ἄλλο δ' οὐδὲν. οἱ φθονοῦντες ἐκκαλεῖν εἶχον* pergitque deinde Gracchos tantummodo certamine cum adversariis ad extrema esse actos. Quae cum ita sint, quomodo de Tiberio potest dici, ei timenti pro se pugnam optimates parasse? immo optimates timore erant affecti, non Tiberius. Scribe igitur *φοβουμένῳ δ' αὐτοῦ* i. e. qui per se timebatur, cum frater etiam timeretur, ut futurus fratris injuste interemti ultor. Ib. 845. f. pro *ἐλάχιστα δὲ τὸ μειράκιον ἡμαρτηκέναι Ἄγιν*, cod. Sang. habet *ἐλάχιστα δὲ* (scr. *δ'*) *ἡμαρτηκέναι τὸ μειράκιον Ἄγιν*, quod jam Coraes praetulit ut *εὐφωνότερον*.

In vita Agidis igitur unum graviorem hiatum reperimus e conjectura tollendum c. XI. itemque in vita Cleomenis, si eos qui excusari possunt omittimus, duos c. III. et XII., in vita Tiberii Gracchi autem tres e codd. emendandos c. VIII. XI. et XX. In vita Caji Gracchi erant tres, quorum unus c. XVII. codicum auctoritate, unus c. I. aliis de causis, et unus c. X. e conjectura tollendus esse videbatur. Neque minus ex vitiis ejusmodi duobus in comparatione obviis alterum ex optimo codice (c. V.) et alterum (c. V.) aliis de causis erat corrigendum.

In vita Demosthenis c. XIII. 852. a. verbis: *ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος* sententia nota ex philosophia petita et ea de causa non mutanda continetur. Vulgo cum habeant *μόνον* Steph., ceteri, veluti Junt. Bodl. 3. Ald. Crat. praebent *μόνου*, quod Bryanus voluit et Reiskius dedit. C. XXIV. 857. a. in verbis: *ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος* hiatus non offendit, sed in nomine

ita scripto haesit jam Meursius, qui id vitiosum esse censet, quod etiam apud Dionysium male *Χαιρωνίδας* detur. Bryan. legi vult *Χαιρώνδου*. C. XXVII. 858. e. verba sunt Demosthenis: *τοὺς Ἀθηναίους παραγίνεσθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν νοσούντων*. De verbis denique c. XXIX. 859. c.: *Τὸν δὲ Δημοσθένη πυθόμενος ἱκέτην ἐν Καλαυρίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ Ποσειδῶνος καθέζεσθαι* in libell. metam. crit. ad Plut. emend. p. 9. haec scripsi: A Vulcob. hic legitur: *ἐν Καλαυρίᾳ* (ita enim, non uti in libris est, *Καλαβρίᾳ* scribendum esse viderunt Xylander, Bryanus, Reiskius, Hutten., edidit autem primus Coraes) *οἶκος, ἐν ᾧ προσκυνεῖται ὁ θεός*. Hutten. hoc scholium ad *ἱερῷ* pertinere dicit. At in cap. XXX. idem additum est ad *Καλαυρίᾳ* verbis adscriptis: *Στεφ. νησήδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ*. Ibi igitur cum ad *ἱερῷ*, quod eo loco non legitur, pertinere non possit, aperte ad *Καλαυρίᾳ* explicandum est adscriptum. Ecquis omnino credet, scholiastas verbum *ἱερὸν*, cujus vis notissima sit, explicare voluisse? Explicuit autem scholiastes *Καλαύρια* ita, quia propter templum illud Neptuni tota insula asylum erat celeberrimum. Vid. Strab. VIII. p. 360. ed. Basil. *Οὕτω δ' ἐπεκράτησεν ἡ τιμὴ τοῦ θεοῦ τούτου* (*Ποσειδῶνος*) *παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὥστε καὶ Μακεδόνες δυναστεύοντες ἤδη μέχρι δεῦρο ἐφύλαττόν πως τὴν ἀσυλίαν καὶ τοὺς ἱκέτας ἀποσπᾶν ἠδοῦντο τοὺς εἰς Καλαυρίαν καταφυγόντας. Ὅπου γὲ οὐδὲ Δημοσθένη ἐθάρρησεν Ἀρχίας βιάσεσθαι στρατιώτας ἔχων κ. τ. λ.* Quibus ex verbis, ni fallor, patet, Graecis in Calauriam fugere ibique supplicem sedere idem fuisse atque in templum Neptuni illud fugere ibique supplicem esse. Hoc enim uno Calauria erat insignis, tum quia asylum erat tum quia Amphictyonum conventus juxta id habebatur (v. Strab. l. all.). Quo etiam factum est, ut scholiastes *ἐν Καλαυρίᾳ* per *οἶκος* (propr. *ἐν οἴκῳ*) *ἐν ᾧ προσκυνεῖται ὁ θεός* i. e. *Ποσειδών* explicaret: quod tamen non fecisset, si in libro suo verba: *ἐν τῷ ἱερῷ Ποσειδῶνος* legisset, quibus idem accuratius etiam explicatur. Conferre etiam poteris ea quae cap. XXX. leguntur: *οἱ γὰρ αὐτὸν τὸν Δημοσθένη τοῦτο ποιῆσαι λέγοντες ἐν Καλαυρίᾳ μέλλοντα τὸ*

φάρμακον προσφέρεσθαι. Venenum autem in ipso templo sumturus erat et sumsit. Ipse etiam auctore Vitt. X. Oratt. in vit. Demosth. teste dixisse fertur: οὐ σωτηρίας δεόμενος κατέφυγον εἰς Καλαβρίαν (scr. Καλαυρίαν) ἀλλ' ὡς' ἐλέγξων Μακεδόνας καὶ κατὰ τῶν θεῶν βιασαμένους. Consentiet igitur fortasse mecum, verba ἐν τῷ Ποσειδῶνος, quae scholiastes non legerit, ab alio interprete addita esse ad explicandum ἐν Καλαυρίᾳ. His in commemor. libell. scriptis hoc unum addam hiatum, si haec minus probas, posse ita excusari, ut verba: ἐν τῷ ἱερῷ Ποσειδῶνος ab ipso Plutarcho explicationis causa addita esse statuas. Quodsi verum est, pausa post Καλαυρίᾳ erit.

In vita Ciceronis c. XV. 868. a. in verbis: ἐπιστολὰς ἀποδίδωσιν ὁ θυρωρὸς ὑπό δή τινος ἀνθρώπου κομισθείσας ἀγνώστου ἄλλας ἄλλοις ἐπιγεγραμμένας, αὐτῷ δὲ Κράσσῳ μίαν ἀδέσποτον., vulgo rectius post ἀγνώστου interpungitur. C. XVII. 869. b. in verbis: προδηλοῦντας εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους, ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεών, Κίνναν τε καὶ Σύλλαν, τρίτῳ δὲ λοίπῳ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα pro ἐκείνῳ (Xyl. habet ἐκείνω) scribe κείνῳ. Reiskius et Hutten. autem locum male ita interpunxerunt: Κορνηλίῳ, ἐκείνῳ, φέροντα. C. XXV. 873. d. pro τί φαίνεται αὐτῷ olim fortasse τί αὐτῷ φαίνεται scriptum erat. C. XXVI. 874. c. in verbis Ciceronis: μηδὲν ἐκ τοσούτων ὧν ᾔτησατο ὁ φίλος παρασχεῖν; articulum Reiskius e conjectura dedit, Coraes scripsit: ᾔτησαθ' ὁ φίλος. At vulgat. ᾔτησατο φίλος potest ita defendi, ut sententia sit: nihil eorum, quae, qui amicus tibi est, rogavit: nos: was ein Freund gebeten hat, cui, quia est amicus, satisfacere cupimus. C. XXVII. 874. d. verba: ὅτι ὕδωρ πίνω sunt Ciceronis. C. XL. 881. d. in verbis: Καῖσαρ τοὺς μὲν Πομπήιου ἵστησι, τοὺς δ' αὐτοῦ πήγνυσιν ἀνδριάντας lusus est verborum e latino in graecum versus et ea de causa non tentandus. C. XLIX. 886. b. in verbis: ὑπατεύων αὐτὸς (Καῖσαρ) εἵλετο συνάρχοντα τοῦ Κικέρωνος τὸν υἱόν, ἐφ' οὗ τάς τ' εἰκόνας ἡ βουλὴ ἀνεῖλεν Ἀντωνίου καὶ τὰς ἄλλας ἠκύρωσε τιμὰς καὶ προσεψηφίσατο

μηδενὶ τῶν Ἀντωνίων ὄνομα Μάρκον εἶναι. offendo in ἐφ' οὗ, quod referendum est ad Ciceronis filium, ita ut sententia sit: quo consule. At principatum potius Augustus tenebat. Dicendum igitur certe erat ἐφ' ὧν. Omnia autem recte habent, si ἡ βουλὴ ut interpretamentum deletur. Tum enim Augustus id fecisse dicitur idque Ciceronis filio consule.

In his vitis uti in comparatione tres tantum reperiuntur graviores hiatus, qui tollendi esse videantur iique in vita Ciceronis c. XVII. XXV. et XLIX.

In Artaxerxis vita c. I. 1012. a. in verbis: Ὁ δ' Ἀρτοξέρξης Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο, καίτοι Δείνων φησὶν, ὅτι Ὀάρτης. Vulcob. ὁ Ἄρσης habet omissa praecedente particula ὅτι. In Sang. exstat quidem ὅτι, sed cum superscriptis punctulis, quod indicio est, hoc verbum expungendum esse. Juntinae Bryanus falso tribuit Ὀάρσης, est in ea quod Vulc. habet ὁ Ἄρσης. Ald. autem et Crat. exhibent Ὀάρσης, quod ὅτι deleto est retinendum. Vulc. etiam φασὶν pro φησὶν habet. C. III. 1012. c. Schaeferus edidit: Ἔστι δὲ θεᾶς πολεμικῆς ἱερὸν, ἣν Ἀθηνᾷ ἄν τις εἰκάσειεν. Reiskius enim jam dixerat, si servetur vulgatum Ἀθηνᾶν, subaudiendum esse εἶναι, alias praestare Ἀθηνᾷ. At accusativus si te offenderit, conferas Herod. IV, 133. Πέρσαι μὲν δὴ οὕτω τὰ δῶρα εἶχαζον. Particula ἄν autem recte caremus. Sumit enim hoc fieri scriptor. V. Hermann. de part. ἄν p. 142. Hiatus Ἀθηνᾷ tamen ante ἄν per se non offenderet. C. VI. 1014. b. in verbis: τῆς τε Παρυσάτιδος τὴν πλείστην αἰτίαν τοῦ πολέμου φερομένης καὶ τῶν φίλων αὐτῆς ἐν ὑποψίᾳ ὄντων καὶ διαβολαῖς. colloca ὄντων post διαβολαῖς, nisi mavis ὑποψίαις scribere. C. XI. 1016. d. e cod. Sang. collocationem verborum muta et pro vulgato: εὐνοῦχοί τινες παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν scribe: εὐνοῦχοί τινες ὀλίγοι παρόντες ἐπεχ. C. XIV. 1018. a. in verbis τούτοις σε τιμᾷ ὁ βασιλεὺς dele articulum collatis iis quae sequuntur: σοὶ ταῦτα δίδωσι βασιλεύς. C. XV. 1018. d. in verbis: Κακῶς δ' ἀπώλετο καὶ Μιθριδάτης μετ' ὀλίγον χρόνον ὑπ τῆς αὐτοῦ ἀβελτε-

ρίας e cod. Palat. αὐτῆς est recipiendum, quod etiam Schaefero perplacet afferenti ex cap. XIV. Κᾶρα — πάθος ἐξ ἀβελτερίας κατέσχε. C. XIX. 1021. b. pro Ἡ οὖν Γίγις οὕτως ἀπέθανε ex usu Plutarchi Ἡ μὲν οὖν κ. τ. λ. erat scribendum. C. XXII. 1022. b. in verbis: Καί ποτε λαβὼν ἕνα τῶν ἀνθινῶν στεφάνων καὶ βάψας εἰς μύρον τὸ πολυτελέστατον ἀπὸ δείπνου ἔπεμψε τῷ Ἀνταλκίδᾳ· Xylander post δείπνου interpungit, at tum etiam ante τὸ πολυτελ. interpunxerim, ut referatur ad μύρον et sententia sit: in unguentum quae pretiosissima erat e rebus quae a coena mitti possent. Malim tamen ἀπόδειπνον legi, id est: pretiosissimum quiddam quod a coena reliquum erat.

Erant igitur in hac vita quinque hiatus tollendi et ex iis tres (c. I. XI. XV.) codicum auctoritate, et duo e conjectura, quorum alter alia de causa satis probabili (c. XIV.), alter propter vocalium concursum ipsum emendandus esse videbatur. Tres minus offendebant, quia excusari poterant (c. III. et XIX.), sed aliis de causis videbantur corrigendi, et unus, quia interpunctione poterat tolli (c. XXII.).

In vita Demetrii c. VI. 891. b. verba: Πτολεμαῖον μὲν ἀγενείους νενικηκότα ἔφη νῦν αὖθις διαγωνιεῖσθαι πρὸς ἄνδρας, Reiskius jam e Vulc. et Anon. ita dederat, modo ut post νῦν interpungeret, pro vulgato: νενικηκότα, ἔφη, νῦν, αὖθις δ' ἀγωνιεῖσθαι. Ego tamen vulgatum probo, nam νενικηκότα, quocum νῦν est conjungendum, inter quae ἔφη pro more interpositum est, idem est quod νενικηκότα εἶναι, quod verbum propter ἀγωνιεῖσθαι quod sequitur, omissum est, et per μὲν et δὲ pugnae cum imberbibus et pugnae cum viris sibi sunt oppositae. C. VIII. 892. c. in verbis: πέμψειεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀγαθῇ τύχῃ Ἀθηναίους ἐλευθερώσοντα καὶ τὴν φρουρὰν ἐκβαλοῦντα καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καὶ τὴν πάτριον ἀποδώσοντα πολίτειαν. retine vulgatum αὐτὸν, hiatum autem excusa, quia post τύχῃ pausa est et ea quae sequuntur quodammodo explicant, cur ἀγαθῇ τύχῃ missus sit. C. IX. 892. d. in verbis: Τοῦ δὲ Φαληρέως διὰ τὴν μεταβο-

λὴν τῆς πολιτείας μᾶλλον τοὺς πολίτας ἢ τοὺς πολεμίους φοβουμένου οὐκ ἠμέλησεν ὁ Δημήτριος, poterit quidem hiatus excusari, quia pausa est post φοβουμένου, melius tamen fortasse etiam cum Vulcob. scribetur δεδοικότος. C. XVII. 896. c. verba χαῖρε, βασιλεῦ Ἀντίγονε, non offendunt. C. XIX. 897. a. in verbis: Ἦν δὲ τότε μικρὸν ἀπολείποντα γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα Schaeferus jure desiderat τῶν ante ὀγδοήκοντα. Ib. 897. c. in verbis: καθίσας παρ' αὐτῷ ἥψατο τῆς χειρός scribe c. Vulc. αὐτὸν, quamquam hiatus excusari potest. C. XX. 897. d. in verbis: ὥσπερ βασιλεῖς ἄλλοι αἰλοῦντες καὶ ζωγραφοῦντες καὶ τορεύοντες hiatus defendi poterit, cum illa ὥσπερ βασιλεῖς ἄλλοι discernenda sint ab iis quae sequuntur et in quibus id ipsum explicatur, quod alii reges alias partes amasse dicuntur. Velim tamen καὶ αὐλοῦντες scriptum sit, quia singulae artes, quas exerceant, discernuntur. C. XXX. 903. a. vocalium concursus in ἐπεὶ ἐπειγομένῳ poterit excusari ut in particula necessaria. Non minus hiatum excusa c. XXXII. 904. b. in verbis: Γενομένης δὲ φιλίας πρὸς Πτολεμαῖον αὐτῷ διὰ Σελεύκου ὡμολογήθη Πτολεμαΐδα τὴν Πτολεμαίου θυγατέρα λαβεῖν αὐτὸν· γυναῖκα. Hic enim διὰ Σελεύκου ad ea quae praecedunt γενομένης φιλίας πρὸς Πτολεμαῖον est referendum, ita ut post Σελεύκου pausa sit. Idem statuo de loco cap. L. 914. c. ubi in verbis: καὶ παρ' αὐτόν τινες ὅμως ἐπιφοιτῶντες ἀπὸ τοῦ Σελεύκου ἦκον κομίζοντες ἐπιεικεῖς λόγους iterum ἀπὸ τοῦ Σελεύκου ad id quod praecedit, ἐπιφοιτῶντες, est referendum. Pro ὅμως autem cum Solano, assentientibus Corae et Schaefero, ὁμοίως scribe. Reiskius conjecit ὁμαλῶς.

In vita Antonii c. VI. 918. d. in verbis: εἰ μὴ ταῦτα πάλαι ἔγνωστο πράττειν, Coraes conjecit ἐγνώκει, quam conjecturam non necessariam esse confirmavit jam Schaeferus. Sed pro ἔγνωστο πράττειν scripsit Plutarchus fortasse πράττειν ἔγνωστο. C. X. 920. e. verba εἰ ζῇ ὁ Ἀντώνιος sunt Fulviae interrogantis, uti c. XXVIII. 928. c. verba: παντὶ ἄρα πυρέττοντι δοτέον ψυχρόν· ex sophismate quodam Antonii filii sunt. C. XXXI. 930. a.

Reiskius e conj. Stephani dedit: τῆς δὲ συγκλήτου δόγματι τὸν χρόνον ἐκείνῃ ἀνείσης. Vulgo scribunt pro ἐκείνῃ ἐκείνης, quod retineas. Scriptor enim hoc vult: tempus illius i. e. quo illa viro nubere non debebat. C. LIV. 941. c. νέα Ἶσις (vulg. Ἶσις) est titulus non mutandus. C. LX. 943. f. Coraes de suo dedit: Πείσαυρα μὲν, Ἀντωνίου πόλις, κληρουχίᾳ ᾠκισμένη παρὰ τὸν Ἀδρίαν, cum vulgo κληρουχία legeretur et post id verbum interpungeretur. Reiskius enim jam in illis duobus nominativis offendens quaesiverat: num ὑπ' Ἀντωνίου πόλις ἐπὶ κληρουχίᾳ ᾠκισμένη? At Schaeferus vulgatum bene ita defendit, ut sit colonia ipsa, affertque ad hunc usum confirmandum Diod. Sic. XV, 29. extr. Quodsi legitur et post κληρουχία interpungitur, hiatus non offendit. LXVII. 947. a. in verbis: παρελθὼν δὲ μόνος εἰς πρώραν ἐφ' αὑτοῦ ἐκάθητο σιωπῇ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐχόμενος τῆς κεφαλῆς Plutarchum ἐκάθηθ' ἐφ' αὑτοῦ scripsisse suspicor. C. LXXVIII. 952. c. in verbis: ἐγίνοντο δὲ λόγοι ἐν τῷ οἰκήματι, προσελθόντος ἔξωθεν αυτοῦ κατὰ θύρας ἐπιπέδους, Reiskius jure offendit in praepositione ἐν. Foribus enim aedificii non apertis, uti e cap. LXXIX. patet, quomodo sermones in aedificio poterant haberi cum eo, qui postea denique admotis scalis per fenestram intravit? Deleas igitur ἐν et οἰκήματι conjungas cum προσελθόντος. Reiskius aut ἐν delendum aut οἱ λόγοι πρὸς αὐτὴν οὖσαν ἐν τῷ οἰκήματι scribendum esse censet.

In vita Demetrii igitur ne unus quidem gravior est hiatus, in quo vocalium concursus non possit excusari, nisi huc locum c. XIX. referas, quem corrigendum esse vidit Schaeferus. Sed in vita Antonii ex quinque hiatibus duo codicum auctoritate erant tollendi, v. c. XXXI. LX., et unus aliis de causis, v. c. LXXVIII., et in duobus c. VI. et LXVII. solus hiatus offensioni erat. In comparatione nullus reperiebatur gravior hiatus.

In vita Dionis c. II. 958. d. in verbis: Αἱ δὲ τύχαι τοῖς συμπτώμασι μᾶλλον ἢ ταῖς προαιρέσεσιν οὖσαι αἱ αὐταὶ συνάγουσι τῶν ἀνδρῶν τοὺς βίους εἰς ὁμοιότητα. a librariis οὖσαι ad αἱ αὐταὶ additum esse videtur, quod

recte emittetur. Ibid. *μηδενὶ ἂν νοῦν ἔχοντι* non offendit. Sed c. III. 959. b. in verbis: *Καίτοι τῶν Συρακουσίων ἐβούλετο τὸ πλῆθος τὴν ἐγγενῆ πλέον ἔχειν τῆς ξένης, ἀλλ' ἐκείνῃ προτέρᾳ ὑπῆρχε τεκούσῃ τὸν πρεσβεύοντα τῆς Διονυσίου γενεᾶς υἱὸν αὐτῇ βοηθεῖν πρὸς τὸ γένος. Ἡ δ' Ἀριστομάχη πολὺν χρόνον ἅπαις συνῴκει τῷ Διονυσίῳ*, post *προτέρᾳ* adde *μὲν*, ut his ea quae sequuntur *Ἡ δ' Ἀρ.* respondeant. Xylander autem male post *ὑπῆρχε* interpunxit, *προτέρᾳ* enim et *τεκούσῃ* nullo modo interpunctione sunt separanda. Sed c. XVI. 964. e. in verbis: *Καὶ τοῦτο μὲν ἐψεύσατο, τὰς δὲ προσόδους τῶν κτημάτων ἐπέπεμπεν αὐτῷ ἀξιῶν Πλατῶνα συγγνῶναι περὶ τοῦ χρόνου διὰ τὸν πόλεμον* recte vulgo post *αὐτῷ* interpungunt. Sententia enim est, Dionysium Platoni promisisse se proxima aestate Dionem esse restituturum. At, pergit scriptor, promisso non stetit, reditus tamen praediorum ei (i. e. Dioni) mittere solebat (quod ut exprimeret Plutarchus, uti bene vidit Schaeferus afferens cap. XVIII., imperfecto est usus, cujus loco Coraes *ἀπέπεμψεν* dedit), censens s. rogans, ut Plato propter tempus in bello ignoscat. C. XVII. 965. b. in verbis: *Λέγεται δέ ποτε τὸν Δίωνα τοῦ Μεγάρεως Πτοιοδώρου δεομένου ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν* in vocalium concursu ne offende, quia post *δεομένου* pausa est. Idem statuo c. XXV. 969. b. de verbis: *Δίωνι μὲν ἀπέδωκε τὴν πόλιν Συνάλῳ οὐδὲν ἀδικήσας*, ubi post *Συνάλῳ* pausa est. C. XXVI. 969. d. in verbis: *Τιμοκράτης ὁ τῇ Δίωνος γυναικὶ συνοικῶν Διονυσίου ἀδελφῇ* a Plutarcho quidem fortasse *ἀδελφῇ Διονυσίου* scriptum fuit, potest tamen hiatus excusari, quia *Διονυσίου ἀδελφῇ* unum quasi est verbum. C. XXX. 971. a. in verbis: *φόρων ὑπισχνουμένου μετριότητα καὶ ῥᾳστώνην στρατειῶν, ὧν ἂν αὐτοὶ ἀσύμψηφοι γένωνται* vulgo *ῥᾳστώνης* habent, quod ferri nequit et cum Anon. Sol. et Reisk. in *ῥᾳστώνην* est mutatum. Idem Anon. et Stephan. *στρατειῶν* dederunt pro cett. *στρατιῶν*. Quod autem deinde Coraes *ἂν* addidit post *ὧν* nequaquam est probandum. Est enim de re certa sermo sententiaque est: eum minutionem bellicarum expeditionum promisisse,

quae in futurum ipsi simul sint decreturi, unde patent, non plura gestum iri bella quam ipsi velint. Quae cum sit sententia, neque Corais conjecturam *μὴ σύμψηφοι* neque Schaeferi *ἀσύμψηφοι* probandam esse, sed vulgatum *σύμψηφοι* unum verum esse facile intelligea. Ib. 971. b. verba: *συμπράξειν ἃ δεῖ αὐτὸς κἂν ἄλλο τι τῶν μετρίων δύνηται μεμνημένος τῆς οἰκειότητος.* Xylander interpretatus est: quibus ei foret opus — confecturum. At tum aut *ὧν δεῖ αὐτῷ* aut *ἃ δεῖ αὐτὸν* aut *αὐτῷ* scribendum erat. *Ἃ δεῖ* hoc in loco idem est quod *τὰ δέοντα* et *αὐτὸς* ad *συμπράξειν* est referendum. Post *δεῖ* autem pausa quaedam est.

In vita Bruti c. I. 984. d. in verbis: *ἀλλὰ δημότην τοῦτον οἰκονόμου υἱὸν ὄντα Βρούτου ἄρτι καὶ πρώην εἰς ἄρχοντα προελθεῖν.* viri docti, Stephanus, Solanus, Coraes et Schaeferus offenderunt. Ego maxime in eo haereo, quod Brutus, cujus mater Servilia satis antiquo genere erat, v. Plut. h. in cap., villici i. e. servi filius dicitur, *τοῦτον* enim non possumus non ad Marcum Brutum referre; deinde, quod nomen *Βρούτου* additur; tum quod hoc in loco non de Bruti patre, sed de proavo et gentis sive familiae auctore erat agendum. Negari enim ait Plutarchus Brutum hunc originem a Bruto, qui Tarquinios expulerit, ducere, sed confirmari, eum plebejum *δημότην* esse neque, uti erat pergendum, a tam nobili et antiqua gente ortum. Conjecit igitur Schaeferus: *ἀλλὰ δημότην τοῦ οἰκονόμου υἱὸν ὄντα Βρούτου, ἄρτι δὲ καὶ πρώην κ. τ. λ.* ita ut *εἰς* post *ἀλλὰ* supplendum et *δημότην* ad proavum referendum sit. At *εἰς* ex iis quae praecedant: *εἰς τὸν ἐκβαλόντα Ταρκυνίους ἀνήκειν* nam hic possit cogitatione repeti, praesertim verbis: *οὐδὲν γὰρ — υἱοὺς* interpositis, valde dubito. Non magis probo, quod Stephanus pro *ἄρχοντα* mavult *ἄρχοντας* legi, qua ex conjectura Coraes probante Schaefero *ἄρχοντας* recepit. At *εἰς ἄρχοντα προελθεῖν* est: so procedere ut magistratus sis. Non igitur hic, sed in verbis, quae his antecedunt, vitium latere censeo et suspicor Plutarchum scripsisse: *ἀλλὰ δημότην τοῦτον* (M. Brutum) *οἴκου νέου φυτὸν* (i. e. hominis novi prolem) *ὄντα Βρούτου*

ἄρτι καὶ πρώην εἰς ἄρχοντα προελθεῖν; ut sententia sit: eum qui a novo fuerit homine ortus non ita pridem magistratum esse consecutum. C. IV. 985. e. pro τῷ δὲ Βρούτῳ οὐ ταχέως ἧκον οἱ τὴν σκηνὴν κομίζοντες suspicor scriptum fuisse Βρούτῳ δ' οὐ ταχ. κ. τ. λ. Nam Βροῦτος etiam in iis, quae haec excipiunt, modo cum modo sine articulo legitur. Non minus articulum deleverim c. X. 988. d. in verbis: Ἐμὸν ἔργον, ἔφη ὁ Βροῦτος. C. XIII. 989. c. in verbis: τὰ μὲν ἄκοντα τῶν ὕπνων αὐτὴ ἡ φροντὶς ἐξέφερε non video cur scriptor αὐτὴ ἡ φροντὶς ipsa sollicitudo dixerit exspectaverimque potius ad ἄκοντα pronomen esse additum. Conjicio igitur a Plutarcho pro αὐτὴ αὐτὸν fuisse scriptum, quod quia collocatione a τῶν ὕπνων fuit separatum, facile in αὐτὴ potuit mutari. C. XVII. 991. e. in verbis: τὸ ξίφος διελαύνει οὐκ εἰς βάθος παρὰ τὸν ὦμον exspectaverim hanc verborum collocationem, ut primum corporis pars, quae et deinde ratio, qua ea vulnerata sit, poneretur, ergo παρὰ τὸν ὦμον οὐκ εἰς βάθος. Ib. conjicio pro μέγα Ῥωμαϊστὶ ἀνακραγόντος Ῥωμαϊστὶ μέγ' ἀνακρ. C. XXV. 995. d. in verbis: Γάϊος ὁ Ἀντωνίου ἀδελφὸς hiatus fortasse est ferendus, quia ὁ Ἀντωνίου ἀδελφὸς unam quodammodo continent notionem. Non minus c. XXXIV. 999. f. τι ἐκ potest ferri. Ibid. ἔργου ante ἦν vitium est operarum Teubnerianarum pro ἔργον. C. XXXVI. 1000. f. Reiskius c. Junt. Vulc. et An. probante Sol. edidit: ὑποφθέγγεται δὴ αὐτῷ τὸ φάσμα pro vulgato ὑποφθέγγεσθαι κ. τ. λ. Tu etiam pro δὴ scribe δ' ex δὲ. C. XXXVII. 1001. a. in verbis: ὑγρὸν μέν τι χρῆμα καὶ ἀπατηλὸν ἡ αἴσθησις, ἔτι δ' ὀξυτέρα ἡ διάνοια κινεῖν αὐτὸ articulum ante αἴσθησις addidit Schaeferus. Hoc quidem certum est articulum aut ad utrumque verbum ad αἴσθησιν et ad διάνοιαν addendum aut ante utrumque omittendum esse. Ego cum de quoque sensu et de quaque mente idque in universum dici censeam, articulum non solum cum libris (praeter Sol. ex quo Bredowius eum recepit) ante αἴσθησις omiserim, sed etiam sine libris ante διάνοια deleverim. C. XLV. 1005. d. legitur: των δ' ἐλευθέρων τοὺς μὲν ἀπέλυε φάσκων ὑπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον ἡλωκέ-

ἐκ αὐτοὺς καὶ παρ' ἐκείνους αἰχμαλώτους εἶναι καὶ δούλους, παρ' αὑτῷ δ' ἐλευθέρους καὶ πολίτας, ubi in verbis ὑπὸ τῶν πολεμίων μᾶλλον ἠλευθέρωται αὐτούς offendo. Quid enim hoc sibi vult: eos (captivos) magis ab hostibus esse captos, cum ipse cum amicis eos ceperit? Et si verba ita explicas, ut ad miseram hostium conditionem servitutemque qua a ducibus premantur, referas, hoc tamen quomodo dici possit: eos captivos a hostibus redditos esse non intelligo. Deleas igitur αὐτούς, ut sententia sit: ab hostibus potius captivos fieri et servos, secum tantummodo liberos versari. Qua de causa eos custodia et vinculis liberavit.

In vita Dionis igitur ex tribus gravioribus hiatibus, qui non excusari posse videntur, unum tolles codicum auctoritate c. XXX. et duos e conjectura c. II. et III. In vita Bruti ex novem ejusmodi vitiis quinque etiam aliis de causis videbantur emendanda, v. c. I. XIII. XVII. XXXVII. XLV, et quatuor solius hiatus causa, v. c. IV. X. XVII. XXXVI. In comparatione non est hiatus.

In vita Arati c. I. 1027. e. nunc haec leguntur: φιλαύτου γὰρ ἀνδρὸς, οὐ φιλοκάλου, παντὸς ἀεὶ βελτίω αὑτὸν ἡγεῖσθαι. Vulgo contra: φιλαύτου γὰρ ἀνδρὸς, οὐ φιλοκάλου, παντὸς ἀεὶ βέλτιστον ἡγεῖσθαι. Xylander hanc esse loci sententiam arbitratur: Tu quidem, o Polycrates, vir es praeclarus: sed nimis tibi ipsi placeres, si tantum tibi tribueres, ut non Aratum potius imitandum tuis filiis, quam te proponeres. „Ac videntur" pergit „illa verba: παντὸς ἀεὶ βέλτιστον non vacare mendo, sed deesse ἑαυτὸν aut aliquid tale. φιλοκάλων autem est optima et nobilissima exempla ad imitandum aliis proponere, non temere se ipsos, neque semper." Anonymus conjecit βελτίω αὑτὸν ἡγεῖσθαι, probante Solano et Schaefero. Reiskius dedit βελτίστου pro βέλτιστον „laudis cujusque principatum appetere, velle primus haberi in quocunque genere virtutis." Ἡγεῖσθαι censet hic non idem valere atque νομίζειν, sed ἄρχειν, ἡγεμὼν, ἀρχηγὸς εἶναι, primus exempli, instituti, coepti auctor

esse. Coraes denique conjecit βέλτιστον αὐτὸν, cui Schaeferus opponit, tum πάντων scribi debere. Sed mihi, his omnibus conjecturis missis, quae vulgo leguntur, recte habere videntur. Sententia enim eorum est: hominis enim sibi ipsi nimis placentis, non virtutum amantis est, cujusque semper ut optimum, dacem esse velle sive cuique se ut optimum praeferre. Ergo Polycrates et Pythocles aliis exemplis debent uti, nec suam tantum rationem sequi. C. II. 1028. a. pro: Ἐζήτει δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνελεῖν Ἄρατον malim scriptum esse τὸν Ἄρατον ἀνελεῖν, uti paulo post pro Προφάντῳ δὲ τῷ Κλεινίου ἀδελφῷ γεγαμημένης, τῷ ἀδελφῷ Κλεινίου, nisi hic hiatum ut necessarium in ejusmodi locutionibus excusare vis. C. IV. 1028. e. ἔργου ante οὐδὲν vitium est typotheticum in exempl. Teubneriano pro ἔργον. Sed c. V. 1029. a. in verbis: τὸ δὲ (scr. δ') ἔξωθεν ὕψος ὑπὸ κλιμάκων οὐ πάνυ ἀνέφικτον, non omnino probo, quod altitudo non valde inaccessa i. e. nicht sehr unerreichbar dicitur. Exspectaverim potius: non ubique, sive non ab omni parte, suspicorque pro πάνυ scriptum fuisse πᾶν. C. XX. 1035. f. hiatus in verbis: πρὸ τοῦ καλουμένου Ὄρνιθος non offendit. C. XXXIV. 1043. a. in verbis: Διογένης ἔπεμψεν ἐπιστολὴν εἰς Κόρινθον ἐξίστασθαι τῆς πόλεως κελεύων τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐπειδὴ Ἄρατος ἀπέθανεν, displicet ἐπειδή. Causa enim potius est indicanda, cur hoc juberet. Scribendum igitur fuerat ἐπείγ', quia quidem. C. XL. 1046. a. in verbis: ἐξουσίαν ἀνυπεύθυνον (in Teubn. est male ἀνυπεύθυνου) ὁ Ἄρατος λαβὼν τοὺς μὲν ἐν Σικυωνίᾳ ἐφθαρμένους ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐν Κορίνθῳ πειρώμενος ἀναζητεῖν καὶ κολάζειν ἐξηγρίαινε τὸ πλῆθος displicet ἐφθαρμένους. Non enim de perditis, minus etiam de pereuntibus hic est sermo. Conjicio igitur Plutarchum πεφασμένους indicatos sive accusatos rerum novarum studii scripsisse.

Numerabis igitur in vita Arati quinque graviores hiatus, ex quibus unus c. I. librorum auctoritate, tres aliis de causis, v. c. V. XXXIV. et XL., et unus c. II. propter vocalium concursum videbatur tollendus.

In vita Galbae c. IV. 1054. e. nunc legitur: εἰ γὰρ ζητεῖν, *Νέρωνι εἰ πιστοὶ μενοῦμεν, ἤδη μὴ μενόντων ἐστίν.* Sed pro *μενοῦμεν*, quod Schaef. probante Corae de suo dedit, vulgo *μένοιμεν* habent et in iis, quae sequuntur *μὴ μενόντων* jam a Corae editum est auctoribus Bryano et Solano. Reiskius voluit *οὐκέτι μενόντων*, Lipsius *οὐ μενόντων*. In Junt. et Ald. est solum *μενώντων* sine negatione, quod Crat. correxit in *μενόντων*. Exempl. Paris. praebet *μανέντων*, quod Bryan. sequitur et Cruser. expressit: furientium jam est. In Bodl. 5. autem est *μενόντων*. Fachsius in animadv. ad Plut. Opp. *ἤδη δαιμονώντων* vel *κυμαινόντων* vel *μὴ μενόντων* vel *μανέντων* conjecit. Equidem primum optativum *μένοιμεν* defenderim, quia non a *ζητεῖν* pendet, sed sententia est: si forte fideles maneamus. Deinde pro *μενόντων* conjicio legendum esse *μελλόντων*, quod verbum quam saepe cum *μένειν* permutetur, non est quod pluribus exponam, ut sententia sit: consultare de hac re Neroni, etiamsi fideles maneamus, tamen idem valet, ac si ad defectionem nos paremus, ita ut post *Νέρωνι* interpungendum sit. Pergitur autem tum optime: *ὡς οὐν ὑπάρχοντος ἐχθροῦ Νέρωνος.* C. XX. 1062. a. in verbis: *τῶν οἰκετῶν ἐδωρήσατο τοὺς εἰθισμένους περὶ δίαιταν ἡγεμόνι ἐμμελῶς ὑπουργεῖν* pro *ἡγεμόνι* exspectaverim *δεσπότῃ*. Plutarchus igitur fortasse *ἡγεμόσιν* scripsit, ut esset: qui consueti erant ducibus bene ministrare; quali hominum genere Galba tum ut imperator indigebat. C. XXIII. 1063. c. in verbis: *τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν*, Plutarchus fortasse *εἰς τὸ στρατόπεδον ἐξεχύθη καὶ τὴν πόλιν* scripsit. C. XXIV. 1063. f. in verbis: *Ἐν δὲ τούτοις Οὐιτούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος (οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες)*, vulgo pro *διαγγέλων* et *διοπτήρων* exhibent *δι' ἀγγέλων* et *δι' ὀπτήρων*. Emendationem Bryan. et Sol. ex Constantino commendaverunt. Secutus est Reiskius. Equidem in hoc loco nil nisi interpretamentum verborum latinorum optio et tesserarius mihi

reperisse videor, quod non a Plutarcho, cujus temporibus lectores hoc hominum genus minime ignorabant, sit profectum. C. XXVIII. 1066. a. in verbis: *τὴν δὲ Πείσωνος ἡ γυνὴ ἔλαβεν Οὐερανία δεηθεῖσα* Junt. Ald. Crat. Francof. vitiose *οὐ κρανίου* praebent; unde Bryan. *Οὐερανίου* dedit. Lipsius autem ad Tacit. Histor. I, 47. reposuit *Οὐερανία*, qua in re eum secutus est Reiskius. Solanus deleri vult *δεηθεῖσα*. At Tacit. l. all. aperte dicit: quaesitis redemtisque corporibus, ita ut *δεηθεῖσα* locum suum bene habeat. Verborum ordinem tamen mutaverim et *ἔλαβεν Οὐερανία ἡ γυνὴ δεηθεῖσα* scripserim, in hiatu *Οὐερανία ἡ γυνὴ* minus offendens, quia post *Οὐερανία* pausa quaedam est. Tacitus l. all. etiam Verania uxor habet. C. XXIX. 1066. c. in verbis: *Ὑπερεισπόμενος δὲ τῷ γήρᾳ ἄχρι τῶν ὅπλων καὶ τῶν στρατευμάτων ἄκρατος ἦν καὶ ἀρχαῖος αὐτοκράτωρ*, Reiskius bene pro vulgato *ὑπερειδόμενος* ex Bodl. 5. Junt. Ald. et Crat. *ὑπερεπόμενος* dedit explicans hoc verbum per subversus, labefactus, et Schaeferus *ἄχρι* item non male interpretatus est: si respicias arma exercitusque, nostrum: bis auf Waffen und Heere, ea vi, ut in his simul intelligatur eum integrum et antiquum imperatorem fuisse, et opponantur homines, quibus *πάντα τὰ πράγματα πωλοῦσιν ἑαυτὸν παρεῖχεν*. Hiatus autem ante *ἄχρι* non offendit, quia post *γήρᾳ* pausa est.

In vita Othonis c. I. 1067. a. nunc quidem legitur: *ἀπέδωκεν ὅσα μὴ πεπραμένα τῶν κτημάτων ἑκάστου ἐξεύρισκεν*, sed Junt. Ald. Crat. habent: *ὅσα μὴ πεπραγμένα τῶν πραγμάτων ἕκαστον ἐξεύρισκεν*, quod unum verum esse arbitror. Constat enim graece dici *πράττεσθαί τί τινα*, ea vi, ut sententia hic sit: quae quidem bonorum a singulis (qui ea possidebant) exacta videbat. C. V. 1068. c. in verbis: *Λεύκιον τὸν Οὐιτελλίου ἀδελφὸν* minus quidem ex causa supra commemorata hiatus offendit, potest tamen etiam *Λεύκιον τὸν ἀδελφὸν Οὐιτελλίου* conjici, uti eod. cap. legitur *ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ*. Ib. 1069. b. in verbis: *ὕβρει δὲ καὶ κόμπῳ ἐπαμπέχειν ἐβούλοντο προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας ὡς κρείτ-*

τινες ἀπαξιοῦντες, οὐχ ὡς ἀδύνατοι φέρειν. primum Reiskius offendit quaerens: num κόμπῳ in ἀμπεχόνῃ vana gloriatione ob vestitum suum, utpote qui ornatior et splendidior erat, quam reliquorum militum. Deinde suspicatur: ἐβούλοντο πρόσω ποιήσασθαι: conabantur a se ameliri munia militaria. Coraes aliquid excidisse opinatur, Hasius ad ἐπαμπέχειν φαυλότητα aut tale quid deesse censet et pro προσποιήσασθαι mavult aut προσποιησάμενοι simulantes aut τῷ προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας. At Coraes verba recte struxit: ἀπαξιοῦντες προσποιήσασθαι τὰς λειτουργίας i. e. λέγοντες μὴ προσήκειν αὐτοῖς προσπ. λ. scil. subire munia, nostrum: sich der Kriegsdienste anzunehmen. Quod autem objectum ad ἐπαμπέχειν attinet, ego nequaquam cum Schaefero τὴν τῶν λειτουργιῶν ἀπαξίωσιν suppleverim neque magis verba explicuerim: volebant videri tegere laborum detrectationem insolentia et jactatione. Minime enim volebant videri tegere, sed rem revera erant tecturi insolenti modo. Scribas igitur: ὕβρει δὲ καὶ κόμπον ἐπαμπέχειν ἐβούλοντο κ. τ. λ. ea vi ut sit: superbiae etiam vanam gloriationem addere volebant. Nam ἐπαμπέχειν proprie est: super veste aliam induere vestem. Ib. in verbis: ἐκινδύνευσε μικροῦ ἁλῶναι (scr. ἁλῶντ') ἀνελεῖν αὐτὸν Schaeferus de suo μικροῦ dedit pro vulgato μικρὸν, afferens c. VI. extr. At eodem jure μικρὸν legi posse supra jam vidimus. C. IX. 1070. e. vocalium concursus erit excusandus in verbis: Αἰτίαι δὲ πλείονες ἄλλαι ὑπ' ἄλλων λέγονται, quia verba: ἄλλαι ὑπ' ἄλλων non apte poterant disjungi. Ib. 1070. f. in verbis: τοῖς στρατεύμασιν ἀμφοτέροις παρίσταντο (scr. παρίστανθ') ὁρμαὶ πολλαὶ εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν, vulgo ὡς ante εἰς legitur, quod Coraes asteriscis inclusit et Schaeferus delevit memor Krügeri praecepti ad Xenoph. Anab. I, 8, 10. ὡς consilii vim habentem infinitivum respuere. At confer ex Anab. I, 5, 10. et II, 2, 4. et retine ὡς, ante quod verbum hiatus minus offendit, quia pausa est. C. XII. 1072. a. non offendes quod vocales concurrunt in nomine certo et definito: ἡ μὲν Οὐιτελλίου

Agesil. Sed c. XVII. 1074. d. in verbis: καὶ μετὰ βοῆς οἱ στρατιῶται εἰσέπεσον ἐπὶ τὰς θύρας, ordo verborum olim alius et quidem hic fuisse videtur, ut μετὰ βοῆς ante εἰσέπεσον esset collocatum.

Ex quinque igitur hiatibus in vita Galbae obviis unum e codicibus, veluti c. IV., duos aliis de causis, c. XX. et XXIV., et duos propter vocalium concursum corriges, uti in vita Othonis ex quinque ejusmodi vitiis tria codicum auctoritate tolles c. I. V. et IX., unum aliis de causis c. V. et unum hiatus ipsius causa c. XVII.

Quod autem in iis quae disputavimus de vitis Plutarchi, satis demonstrasse mihi videor, ab hoc quoque scriptore vocalium concursum diligenter esse evitatum, id non minus in

Capite quinto

de hiatu in Plutarchi scriptis, quae vulgo moralia dicuntur

ostendam. Nam in his quoque scriptis non quidem semper eandem, sed tamen satis magnam curam in hac re a Plutarcho fuisse adhibitam non negabit, qui singulos libros studiosius perlegerit. Perspicies autem minus quidem studium quam in multis aliis ejus scriptis, sed tamen studium aliquod ejusmodi in

Quaestionibus Romanis, quem librum ex historicis primum hic perlustrabo. Ita cap. III. quidem p. 264. b. haec leguntur: *Διὰ τί, πολλῶν ὄντων ἐν Ῥώμῃ ναῶν Ἀρτέμιδος, εἰς μόνον τὸν ἐν τῷ καλουμένῳ Πατρικίῳ στενωπῷ ἄνδρες οὐκ εἰσίασιν*; sed hiatus potest excusari, quia *μόνον* ita post *εἰς* et ante *τὸν* collocatum non aliter erit explicandum, nisi ita ut sit: in solum sive unum templum idque templum per *τὸν—στενωπῷ* accuratius describatur. Quod si factum est, post *στενωπῷ* pausa est. Minus autem etiam offendit vocalium concursio c. XIII. 266. e. in verbis: *τῷ λεγομένῳ Ὀνώρει* (cod. Pet. *ὄνερε*), quod intelliges si ex nostra ratione scripseris *τῷ λεγομένῳ „Ὀνώρει.“* Non tentaverim etiam verba c. XIX. 268. a. *Διὰ τί τὸν Ἰανουάριον* (Pet. *Ἰουνάριον*) *μῆνα νέου ἔτους ἀρχὴν λαμβάνουσι*; quia haec *νέου ἔτους*

tam arcte cohaerent, ut in hac proposita quaestione vix mutari potuerint. Sed c. XX. 268. e. in verbis: *τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται. καὶ γὰρ ἦν τὸν Μουρτίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι, Μυρτίαν τὰ παλαιὸν* (*ὡς ἔοικεν*) *ὠνόμαζον*. Palat. *ἱερὰν Ἀφροδίτην* habet, unde fecerim: *τὴν οὖν μυρσίνην ὡς Ἀφροδίτην ἀφοσιοῦνται* delete verbo *ἱερὰν*. In iis enim quae sequuntur, non tam id probatur myrtum Veneri fuisse sacram, quam Venerem antiquis temporibus Myrtiam fuisse appellatam. Idem memoriae prodidit Plinius in Hist. Natur. XV, 19. scribens: Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam nunc Murtiam vocant. Ergo Myrtum ut Venerem repudiabant. Loco Plinii motus etiam Xylander in verbis quae haec excipiunt *Μουρτίαν* conjicit pro: *Μουρσίαν*, recte addens *ὡς ἔοικεν* ad id esse referendum, quod Graecorum *υ* in Latinorum u sit mutatum. C. XXII. 269. a. in verbis: *ὅτι τῷ μὲν γένει Ἕλλην ἐκ Περραιβίας ἦν* (*ὡς ἱστοροῦσιν*), *διαβὰς δ' εἰς Ἰταλίαν*, fortasse olim *τὸ μὲν γένος* scriptum fuit. C. XXV. 270. b. in verbis: *ὁρίζουσι γὰρ οἱ περισσοὶ τὰς ἀρχάς· οἱ δὲ μετὰ τὰς ἀρχὰς ἄρτιοι ὄντες, οὐκ ἔχουσι τάξιν*, scribendum fortasse *ὄντες ἄρτιοι*, ut sit: quippe qui pares sint; post quae verba pausa erit. C. XXVI. 270. f. e conjectura Xylandri editum est: *μόνον οὖν τὸ λευκὸν εἰλικρινὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀμίαντόν* (Pal. *εὐμίαντον*) *ἐστι καὶ βαφῇ ἀμίμητον*· cum vulgo et ap. Wyttenb. pro *καὶ βαφῇ* legeretur *βαφῇ καὶ*. Xylander autem hanc conjecturae attulit rationem: posse sane inquinari albedinem, sed tincturam (nisi sola aqua sordes exhalante) non facere lanam albam. Eadem de causa Mez. probante Wyttenbachio conjecit: *ἄμικτον* pro *ἀμίμητον*, quod tamen legi nequit, quoniam idem est, quod *ἀμιγές*. Ego vulgatum probaverim: *ἀμίαντόν ἐστι βαφῇ καὶ ἀμίμητον*, ut sit: quod sine macula est et colore et inde non imitabile. Quod autem Xylander his opponit: posse inquinari albedinem, hoc nil ad rem, nam quod est inquinatum, non amplius est album, de quo solo hic est sermo. C. XXX. 271. e. in verbis: *ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου ἱερῷ* fort-

tasse ἱερᾷ est delendum. Cap. XL. 274. a. in brevi ista quaestione: *Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι*; hiatus minus offendit, quia vix poterat evitari. C. XLI. 275. a. in verbis: *διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς, Συέλλιοι* (Xyl. mavult *Συίλλιοι*) *καὶ Βουβολικοὶ καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φαινεστέλλας εἴρηκεν.* offendit *ἦσαν*, quod non tam ad *Συέλλιοι* etc., quam ad *τῶν ὀνομάτων πολλὰ* est referendum. Fortasse omnino a Plutarcho copula non erat addita. C. XLVII. 276. b. in verbis: *Διὰ τί τὸ τοῦ Ἡφαίστου ἱερὸν ἔξω πόλεως ὁ Ῥωμύλος ἱδρύσατο*; videtur legendum esse *τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱερὸν*, uti c. XCIV. legitur: *Διὰ τί τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔξω πόλεώς ἐστι.* C. LIII. 277. d. in verbis: *ἐπεὶ δὲ Λυδοὶ μὲν ἦσαν οἱ Τυῤῥηνοὶ ἐξ ἀρχῆς*, multo aptius *ἐξ ἀρχῆς* post *ἦσαν* collocabitur, quia *ἐξ ἀρχῆς* potius cum *Λυδοὶ* quam cum *Τυῤῥηνοὶ* est conjungendum. C. LXXII. 281. b. in verbis: *φῶς γάρ ἐστιν ἡ ἐντὸς ψυχή, καὶ δεῖ τὸ* (ita auctor. Ald. Bas. Xyl. et cod. E. Wyttenb. et Hutten. pro vulgat. *τὸν*) *συνετὸν καὶ φρόνιμον, ἀεὶ ἀναπεπταμένον αὐτῆς εἶναι καὶ δεδορκὸς, καὶ μηδέποτε συγκεκλεῖσθαι, μηδ' ἀποπνεόμενον.* post *ἀεὶ* videtur *καὶ* addendum esse, ut sibi sententiae hae: *ἀναπεπταμένον εἶναι καὶ δεδορκὸς* et *μηδέποτε συγκεκλεῖσθαι μηδ' ἀποπνεόμενον* eadem ratione respondeant, qua supra in quaestione *ἀεὶ τοὺς λαμπτῆρας ἀνεῳγμένους εἶναι* et *τὸ πῶμα μὴ ἐπικεῖσθαι.* C. LXXXIV. 284. c. in verbis: *ὡς Μύσων* (Pet. *Μίσων*) *πρὸς Χίλωνα τὸν σοφὸν εἰπεῖν λέγεται ἐν χειμῶνι θρίνακα τεκταινόμενος.* hiatum pausa excusabis, nisi *χειμῶνος* erat scriptum. Diogenes Laërtius certe I, 106. in simili narratione *θέρους* scripsit. Ibid. 284. e. in verbis: *συμβήσεται γάρ, ἔτι πολλοῦ φωτὸς ὑπὲρ γῆν ὄντος, καὶ τοῦ ἡλίου καταλάμποντος ἡμᾶς, μηδέπω ἡμέραν ὁμολογεῖν, ἀλλὰ* (scr. *ἀλλ'*) *ἔτι νύκτα* (scr. *νύκτ'*) *εἶναι.* deest aliquid. Non enim recte dicetur: *συμβήσεται ὁμολογεῖν μηδέπω ἡμέραν εἶναι*, cum nesciamus qui negent diem adhuc esse, qui non alii atque mathematici erunt, qui diei et noctis discrimen in appulsu centri solis ad horizontem constituerunt; quam rationem Plutarchus in eo

est ut refellat. Xylander autem verba, quasi sint additum, ita vertit: Fit enim ista ratione, ut diem esse negare et noctem etiamnum durare cogamur fateri, cum adhuc infra terram multa luce manente sol nostram plagam illustrat. Et tamen mihi quoque post μηδέπω videtur δεῖν excidisse, quo recepto e. Petav. Ald. Bas. pro ὑπὲρ γῆν scribo ὑπὸ γῆν neque post sed ante ἡμᾶς interpungo, ut sententia sit: Hanc mathematicorum rationem si sequimur, accidet, ut si solis centrum nondum ad circulum finitorem appulerit et hac de causa etiam multa lux adhuc infra terram sit, etiam sole jam collucente et terram illustrante nos oporteat fateri nondum diem, sed adhuc noctem esse. C. LXXXVII. 285. d. in verbis: τὸ γὰρ δόρυ κοῦριν (Xyl. mavult κύριν) ἐκάλουν οἱ παλαιοί· διὸ καὶ φασι Κυρῖνον ὀνομασθῆναι Ἐνυάλιον, pro Κυρῖνον cod. Pet. exhibet κύριον, et Ald. et Bas. κῦριν, quod non probandum. Sed quod idem Pet. ante Ἐνυάλιον articulum τὸ addit, placet. Sententia enim est: Propterea etiam dicunt Quirinum nominatum esse id, quod bellicosum est. Conf. de hoc loco vit. Romul. p. 26. e. C. XC. 285. e. haec leguntur: νυνὶ δὲ πάντων μάλιστα τῶν ζώων ἐπολέμησε. καὶ γὰρ οὗτος αὐτῷ ἀεὶ πολλὰ πράγματα παρέσχε, καὶ ὁ Κέρβερος· καὶ ἐπὶ πᾶσι, τοῦ Λικυμνίου παιδὸς οἰνωοῦ διὰ κύνα φονευθέντος ὑπὸ τῶν Ἱπποκοωντιδῶν, ἀναγκασθεὶς μάχην συνάψαι, τῶν τ' ἄλλων φίλων πολλοὺς ἀπέβαλε, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰφικλέα. His in verbis jure offendes legens: etenim hic (i. e. canis in universum) multa ei semper fecit negotia et Cerberus et alius canis. Erit certe ἀεὶ delendum, quia duo singularia Herculis certamina cum canibus solum afferuntur, ex quibus nequaquam concludi potest, canes semper Herculem vexasse. Satis autem constat, quam saepe a librariis ἀεὶ sit additum. C. XCI. 285. f. in verbis δι' (hoc recep. Hutt. a. Xyl. vulg. abest) ὃν ἀπώμοτόν φασιν εἶναι τῷ οἴκῳ, μηδενὶ Μανλίῳ ὄνομα Μάρκου γενέσθαι; scribe τὸ ὄνομα, est enim de certo Marci illius

Manlii nomine sermo. C. XCIII. 286. b. in verbis: εἰ λέγει ἀληθῶς Ἡρόδωρος fortasse pro ἀληθῶς τἀληθὲς legendum, haec enim saepissime inter se permutantur.

Qui igitur hoc in libello leguntur quindecim graviores hiatus partim ex libris, veluti XX. XXVI. et LXXXVII., partim quia aliis de causis offendunt, veluti XLI. LIII. LXXXIV. XC. et XCI., correxerim et partim quia vocales concurrunt, ut XXII. XXV. XXX. XLVII. LXXII. et XCIII. certe notaverim.

In Quaestionibus Graecis c. I. 291. d. legitur: οἱ μὲν τὸ πολίτευμα ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἄνδρες ἦσαν. ubi cod. E. post πολίτευμα spatium habet unius verbi. „Sane," inquit Wyttenb., sententia desiderat ἔχοντες vel νέμοντες." Hutten. ἔχοντες facile suppleri posse contendit, quod ei minime concesserim. Tu scribe: οἱ μέντοι πολιτεύοντες. C. II. 291. f. in verbis: τὸν δὲ λίθον ἀπὸ τούτου οὐ καθαρὸν νομίζοντες, ἀφωσιοῦντο. fortasse olim νομίζοντις οὐ καθαρὸν scriptum erat. Minus offendit hiatus c. IV. 292. a. in brevi ista quaestione quippe quae simul ex aliorum sententia proposita fingatur: Τίνες ἐν Κνίδῳ οἱ ἀμνήμονες; καὶ τίς ὁ ἀφεστήρ; C. IX. 292. e. in verbis: τὸ δ' ἀληθὲς οὐκ ἔχει οὕτως fortasse οὐχ οὕτως ἔχει erat scriptum. C. X. 293. a. in verbis: ὅταν γοῦν ἀναδραμόντα μέγεθος λάβῃ καὶ διαφύγῃ τὸ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων, Wytt. conjecit ἐπινεμομένων, quod probat Hutten. Equidem malim verba ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων omnino abesse. Melius enim tum explicatur, quid φυξίμηλον sit, quia cum in iis quae antecedunt, scriptum sit: ὧν ἐπιόντα τοὺς βλαστοὺς τὰ βοσκήματα κολούει καὶ ἀδικεῖ καὶ λυμαίνεται τὴν αὔξησιν quisque ad βλάπτεσθαι supplebit ὑπὸ τῶν βοσκημάτων sive μήλων. At ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων quemque qui accedit significat. Aut igitur cum Wyttenb. et Hutten. ὑπὸ τῶν ἐπινεμομένων est scribendum aut quod malim haec verba sunt delenda. C. XII. 293. b. in verbis; τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐνναετηρίδας κατὰ τὸ ἑξῆς, poterit conjici κατὰ τὸ ἑξῆς olim ante ἐνναετηρίδας collocatum fuisse. Minus offendo ib. 293. c. in verbis: ᾧ ὄνομα (scr. ὄνομ') ἦν Αἴξ. C. XXI. 296. b. in verbis: καὶ

γενέσθαι ἐπιμιξίαν αὐτοῖς, μέχρι παίδων γενέσεως πρὸς τὰς ἐγχωρίους γυναῖκας, fortasse καὶ ante ἐπιμιξίαν excidit, quia hoc sane urgetur Tyrrhenos non solum in Laconicam pervenisse, sed etiam cum feminis hujus terrae rem habuisse. Minus offendo c. XXV. 297. b. in verbis ἀλάστωρ μὲν κέκληται ὁ ἄληστα καὶ πολὺν χρόνον μνημονευθησόμενα δεδρακώς quia post κέκληται pausa quaedam est, uti c. XXVIII. 297. d. in quaestione: Τί δή ποτε παρὰ Τενεδίοις εἰς τὸ τοῦ Τένου (Pet. Τέρου) ἱερὸν οὐκ ἔξεστιν αὐλητὴν εἰσελθεῖν, οὐδ' Ἀχιλλέως ἐν τῷ ἱερῷ μνησθῆναι; sed ib. 297. e. pro παρεγγυήσαι ἐνὶ τῶν οἰκετῶν, ὅπως κ. τ. λ. fortasse τῶν οἰκετῶν ἐνὶ scriptum fuit. C. XXX. 298. e. in quaestione: Τίς ἡ περὶ Θράκην Ἀραίνου ἀκτή; non offendo in hiatu, sed in nomine Ἀραίνου, quod inde ortum esse dicitur ὅτι—ἀρὰς ἔθεντο περὶ τὸν τόπον τοῦτον οἱ Ἄνδριοι. Pro Ἀραίνου autem codd. E. H. Venet. et in fin. Pet. Ἀράνου, habent, tu scribe Ἀραίου. C. XXXIV. 298. e. in verbis: τούτῳ οὖν κατὰ τύχην προσέσχε πορθμεὺς Ἰθακήσιος, τούτῳ a Wyttenb. ex E. est receptum pro vulgato: ταύτῃ. Petav. habet ταῦτα, unde equidem τοῦτ' i. e. πλοῖον fecerim, ut sententia sit: hoc igitur (sc. navigium) appulit etc., quod certe lectioni τούτῳ multo erit praeferendum. C. XXXVII. 299. c. in verbis: ἔχθρα γὰρ αὐτῷ (Achilli) μᾶλλον, ἢ φιλία, λέγεται γεγονέναι πρὸς τὴν πόλιν, ἁρπασαντι μὲν τὴν μητέρα τοῦ Ποιμάνδρου, Στρατονίκην, ἀποκτείναντι δὲ (scr. δ') υἱὸν Ἐφίππου, Ἀκέστορα. cod. E. habet Ἔφιππον et Wyttenb. inde conjicit antiquiorem lectionem fuisse Ἔφιππον ἢ Ἀκέστορα, ut prima duo vocabula a diversis correctoribus orta sint. Censet enim et hic et paulo post nomen Ἐφίππου esse delendum dicitque Leucippum esse intelligendum, filium Polycrithi. Hoc quidem certum est vitii quid inesse in narratione recteque ad verba quae infra sequuntur ὁ δὲ καὶ τοῦτον εἰσάγει πείσας, ubi in cod. E. καὶ τοῦτον abest ejusque loco lacuna duorum versuum Wytt. adscripsit: totius capitis narrationem non satis expeditam esse. Sed cum etiam in iis quae sequuntur Ephippus filius fuisse dicatur, quem Poemandrus miserit ad Achil-

lum, hic revera εἶδον intellexerim Ephippi filium et vulgatam retinuerim. Hiatus pausa excusatur. Ib. 299. d. in verbis: συγγενεῖς ἅπαντας αὐτῷ ὄντας. Wyttenb. αὐτῷ ex E. recepit pro vulg. αὐτῶν. Sed ego αὐτῶν scripserim: interiae cognatos. C. XL. 300. e. in verbis ἀποκτεῖναι Εὔνοστον ne duhita ex cod. Pet. articulum τὸν praefigere, uti infra 301. a. in verbis: ἀπηντηκέναι αὐτοῖς τὸν Εὔνοστον Plutarchus αὐτοῖς ἀπηντηκέναι τὸν Εὔν. dedisse videtur. C. XLI. 301. b. in verbis: καὶ τεκοῦσαν υἱὸν ἀγαγὼν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, ἀπέδωκε τῷ Ἑλέωνι καὶ τὸ παιδίον καὶ αὐτήν. cod. Pet. male καὶ τεκοῦσα υἱὸν ἀγαγοῦσα ἐν τῇ B. habet, hiatus quidem Βοιωτίᾳ, ἀπέδωκε pausa excusari potest, quae post Βοιωτίᾳ est, malim tamen εἰς τὴν Βοιωτίαν legi, quia antea haec sunt dicta: ἀνέλαβε τὴν Γλαυκίαν εἰς τὰς ναῦς, ex quibus eam in Boeotiam duxit. C. XLIV. 301. d. in quaestione: Τίνες ἐν Αἰγίνῃ οἱ μονοφάγοι; hiatus videtur ferendus esse, est enim proverbialis dictio, v. Erasmi Adag. 215., uti c. XLVII. 302. c. in verbis: τὸ τῆς ἐπισκόπου Ἀρτέμιδος ἱερόν. quia τῆς ἐπισκοποῦ Ἀρτέμιδος quodammodo unum est verbum. C. XLVIII. 302. d. in verbis: ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ, ἵνα τῶν ὑφελομένων τὸ παλλάδιον φύλακα ποιεῖσθαι hiatus pausa excusatur, quod etiam dicendum LI. 303. a. de verbis: καταχθέντας ἐκ τῶν ἀγρῶν (scrib. c. Kaltw. et Wyttenb. qui similia ex Plat. Legg. III, 385. b. c. 686. 687. affert et Hom. Od. I. 112. et II. Y, 217. ἐκ τῶν ὀρῶν) εἰς τὰ πεδία ἀχράσι διατραφῆναι λέγουσιν, ubi post πεδία pausa est. Ib. 303. b. in verbis: ὅθεν ἄπιοι ἀχράδες μετωνομάσθησαν Wyttenb. ex cod. Pet. et E. non male οἱ ἀχράδες dedit, quamvis Hutten. dubitet, num ἀχρὰς in gen. masc. dicatur. Mihi autem fuit omnino ante ἀχράδες verbum μετωνομάσθησαν, cujus loco Wyttenb. non recte ex E. mavult ἐπωνομάσθησαν, collocatum fuisse videtur. Ald. habet vitiose ἄποιοι. C. LIV. 303. c. verba: καὶ μέλλοντα γαμίζειν τὴν ναῦν Ἀφροδίτῃ ἐκέλευσεν ὕδωρ ἐμβαλλόμενον, καὶ μηδὲν ἄλλο πλεῖν τὴν ταχίστην· πεισθεὶς δὲ καὶ πολὺ ὕδωρ ἐνθέμενος ἐξέπλευσεν. Wyttenbachius sic e conject.

dedit. Vulgo enim τὴν νεὼν ignorant et pro Ἀφροδίτην ἐκέλευον exhibent: τὴν Ἀφροδίτην κελεῦσαι, quod ferri potest, si post πεισθεὶς deles δὲ et interpunctionem post ταχίστην, ut sententia sit: credens Venerem sibi ornaturo, scil. navem mandare, ut aquam nequo aliud quid importans naviget celerrime et deinde pergatur: καὶ πολύ γ' ὕδωρ ἐνδέμενος et multam quidem aquam importans ancoras solvit. Cod. Pet. enim non male pro ἐξέπλευσεν exhibet ἐξέλυσεν. — Ib. 303. d. autem in verbis φαίνεται οὐχ ἕνα πλουτίσας hiatus minus offendit, quoniam pausa post φαίνεται est. C. LVI. 303. c. denique in verbis: τῶν δὲ φονευθέντων ἀποθανεῖν τινὲς λέγονται περὶ τὸ Φλοιόν, καὶ τὰ ὀστᾶ δείκνυται αὐτῶν. omnes libri (Ald. Bas. et cod. in ind. Var.) consentiunt φάντων exhibentes pro φονευθέντων, quod Stephanus primus edidit, in solo E. est φ.. cum lacuna. At φονευθέντων ne intelligi quidem potest, cum de Amazonibus, ergo de feminis sermo sit. Deinde quid hoc est, occisorum mortui esse aut si mutas genus occisarum mortuae quaedam dicuntur circa Phloeum? Scribe potius τῶν δὲ φθαρέντων et earum quae aufugerant et ex Xenoph. Cyrop. V, 4, 4, ubi οἱ φθάσαντες etiam legitur verbo alio non addito, ea vi ut sit qui fuga praevenerant. Pro τὰ ὀστᾶ δείκνυται autem cum Turn. et Bong. τὰ ὀστᾶ δείκνυσθαι est scribendum, omisso αὐτῶν, quod genitivo τῶν φθασασῶν praecedente abundat.

Quae igitur in hoc libro, quem omnino paulo negligentius scriptum esse concedes, tredecim deprehenduntur ejusmodi vitia, poteris quidem, quatuor exceptis et elcodd. emendandis veluti c. XXXIV. XXXVII. XL. et LIV., solum e conjecturis tollere, vi. c. II. IX. X. XII. XXI. XXVIII. XL. LIV. et LVI., tamen non negandum est in libro satis depravato his quoque locum suum esse, idque eo facilius concedes, si rationem ejus libri, cujus auctor nullum in hiatu evitando posuerit studium, consideraveris. Dico librum, cui nomen est

Parallela, in cujus prooem. legitur: πράγματι ἀρχαίῳ. c. I. ἱστορεῖ Ἀριστείδης. II. τοιοῦτοι Ἀθηναῖοι

φρουρεῖσθαι αὐτὸν — ἱστορεῖ Ἀγαθαρχίδης — ἴσθε ἡμᾶς — ἱστορεῖ Ἀριστείδης — τρίτῃ ἱστοριῶν. III. πολεμῆσαι ἑκατέρους — ἰδίου αἵματος — τρίτῃ Ἰταλικῶν. IV. ἐπέμφθη εἰς — ἐκεῖ ἐπέκειτο — ἀνέβη ἐπὶ — ἱστορεῖ Ἀριστείδης. V. τεσσαρακοστῷ Ἰταλικῶν. VI. Πολυνείκει εὐωχουμένων — τὸ Ἀμφιάρεω ἐβάστασε δόρυ εἰς — δάφνη ἐγένετο — κατεπόθη ὁ — τρίτῃ Ἠπειρωτικῶν. VII. ἡττωμένου εἰς — τετάρτῃ Ἰταλικῶν. VIII. σώζεται ἀπολέσας — δευτέρῳ Ἰταλικῶν. IX. ᾧ ἦν θυγάτηρ καλὴ Ἐντωρία — θυγατρίδαι ἀθυμήσαντες — δείκνυται ἀστὴρ. X. λιμῷ ἀπέκτεινεν — δευτέρῳ Ἱστορικῶν — ἀνοῖξαι ἐβουλήθη. XI. προδοῦναι ἠβουλήθησαν. XII. ἱστορεῖ ἐν — ἱστορεῖ Ἀριστείδης. XIII. γάμου ἀποτυχὼν — Ἰόλη ἀπὸ — Κλουσία ἀπὸ — διεσώθη ἐπὶ — δόγματι ὑπὸ — τρίτῳ Ἰταλικῶν. XIV. τῇ Ἑστίᾳ οὐκ — Ἑστία ἐλεήσασα — τρίτῃ Ἰταλικῶν. XV. δῷ αὐτῇ. XVI. ἐχάρη ἡ — δευτέρῳ Ἀρκαδικῶν. — μόνη ἡ ἀδελφὴ οὐ συνεχάρη Ὡρατία. XVIII. θατέρου ἀνῃρέθη. XIX. Διονύσῳ οὐκ — περιελομένη ἔδωκε — Πυθίου εἰπόντος — Ῥώμῃ ἀγομένων. XX. Μέμνηται Εὐριπίδης — βωμοί εἰσι — τετάρτῳ Ἰταλικῶν et sic per reliquum librum. Inde autem jure concludes, eos qui hunc librum Plutarcho abjudicaverint, inter quos secundum Wyttenbachium Ruhnkenius (ad Callim.) Dodwell (in Geo. min. II, 109.), Du Amiot, Vossius (de historicis I, 17.), Valckenarius (Diatr. in Eurip. 24.) et Sallierius (Memoir. Acad. Inscr. VIII.) sunt referendi, verum sensisse. Wyttenbachius ipse de hoc libro hoc tulit judicium: „esse foetum falsarii et vanissimi et ineptissimi et unius omnium mendacissimi; quippe et historiolas fingentis et auctorum nomina ementiti.“

In libro de fortuna Romanorum c. II. 316. f. in verbis: τὴν τῶν ἑκατέρου ἄκρων ἀνομοιότητα συνήγαγον, ne dubita, quin c. cod. Pet. et ed. Bas. τὴν ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἀνομοιότητα scribas, ita ut uterque genitivus ab ἀνομοιότητα regatur; et ἡ τῶν ἄκρων ἀνομοιότης una fere sit notio. Vulgo articulum τῶν, quem jam Reiskius desideravit, omittunt. C. IV. 318. a. pro ὡς γενεαλογεῖ Ἀλκμάν fortasse ὡς Ἀλκμὰν γενεαλογεῖ scriptum fuit. C. V. 318. f. in verbis: μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐξελιπάρησαν c. Pet. verum verborum ordinem

restitue: *μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς ἀξιῶ*. C. VIII. 320. c. in verbis: *λέγουσι γὰρ* (Pet. *λέγουτοῦ γὰρ*) *ἐκλείποντος τοῦ ἡλίου ἠφανίσθαι*, post *ἡλίου* pausa quaedam est. Ibid. autem in verbis: *τοῦ τυράννου αἰτοῦντος ἀνελεῖν* unum verum est quod Reisk. conjecit et Wyttenb. probavit *ζητοῦντος*, pro *αἰτοῦντος*, quod vix locum suum tenere potest. Ib. 320. f. in verbis: *τοῦτό μοι δοκεῖ πρὸς τὴν Ῥωμύλου ἀρετὴν ἡ τύχη λέγειν* Plutarchus fortasse: *πρὸς τὴν Ῥωμύλου λέγειν ἀρετὴν ἡ τύχη* scripserat. Ib. in verbis: *Λαμπρὰ μὲν τὰ σὰ ἔργα καὶ μεγάλα*, videtur *ἔργα* delendum esse v. Plat. Pol. 258. b. Xenoph. Anab. VII, 7, 44. Uti enim his in locis *σὰ* de commodis, ita hic de factis poterat dici. C. IX. 322. b. in verbis: *Γαΐου Ἀτιλίου καὶ Τίτου ὑπάτων* hiatus possunt defendi. In vit. Num. c. XX. tamen melius legitur: *ὑπατευόντων Μάρκου Ἀτιλίου καὶ Τίτου Μαλλίου*, modo *Γαΐου* praeferatur falso nomini *Μάρκου*, qua de re v. Eutrop. III, 3. et Oros. IV, 10. Quod Mez. autem ex illo loco hic post *Τίτου Μαλλίου* addi vult, minus necessarium esse videtur. Ib. 322. b. in verbis: *καὶ διέμειναν οἱ πόλεμοι ἄχρι τῆς ἐν Ἀκτίῳ νίκης Καίσαρος* antiquitus pro *ἄχρι* fortasse *μέχρι* scriptum fuit. XII. 325. f. in verbis: *προσπεσούσης αὐτοῖς ἀγγελίας, φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, ἐμβεβληκότων* (cod. Petav. *ἐμβεβηκότων*) *εἰς τὴν χώραν καὶ κρατούντων, ἀνεχώρησαν* mihi *ὑπὸ* delendum esse videtur, quo facto *τῶν προσοίκων βαρβάρων ἐμβεβληκότων* pro genitivis absolutis accipiendum est, commate post *βαρβάρων* deleto. C. XIII. 326. c. in verbis Homeri: *οὐ γὰρ ἀναιμωτί γε διακριθήμεναι ὀΐω* ex Hom. Od. *σ*. 148. petitis hiatus non offendit.

Ex octo igitur gravioribus hiatibus in hoc libro ita obviis, ut minus bene excusari possint, duos c. II. et V. codicis auctoritate, tres conjecturis alia etiam de causa probabilibus c. VIII. IX. et XIII., et tres c. IV. et VIII. bis. concurrentium vocalium causa tollea.

In orat. I. de Alexandri Magni sive virtute sive fortuna c. II. 327. a. in verbis: *οὓς εὐθὺς ἐκ γενετῆς τῷ Κύρου θρόνῳ ἐνίδρυσας*· fortasse *ἐνίδρυσας* post

γενέτης collocandum est. C. XI. 332. c. in verbis: πᾶν ὃ ἂν δρᾷ ὁ σοφὸς Wyttenb. et Hutten. articulum ὁ qui vulgo abest, ex E. et Gron. receperunt, idque recte fecerunt, nam in Stoica sententia ista hiatus non offendit.

In orat. II. de Alexandri M. s. virtut. s. fort. c. IV. 336. f. pro καὶ διαλύεται (i. e. τὰ νεκρὰ σώματα partes cadaverum) ἀπ' ἀλλήλων suspicor καὶ ἀπ' ἀλλήλων διαλύεται scriptum fuisse. C. VII. 339. b. pro καὶ φυγαὶ ἀνδρῶν fortasse καὶ ἀνδρῶν φυγαὶ fuit scriptum. Ib. pro ἐπεὶ ἔν γε scribe ἐπεί γ' ἐν. Ib. 339. e. in verbis: καὶ δὴ ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος πεπαινόμενος, οὐκ ἐκράτει τῶν λογισμῶν id recte jam sensit Xylander inesse poetae alicujus dictum de homine durissimo alioquin, sed vi amoris emollito; sed cur e margine codicis, in quo vocabuli spatium erat, ἐκεῖνος pro vulgato ἔκ τινος receperit non ita intelligo. Secuti quidem eum sunt Voss. Gronov. Mez. Wyttenb. et Hutten., non ita tamen Reiskius qui vulgatam tuetur aut μᾶλα καρτερῶς καὶ δὴ ὁ σιδάρεος ἐκ κόρης τινὸς πεπαινόμενος conjicit. In cod. G. est ἐκείνῃ et in marg. cod. F. et coll. Mur. ἀλεκτῖνι, ex quo si facis ἀλέκτορι verum fortasse habebis. Hiatus autem minus offendit, quia a verbo ὁ σιδάρεος verba poëtae illius initium capiunt. Ibid. autem 339. f. non probo ἡ Ἀντιγόνα ἐξήνεγκε et suspicor ἐξήνεγκεν ἡ Ἀντιγόνα. Minus offendo c. IX. 341. in verbis: πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Κύρου ἀδελφόν ex causa supra commemorata, neque c. XI. 342. a. in verbis: Ὑρκανικοὶ ἰχθύες, quia haec unam quodammodo habent notionem.

Paucorum igitur quae in his orationibus deprehendebantur, vitiorum in or. I. unum c. II., et in orat. II. quatuor c. IV. et VII. ter. e conjecturis facillimis poterant sanari.

In libro de gloria Atheniensium c. II. 346. a. ferri poterit Πλεισταίνετος Φειδίου ἀδελφός, sed ib. 346. c. pro μικροῦ ἔφθη fortasse μικρὸν ἔφθη est scribendum; v. Plat. Pol. 293. e. Alc. I. 104. c. 131. e. Ib. 346. e. pro ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ Ἐπαμινώνδα ἀφείλοντο τὴν Μαντίνειαν exspectaverim ἐκ τῶν τοῦ Ἐπαμινώνδα χειρῶν ἀφ. τ. Μ. C. VI. 349. a. in verbis: πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖ-

τὸν δῆμον τὸν Βοιωτῶν τὸν Ἀλιφέρας (fortasse ἀμφὶ Τριφὸν ante Ἀλίφειρα erat collocatum). C. VII. 349. de sententia Ἡρακλείδου ὁστάδα. Ib. 349. f. in verbis: οὐδὲ (scr. οὐδ') ἐπὶ Καμίρου τινὸς Ἀλόπης (alii conl. Ἀλόπῃ) συνῆν ἡ Ἕκτορι Ἀστυδάμας, inest lusus verborum Ἀστυδάμας (tragicus) et Ἀστυδάμεια (uxor Hectoris) quae de causa συνῆν, quod Vales. ad Harpocr. p. 43. et Valcken. Diatr. 13. reprehendunt, defenderim, et verterim sane, uti latinus interpres, per: rem habuit. Wyttenb. conjecit vel ἐνίκα vel αὐημέρει. Item non offendo c. VIII. 350. a. in τὸν Αἰσχίνου κατὰ Τιμάρχου ἑταιρήσεως, ut in titulo.

Quae cum ita sint tres minus facile excusandos hiatus, ut c. II. duos et c. VI., reperies in hoc juveniliter scripto libro.

In libro de Iside et Osiride c. V. p. 353. a. ad verba: οὐδὲν γὰρ ὄπωσι τιμὴ Αἰγυπτίοις ἰσῶς ὅτι Νεῖλος Wyttenb. haec adscripsit: „Meziriacum et Reiskium τιμὴ offendit ἐν τιμῇ requirentes: certe poterat aut hoc, aut ἐτίμα scripsisse Plutarchus: quod nunc legitur, minus cum ipsius oratione, quam Aeliani, Philostrati et similium consuetudine congruit.“ Equidem τιμῆς legendum esse censeo, ut genitivus ab ῥῆτα regatur, de quo usu, si οὐδαμοῦ significent eo gradu; v. Bernhard. synt. gr. p. 158. C. VIII. p. 353. e. in verbis: οὐδὲ (scr. οὐδ') ὑπὸ δεισιδαιμονίας—ἐγκατεστοιχειοῦτο ἱερουργίαις Wyttenbachius jam desiderat articulum ταῖς. C. IX. p. 354. d. in verbis: ἡ μὲν οὖν εὐλάβεια τῆς περὶ τὰ θεῖα σοφίας Αἰγυπτίων, τοσαύτη ἦν, fortasse ἦν non est a Plutarcho profectum. C. X. 354. f. in verbis: δοκῶ δ' ἔγωγε καὶ τὸ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν δυάδα Ἄρτεμιν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα, Ποσειδῶνα δὲ τὸν πρῶτον κύβον, Hutten. cum Squir. in τὴν δυάδα Ἄρτεμιν articulum transposuit pro cett. δυάδα τὴν Ἄρτεμιν, quod Faehsius in Animadv. in Plutarch. Opp. Lips. 1825. p. 14. bene defendit, quia hoc ab ἄρτιος derivetur. C. XIX. 385. c. Osirisoeque Horo praerit: τὸ χρησιμώτερον οἴεται ζῶον εἰς μάχην ἐξοῦραι. τοῦ δ' Ὥρου ἵππον εἰπόντος, ἐπιθαυμάσαι καὶ ἰδιοποιήσασθαι πολὺ μᾶλλον, ἀλλ' ἵππον εἰπεῖν οὐ τὸν Ἄρεα, ὡς λέων μὲν ἀπέλιπον ἐπιδεόμενα βοηθείας

ἵππος δὲ φεύγοντα διασπάσαι καὶ καταναλῶσαι τὸν πολέμιον. At neque comparatio illa leonis et equi, animalium diversissimorum, satis apta est, neque equus hosti dilacerando et devorando inservire ullo modo potest. Qua de causa Wyttenbachius pro διασπάσαι legi vult διαρπάσαι, διαπαλαίσαι et deinde διαπρᾶξαι et Reiskius: βοηθείας, διασπᾶσαι καὶ καταναλῶσαι τὸν πόλεμον, ἵππος δὲ φεύγοντα καταλαβεῖν. ἀκούσαντα etc., neque minus latini interpretes aliam quam graecorum verborum sententiam expresserunt. Verterunt enim: equum facere ad instandum hosti eumque interficiendum; quod verba ipsa significare non possunt. Recte enim jam Fachsius in libr. commem. p. 15. Xylandrum vituperans docet διασπάσαι potius esse hostem divellere, perrumpere, dissipare, qua vi etiam p. 469. legatur. Verum igitur sine dubio habet Synesius de provident. fin. p. 115. qui eandem rem referens scripsit: ὅταν Ὥρῳ τῷ παιδὶ γνώμη γένηται συμμαχίαν (exspectaverim potius σύμμαχον) ἑλέσθαι πρὸ τοῦ λέοντος λύκον. Λύκον igitur pro ἵππον etiam in Plutarchi loco usquequaque restitue. Vid. Metam. crit. ad Plutarch. emend. p. 4. et 5. C. XX. 358. e. in verbis: ὅτι δ' οὐκ ἔοικε ταῦτα κομιδῇ μυθεύμασιν ἀρχαιοῖς καὶ διακένοις πλάσμασιν, οἷα ποιηταὶ καὶ λογογράφοι, καθάπερ οἱ ἀράχναι, γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀνυποθέτου ὑφαίνουσι καὶ ἀποτείνουσιν, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀπορίας καὶ παθῶν διηγήσεις, αὐτὴ οἶσθαι. καὶ καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ τὴν ἶριν ἔμφασιν εἶναι τοῦ ἡλίου λέγουσι ποικιλλομένην τῇ πρὸς τὸ νέφος ἀναχωρήσει τῆς ὄψεως, οὕτως ὁ μῦθος ἐνταῦθα λόγου τινὸς ἔμφασίς ἐστιν ἀνακλῶντος ἐπ' ἄλλα τὴν διάνοιαν, ὡς ὑποδηλοῦσιν αἵ τε θυσίαι κ. τ. λ. primum ἀπ' ἀρχῆς ἀνυποθέτου editum est a Hutten. cum Squir. et Wyttenb. e correctione Baxt. et Bentl. ut sententia sit: quae, aranearum instar, omni veritatis historicae fundamento destituta, ex se ipsis gignentes pertexunt poëtae. Vulgo enim ἀπαρχὰς ἀνυποθέτους exhibent, quod Xylander recte vertit: initia nullo fundamento innixa. Mutatio autem nequaquam necessaria esse videtur, modo

γεννῶντες non ad poëtas, sed ad araneas referas, quae ex se ipsis prima fila (quae recte ἀπαρχὰς poteris dicere) ita gignunt, ut priusquam cetera accesserint, sine ullo fere fundamento in aëre pendeant. Eodem autem modo, inquit, pertexunt poëtae fabulas. Deinde αὐτὴ οἶσθα est ex Reiskii conjectura. Vulgo enim solum αὐτῇ habent. Squirius conjecit αὐτὴ ὁρᾶς et Wyttenbachius prius utramque et conjecturam et Reiskii et Squirii probavit, sed postea vidit, post antecedentem similem formulam αὐτὴ δυσκολαίνεις hanc iterationem frigere et verisimilius ei visum est, antiquitus scriptum fuisse δείξει αὐτὸ, quorum prius vocabulum a praeced. διηγήσεις absorptum sit. Ego neutrum probo, sed primum recte habere censeo ἔχει, quod e correct. Squir. confirmata auctor. Petav. E. Flor. cum Wyttenb. ab Huttenio receptum est pro vulgato ἔχειν, deinde pro αὐτῇ scripserim αὐτὰ et in iis quae sequuntur ante ὑποδηλοῦσιν deleverim ὡς additum a librariis structurae ignaris propter praecedens οὕτως, verbaque ita struo: ὅτι δ' οὐκ ἔοικε ταῦτα — ἀλλ' ἔχει τινὰς — διηγήσεις αὐτὰ καὶ (scil. ὅτι) — ὁ μῦθος ἐνταῦθα λόγου τινὸς ἔμφασίς ἐστιν — ὑποδηλοῦσιν αἵ τε θυσίαι — αἵ τε τῶν ναῶν διαθέσεις — οὐχ ἥκιστα δὲ (scr. δ') ἡ τῶν Ὀσιρείων δόξα. In ceteris verbis autem viri docti in ἀπορίας offenderunt et Markland. ὑπόνοιας, Wyttenb. et Reisk. ἱστορίας conjecerunt. At sententia est fabulas istas non prorsus esse fictas, ut poëtarum fabulas, sed continere enarrationem rerum, quas aliquis revera passus sit (παθῶν διηγήσεις) et difficultates, quibus obstrictus fuerit (ἀπορίας τινὰς), ita ut ἀπορίας locum suum non minus bene teneat, quam in iis quae sequuntur verbum ἀναχωρήσει, cujus loco Reiskius ἀνακλάσει et Wyttenb. aut hoc aut ἀναχρώσει reponi vult. At quonam alio modo iridem conspicies quam cum facie tua a sole ad oppositam nubem recedens? idque exprimitur verbis: τῇ πρὸς τὸ νέφος ἀναχωρήσει τῆς ὄψεως. Non magis denique probabis Squirii conjecturam, qua ὁ ἐνταῦθα μῦθος i. e. praesens fabula legatur vult. Sententia enim eadem est in verbis: ὁ μῦθος ἐνταῦθα fabula hic, i. e. de qua hic agitur. C. XXI.

359. c. in verbis: οὐ μόνον δὲ τούτου οἱ ἱερεῖς λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ὅσοι μὴ ἀγένητοι, μηδ' ἄφθαρτόν τι τὸ μὴ σώματος παρ' αὐτοῖς πεῖσθαι. Squirius et Hutten. assentientibus Baxt. et Bentl. τούτου e Petav. dederunt pro vulgato τούτων, quia de Osiride solo sermo sit. At equidem τούτων de locis, quae in iis, quae antecedunt ut sacris et sepulcro et cultu Osiridis insignibus enumerata sunt intelligo explicoque: non solum horum locorum sacerdotes, sed etiam sacerdotes ceterorum deorum id affirmant, corpora eorum esse apud se sepulta. C. XXVIII. 363. a. in verbis: καὶ μέντοι Ἡρακλείτου τοῦ φυσικοῦ λέγοντος scribe μέν θ'. C. XXX. 363. a. in verbis: λέγουσι γὰρ ἐν ὡρτίῳ μέτρῳ ἕκτῳ καὶ πεντηκοστῷ γεγονέναι Τυφῶνα hiatus quidem ut in numeris minus offendit, velim tamen τῷ ante ἕκτῳ legi. Ib. in verbis: καὶ πάλιν τὴν μὲν τοῦ τριγώνου, Ἅδου καὶ Διονύσου καὶ Ἄρεος εἶναι· supplendum est cum Reiskio δύναμιν, neque negandum post τριγώνου pausam quandam esse, velim tamen ante Ἅδου τὴν repeti. C. XXXI. 363. pro μέντοι ante ὄνος scribe μέντ'. C. XXXIV. 364. d. in verbis: Καὶ γὰρ Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὕσιριν ἔοικεν ἀκηκοέναι, ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον· οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεόν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως. Markland. et Wyttenb. pro φύσεως legi volunt ὕσεως (quod novum est verbum) et pro εὑρέσεως—ὑγρασίας. Reiskius pro εὑρέσεως conjecit ὑγρεύσεως et pro φύσεως vel ὕσεως vel δεύσεως. Squirius post φύσεως addi vult τῆς ὑγρᾶς et Markl. etiam conjecit ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς φύσεως καὶ τῆς ὕσεως. Ὕσεως etiam Salmas. correxerat. Sed omnes hae correctiones nequaquam sunt necessariae. Disputat Plutarchus de ea sententia, qua Osirin sapientiores sacerdotum ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροποιὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν esse dicebant (v. c. XXXIII.). Comparavit eum inde cum Dionysio sive Baccho pergitque, Hellanicum auctorem esse ejusdem sententiae. Nam Hellanicus, inquit, Osirin etiam Hysirin se a sacerdotibus nominatum audivisse proposuit (ἔθηκεν enim, quod omnes libri habent neque cum

Squirii in ἐρήσας, sequens cum Markl. in ἔφησεν, sequens cum Valckenario ad Phoenissas 25 sq. et Reiskio, ut Wyttenb. et Hutten. in ἔοικεν erat mutandum, licet Wyttenbachius valde laudaverit hanc conjecturam. Vide de hujus verbi usu Xenoph. Oecon. XVIII, 12. et Pseudo-Demosth. Aristog. I, 783.). Solet enim deum ita nominare a natura ejus (quae est ὑγροποιός, uti supra est dictum) et inventione (scil. aquae, uti ipsum nomen Ὄσιρις indicat). Jure igitur locum hic suum tenent et φύσεως et εὑρέσεως, nec quidquam est mutandum, nisi ordo verborum; λεγόμενον enim videtur ante ὑπὸ τῶν ἱερέων collocandum esse. V. Metam. crit. p. 10. C. XXXVI. 365, d. in verbis: ἄλλος δέ λόγος ἐστὶν Αἰγυπτίων, ὡς Ἄποπις ἡλίου ὢν ἀδελφὸς ἐπολέμει τῷ Διΐ, τὸν δ' Ὄσιριν ὁ Ζεὺς Διόνυσον προσηγόρευσεν. videtur μὲν post ἡλίου esse addendum. Ex sententia Plutarchi enim hac narratione docere volebant, humore exstingui nimium siccitatis, Jovique i. e. spiritui siccam et igneam naturam quae non quidem ipse sol sit, sed quandam cum ed habeat cognationem, esse inimicam et adversam. C. XXXVII. 365. e. in verbis: Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίαν ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὄσιρις, ἀλλὰ (scr. ἀλλ') Ἁρσαφής, (ἐν τῷ ἄλφα γράμματι) λέγεσθαι, δηλούντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. libri omnes habent περιπέσειε σηΐδος, vel uti Xyl. σηΐδος. ἱστορεῖται δὲ καὶ κ. τ. λ. Uti supra est scriptus locus a Reisk. Wyttenb. et Hutten., emendavit eum Valcken. ad Eurip. Phoen. 351, postquam Xylander conjecit, totum id, quod ex epistola Alexarchi Aristo retulerit, intercidisse et Squirius corrigendum esse dixit: ἐν ᾗ ἱστορεῖται ὡς καὶ Ἴσ. et deinde λέγεται pro λέγεσθαι. At verba, uti nunc sunt edita, cum iis quae praecedunt, minime cohaerent. In illis enim traditur, hederam a Graecis Baccho consecratam ab Aegyptiis Chenosirin nominari i. e. plantam Osiridis. Est autem scriptor inde demonstraturus Osirin et Bacchum eundem esse. His ea, quae supra adscripsi per τοίνυν annectuntur, quae particula vel conclusioni vel transitui inservit.

At contrarium potius sequitur narraturque, Aristonem (igitur ?) in epistolam quandam incidisse, in qua Bacchus ab Aegyptiis non Osiris, sed Ἀρσάφης nominatus esse feratur. Mirum deinde est, quod Aristo ita per librum, qui ad Osiridis res describendas minime multum conferre poterat, accuratius significatur, cum tamen nil aliud fecerit, quam ut in epistolam quandam obscuri hominis (is enim est Alexarchus, qua de causa etiam suspicor a Plutarcho non τινὶ, sed τινὸς fuisse scriptum) inciderit. Fortasse igitur Plutarchus scripsit: Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηνᾶς αὐτὸν (i. e. κιττὸν) οἰκεῖον (i. e. proprium), ἐπιστολῇ τινὸς Ἀλεξάρχου περιπέσειεν (ceciderit i. e. erraverit ex mea sententia, cf. Herod. I, 8.), ὃς Νήϊδ (suppl. αὐτὸν οἰκεῖον εἶναι γέγραφε). Νήϊδ autem Aegyptiacum nomen Minervae erat. Per ἱστορεῖται δὲ καὶ autem tum nova disputationis pars incipitur, in qua pro Ἀρσαφὴς legas Ἀρσάρης. Squirius conjecit Ἄσιρις quod Silvestre de Sacy probavit. Si enim Ἀρσαφὴς quod libri habent, et quod Jablonskius defendit, legitur, verba ἐν τῷ ἄλφα γράμματι cum Wyttenb. et Reisk. sunt delenda. Illud Ἀρσάρης autem magis etiam τὸ ἀνδρεῖον significat et propius accedit ad Ὄσιρις. C. LXIX. 371. a. Squirius quem secutus est Wyttenbachius dedit: καὶ πρὸς τὴν βελτίονα ἀεὶ δυσμαχοῦσαν, consentitque Markland. nisi participium ante vel post ἀεὶ desit, et Reisk. revera ὑπαντῶσαν i. e. ἐναντιουμένην inserendum esse suspicatur et διαμαχοῦσαν legendum pro δυσμαχοῦσαν. Libri autem habent: ἀεὶ πρὸς τὴν βελτίονα καὶ δυσμαχοῦσαν, quod unum verum esse existimo. Dicere enim vult scriptor: vis deterior et in corpore et in anima universi valde inhaeret, etiamsi semper contra meliorem frustra impugnet. Δυσμαχεῖν ea vi etiam est dictum ap. Sophocl. Antig. 1106. C. LII. 372. b. verba: τῷ δὲ θερμῷ γενόμενον καὶ τῷ φωτὶ ἐνδεᾶ Hutten. e cod. Pet. cum Squir. et Wyttenb. sic edidit, cum vulgo ἐνδεᾶ etiam post γενόμενον legatur. Quod verbum cum aperte male habeat statim repetitum, ego potius ἐνδεᾶ post φωτὶ doleverim et post γενόμενον retinuerim.

C. LIII. 372. f. in verbis: εἰκὼν γὰρ ἐστὶν οὐσίας ἐν ὕλῃ ἡ γένεσις καὶ μίμημα τοῦ ὄντος τὸ γενόμενον Hutten. articulum ἡ quem libri ignorant, e Reisk. et Wyttenb. mente addidit. Equidem tamen potius cum Markland. et Squir. fecerim qui ἡ ἐν ὕλῃ γένεσις conjecerunt. C. LIV. 373. a. in verbis: ὃν (Ὧρον) ἡ Ἶσις εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ fortasse καὶ ante αἰσθητὸν est addendum, ut sententia sit: Isis Horum tamquam imaginem mundi sola mente videndi quae etiam sensilis et corporea sit, genuit. Ibid. 373. c. verba: ἡ μὲν γὰρ, ἅτε τῶν θεῶν ἐν γαστρὶ τῆς Ῥέας ὄντων, ἐξ Ἰαπετοῦ καὶ Ὀσίριδος γενομένη γένεσις Ἀπόλλωνος αἰνίττεται τὸ πρὶν ἐκφανῆ γενέσθαι τόνδε τὸν κόσμον, καὶ συντελεσθῆναι τῷ λόγῳ τὴν ὕλην, φύσει ἐλεγχομένην ἐφ' αὑτῆς ἀτελῆ, τὴν πρώτην γένεσιν ἐξενεγκεῖν offendunt. Quid enim hoc: ortus Apollinis significat primum ortum edidisse? Quaeritur aut quis ediderit primum ortum aut quid ediderit primus ortus. Xylander hoc intellexit vertitque naturam primum ortum edidisse. At tum φύσει pro φύσει est scribendum, quo etiam ducit ἐλεγχομένην, cujus loco cod. Pet. ἐλεγχομένη habet, voluit fortasse ἐλεγχομένῃ. Ceterum τῷ λόγῳ ab Huttenio editum est ex Markl. correctione Wyttenb. probata pro vulg. τοῦ λόγου, ante quod Squir. ἀπὸ, Semler. ὑπὸ et Reisk. idem vel ἐκ inseri voluit. At si λόγον per rationem sive mentem explicas, bene habet genitivus, mundum enim a natura conformari imitatione substantiae sola intelligentia perceptae supra dixit, neque aliud quid est ἡ ὕλη τοῦ λόγου, quam materia a mente percepta. Deinde, pro ἐφ' αὑτῆς libri habent ἐπ' αὐτὴν. Ἐφ' αὑτῆς conjecit Markland. probavitque Squir. et Wyttenb., Reisk. voluit ἐπ' αὐτῇ (seorsim in se) οὖσαν ἀτελῆ. Equidem pro ἐπ' αὐτὴν malim ἑαυτὴν, quae se ipsam imperfectam convinceret. C. LVII. 374. d. in verbis: ὁ γὰρ πόρος οὐχ ἕτερός ἐστιν τοῦ πρώτου ἐραστοῦ (Markl. mavult ἐρατοῦ quod idem significat amabilis) καὶ ἐφετοῦ καὶ τελείου καὶ αὐτάρκους scribe πρῶτον pro πρώτου i. e. quod ab initio est amabile. C. LVIII. 374. f. in verbis: τὴν διάνοιαν τοῦ

ἀνθρώπου, ὡς ὕλην ἐπιστήμης hiatum poteris excusare. C. LXII. 376. b. in verbis: ὁ δὲ Τυφὼν (ὥσπερ εἴρηται) Σὴθ, καὶ Βέβων καὶ Σμὺ (al. Σμῦ) ὀνομάζεται, offendit, quod Σὴθ sane (c. XLI. 367. d.) et Βέβων (c. XLIX. 371. b.) nominati sunt, nec tamen ad quod Σμὺ igitur εἴρηται non potest referri. Fortasse igitur hoc nomen aliunde hic est insertum. Ib. 376. b. in verbis: ὥσπερ γὰρ ὁ σίδηρος πολλάκις μὲν ἑλκομένῳ καὶ ἑπομένῳ πρὸς τὸν λίθον ὅμοιός ἐστι, πολλάκις δ' ἀποστρέφεται καὶ ἀποκρούεται πρὸς τοὐναντίον, οὕτως ἡ σωτήριος καὶ ἀγαθὴ καὶ λόγον ἔχουσα τοῦ κόσμου κίνησις ἐπιστρέφεταί τε καὶ προσάγεται καὶ μαλακωτέραν ποιεῖ, πείθουσα τὴν σκληρίαν ἐκείνην καὶ τυφώνιον, εἶτ' αὖθις ἀνασχεθεῖσα εἰς ἑαυτὴν ἀνέστρεψε καὶ κατέδυσεν εἰς τὴν ἀπορίαν. offendit τυφώνιον ita post τὴν σκληρίαν ἐκείνην collocatum. Xylander vertit: duram illam ac Typhoniam vim. At pronomine ἐκείνην jam id ipsum i. e. Typhoniam esse significatur. Markland. igitur scribi voluit σκληρὰν et τυφώνειον consentiente Squirio, Reisk. καὶ τυφώνειον ἀπήνειαν, pisi malis τυφωνίαν legere, idque τρόπον τυφώνειον interpretari. Huc accedit quod libri pro μαλακωτέραν, quod Hutten. e Reisk. et Wyttenb. mente edidit, μαλακώτερον deinde pro ἀνασχεθεῖσα, quod Hutten. e Markl. et Squir. mente dedit prabavitque Reisk. qui tamen etiam ἀναχυθεῖσα aut ἀνεθεῖσα aut ἀναχθεῦσα voluit, ἀναχεθεῖσα (Wyttenb. mavult συναχθεῖσα) et pro ἑαυτὴν, quod viri illi docti conjecerunt, ἑαυτὸν tuentur. Ἀπορίαν denique Reiskius mutari vult in ἀκοσμίαν aut ἀπειθίαν aut ἀκολασίαν aut ἀκρασίαν, Wyttenbachius autem in ἀπειρίαν probante Faehsio, deinde tamen ἀπορίαν defendit et per inopiam consilii explicat. Ego autem locum sic dederim: καὶ μαλακωτέραν ποιεῖ πείθουσα τὴν σκληρίαν ἐκείνην, καὶ [τὸ] τυφώνιον (turbidus motus, oppositus τῇ ἀγαθῇ κινήσει) εἰσαῦθις (alio tempore) ἀναχθεῖσαν (sublatam in altum, intellige duritiem illam) εἰς ἑαυτὸν ἀνέστρεψε (ad se vertit) καὶ κατέδυσεν εἰς τὴν ἀπορίαν (et immersit in discrimen). Comparatur enim

Typhon cum ferro et uti ferrum interdum a lapide attrahitur et eum sequitur, interdum autem etiam ab eo in diversam partem avertitur, ita motus (Typhon) interdum salutaris est et duritiem leniter mollit, interdum autem si est turbidus, eam in altum sublatam ad se trahit et in discrimen immergit. C. LXIII. 376. e. in verbis: ὅσα καὶ τῆς σελήνης φῶτά ἐστιν dele c. Photio in Cod. CCXLI. p. 1047. ἐστιν. C. LXVIII. 378. b. Γλυκὴ ἡ ἀληθεία et Φωνὴ ἀληθὲς sunt formulae solennes, in quibus hiatus non magis offendit, quam in numeris, qualis ibid. et saepius legitur ἐνάνῃ ἐπὶ δεκά. C. LXX. 379. a. haec leguntur: καθ' ἣν δὴ ὥραν τοὺς μὲν ἀπὸ δένδρων (R. mavult ἀπὸ τῶν δένδρων quod num prorsus necessarium sit dubito) ἑώρων ἀφανιζομένους παντάπασιν καὶ ἀπολείποντας, τοὺς δὲ (ita Hutt. e conj. Wytt. pro vulg. οὓς δὲ, quod retinebis coll. Matth. Gr. gr. §. 289. n. 7.) καὶ αὐτοὶ κατασπείραντες (Squir. mavult κατέσπειραν, sine idonea causa) ἔτι γλίσχρως καὶ ἀπόρως, διαμώμενοι ταῖς χερσὶ τὴν γῆν καὶ περιστέλλοντες (Squir. male καὶ σπέρματα) αὖθις, — ἐπ' ἀδήλῳ τῷ (Markl. et Squir. non recte τοῦ) πάλιν ἐκτελεῖσθαι καὶ συντέλειαν ἕξειν ἀποθέμενοι, πολλὰ θάπτουσιν ὅμοια καὶ πενθοῦσιν ἔπραττον. Hoc in loco δὴ e conj. Wyttenb. pro cett. δὲ est editum. Opinatur enim haec verba cum antecedentibus esse conjungenda. At verba potius ita sunt struenda: quo tempore autem fructus defecisse — videbant etc., eo tempore multa in mentem sepelientium faciebant. Retine igitur librorum δὲ, mutatum tamen in δ'. C. LXXV. 381. b. τὰ θνητὰ ἄγει scribes c. Eurip. in Troad. 888. unde verba sunt desumta; τὰ θνήτ' ἄγει. C. LXXVIII. 382. d. in verbis: ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἁγίου νόησις, ὥσπερ ἀστραπὴ διαλάμψασα, τῇ ψυχῇ ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε. dativus τῇ ψυχῇ ab Hutten. e Markl. et Squirii conjectura editus est pro vulgato τῆς ψυχῆς, idemque Hutten. e correctione Bent. παρέσχε pro προσέσχε dedit. Utramque mutationem tamen non probo. Sententia enim est: intelligentia sinceri, sancti et mente percipiendi ad id tantum adtendit, animum

semel tandem tangere, ita ut ab eo cernatur. Animus certe non tangit intelligentiam, sed intelligentia animum. *θιγεῖν* autem strui cum genitivo satis constat neque in eo haerebis, quod infinitivus activi *προσιδεῖν* locum tenet passivi. Cf. Matth. Gr. gr. §. 535.

Omissis igitur iis qui excusari aut apostropho ponendo facile tolli possint, deprehendebantur in hoc diligentius scripto libro septendecim graviores hiatus, ita tamen, ut sex ex libris mss. essent corrigendi, v. c. XX. duos. XXI. LIII. LXX. et LXXXVIII., octo aliis de causis essent emendandi, v. c. V. XIX. XXXIV. XXXVI. XXXVII. LII. LIV. LXII.; quo fit, ut tres tantum vocalium concursus causa sint suspecti, v. c. IX. LIV. LVII.

In libro Aristophanis et Menandri comparationem continente recte jam Wyttenbachius compendium perditi operis Plutarchei a posteriore homine factum sibi reperisse visus est. Quae sententia quo magis libelli conditione commendatur, eo minus miraberis, quod per hominem istum nonnulli graviores hiatus irrepserunt. Lege autem cos c. I. in *καθόλου εἰπεῖν—αὐτὰ ἀξιῶν—κλήρου ἀπονέμει*. c. III. *Μενάνδρου ἕνεκα—πίμπλαται ἀνδρῶν* et IV. *κωμῳδίαι ἀφθόνων*.

In libro de Herodoti malignitate c. I. 854. f. in verbis: *οἶμαι προσήκειν ἡμῖν, ἀμύνεσθαι ὑπὲρ τῶν προγόνων ἅμα καὶ τῆς ἀληθείας, κατ' αὐτὸ τοῦτο τῆς γραφῆς τὸ μέρος* vulgatum *ἀμυνομένοις* Stephanus a Leonico sumsit, nec dissentiunt excerpta ex B. E. Ald. habet *ἀμυνομένῃς*, Basil. et Xyland. *ἀμυνόμενος*. Wyttenb. adscripsit, nisi exciderit ante hoc verbum *ἐλέγχειν αὐτὸν* vel *ἀντιλέγειν πρὸς αὐτὸν*, se cum Mez. et Xyl. *ἀμύνεσθαι* probare. Equidem id quod plurimi et optimi tuentur libri *ἀμυνομένοις* probo neque in structura verborum haereo, comparans ea quae Matth. Gr. gr. 555. n. 2. attulit de participiis cum *ξύμφερον, ἱκανὸν, ἄμεινόν ἐστι* et *ἐλυσιτέλησε* conjunctis. C. III. 855. c. in verbis: *ὅπως ἐμπεριλάβῃ ἀτύχημά τινος ἢ πρᾶξιν ἄτοπον καὶ οὐ χρηστὸν* videtur *τινὸς* ante *ἀτύχημα* esse collocandum, quoniam etiam ad *πρᾶξιν* pertinet. Quod si fit, *ἀτύχημ'* erit eden-

dum. C. XI. 857. a. in verbis: *Ῥηγίλλου Καρχηδόνιοι ἐχειρώσαντο τῶν Ῥωμαίων ὕπατον* Wyttenb. verbum *Καρχηδόνιοι* ex B. et E. recepit, ubi tamen solum sine et pro *ἐχειρώσαντο* legitur. Tu igitur *Καρχηδόνιοι* post *ἐχειρώσαντο* collocabis et deinde c. Reisk. *τὸν Ῥωμαίων ὑπ.* pro *τῶν Ῥ. ὑπ.* edes. C. XIII. 857. d. in verbis: *Περὶ Ἡρακλέα δὲ καὶ Διόνυσον, οὓς μὲν Αἰγύπτιοι ἀποφαίνονται θεοὺς, Ἕλληνες δὲ* (scr. *δ'*) *ἀνθρώπους καταγεγηρακότας, οὐδαμοῦ ταύτην προὔθετο τὴν εὐλάβειαν·* recte e Turn. et Vulc. c. Anon. et Salm. praepositio *περὶ* est recepta, quae vulgo abest. Illi tamen etiam idque non male genitivos *Ἡρακλέους δὲ καὶ Διονύσου* habent, qui si laguntur, praepositio potest abesse. Pro *οὓς μὲν Αἰγύπτιοι* autem scribe *οὓς Αἰγύπτιοι μὲν*, oppositum enim est *Ἕλληνες δὲ*. Faehsius deinde pro *καταγεγηρακότας* non male *καλὰ πεπερακότας* aut *καλῶς γεγηρακότας* conjecit, cum Bas. *καταγηρακότας* habeat et Reiskius inde suspicetur: *Ἡρακλέα δὲ καὶ Διόνυσον, οὓς μὲν Αἰγύπτιοι σέβονται, ἀποφαινόμενοι θεοὺς, οὓς δὲ Ἕλληνες, ἀνθρώπους, καὶ ταῦτα λυγρὰ* (vel *λυπηρὰ*) *πολλὰ δεδρακότας*. C. XIV. 857. f. pro *Αἰγυπτίων ἔσχον λόγον Ἡρακλέους* fortasse *λόγον ἔσχον* scribendum, et c. XV. 858. b. pro *ἀντὶ τῆς Πιττακοῦ ἀριστείας τὴν Ἀλκαίου διηγήσατο* fortasse *ἀντὶ τῆς ἀριστείας Πιττακοῦ κ. τ. λ.* C. XVII. 858. d. in verbis: *ἐνταῦθα δὲ τῇ αἰσχύνῃ τοῦ Ὀθρυάδου ἥρπαν τῶν Λακεδαιμονίων ἐμαρτύρησεν* censeo *τὴν ἥρπαν* esse scribendum. C. XXIII. 860. e. pro *μέντοι οὐκ* scribe *μέντ' οὐκ*, sed c. XXVIII. 863. f. in verbis: *οἱ δ' αὐτοὶ ἦσαν οἱ ἐπικαλεσάμενοι τὸν Πέρσην ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα* fortasse *αὐτοὶ* delendum. C. XXXII. 866. b. in verbis: *ἀγῶνα μὲν γὰρ ἐπιτάφιον αὐτῷ ἠγωνίσαντο πρὸ τῆς ἐξόδου* Turn. Vulc. Bong. Leon. Schott. Amiot. rectius *αὐτῶν* habent, non enim Leonidae, sed Spartanis, quorum multos esse morituros viderunt, certamen funebre est institutum. Ib. 866. c. jam Reisk. et Wyttenb. viderunt in verbis *ἐπιστολὴν ἐδίδου ἑτέρῳ* articulum esse addendum, et *θατέρῳ* scribendum. Reiskius etiam *μὲν* post *ἐπιστολὴν* adjici vult. Item articulus est adden-

dus c. XXXIII. 667. A. in verbis: ὅτε μαλιστα δὴ ἀνδρῶν ὁ βάρβαρος ἐθυμώθη ζώντε Λεωνίδη et τῶν ἀνδρῶν scribendum C. XLIII. 874. a. in verbis: κεινά δε πολυάνδρια τιμώμενα ἑκάστοις primum pro vitioso κεινα κενὰ est scribendum et deinde pro ἑκάστοις, quod e Wyttenb. conject. Hutteni recepit, vulgatum τοῖς ἑκάστου, cujus loco Turn. et Vulc. τοῖς ἑκάστων habent et Reisk. τοῖς ἑκασταχοῦ vult, retinendum. Sententia enim est: posteris cujusque (mortui) culta.

His hiatibus qui in Herodoti verbis suum tenent locum omissis undecim graviores hiatus in hoc libro reperiuntur, ex quibus qui c. I. et XI. leguntur, auctoritate codicum sunt destituti et qui c. XXXII., in aliis antiquis libris non est. Quinque aliis de causis videbantur corrigendi c. III. XIII. XVII. XXXII. et XXXIII. In tribus solus vocalium concursus offendebat c. XIV. XV. et XXVIII.

In decem oratorum vitis plurimos deprehendes hiatus et quidem in Antiphontis vita I. leges: μηδέπω ἐν — πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι — αὐτῷ ὁ — ἀνηρῆσθαι αὐτὸν — Πυτίῃ οὐ — προστάξαι ἀναιρεθῆναι αὐτὸν — λόγοι ἑξήκοντά — θεραπαίνη ὑπάρχει — ἐλάττω ἢ — ἐρήμου ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος — τούτῳ ὑπογέγραπται τῷ δόγματι ἡ καταδίκη. In vita Andocidis II.: ἐκειδὴ οὐκ — ἱερὰ ἁμαρτόντας — κατελύθη ἡ — Λυσίου ἔτεσί που ἑκατόν — τριλῇ ἀγωνιζομένῃ. In vita Lysiae III. πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ — ἔτη ἑξήκοντα — Ὀλυμπιάδι ἐνενηκοστῇ — ἀμφιθύρου οὔσης — ᾗ ἐπιλάσσετο — Ἑρμᾶνι ἐπικούρους — αὐτόθι ὠδοήκοντα — ἀπολογία ἐστοχασμένη — λόγῳ ἐραστὴν — Φαίδρῳ ὡς δεινοτάτου εἰπεῖν. In vita Isocratis IV.: κεκωμῴδηται ὑπ' — συλλαμβανομένου ὑπὸ — παρῃτήθη, εἰπόντος — αὐτοῦ ἐγένοντο εἰς — Χαιρώνδου ἄρχοντος — μετενηνοχέναι ἐκ — πρεσβύτῃ ὄντι, ἐκ — βίου οἱ — λόγου ἐν — αὐτοῦ ὁμώνυμος — ποιητοῦ Ἀφαρέως — τράπεζαι ἅπασαι — Ἰσοκράτει ἐπὶ — Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἔμπροσθεν τοῦ πρυτανείου, ὑπὸ — λύγοι ἑξήκοντα — αἱ εἰκόνες αὐταὶ — Κυμαίου Ἐφόρου ἀπράκτου — αὐτῷ ἀγῶνες — πρόπαλαισαμένου αὐτὸν — Ἀφαρέα ἐνίκησε — Μυσιμάχου αὐτὸν — γραπτὴ εἰκών. In vita Isaei V.: τεκμήρασθαι ἐκ. In vita

Aeschinis VI.: Ἀριστοδήμῳ ἐν—ῥηθῇ Ἀμφικτύοσι—αὐτῷ Εὐβούλου—θέλοντι ἐξελθεῖν—μόνοι εἰσὶ—ᾗ ἄμεινον. In vita Lycurgi VII.: τύραννοι ἀπέκτειναν, αἰτίου αὐτῷ—γονομένου Ἀριστοδήμου—μηδενὶ ἐξεῖναι Ἀθηναίων—πρίασθαι ἐπὶ δουλείᾳ ἐκ—ἐλαττῶνται ὑπὸ—ὑστέρῳ ἐν—τινὶ Ὀλυνθίῳ—αὐτῷ ὑποκειμένου—μαθητοῦ, ὑπὲρ—αὐτοῦ ἐπιγεγραμμέναι—Χαιρώνδου ἄρχοντος—λέγει ὃ—Φιλίππου Αἰξωνέως—χαλκῇ εἰκὼν—οὗ ἔλαβε—πρυτανείῳ αὐτὸς—οἳ ἐβάσταζον—θανάτου ὄντος ἐπιτιμίου, ἁλῶναι ἐποίησε—αὐτοῦ ἑκάστῳ—ἐγγυτάτω ἀπὸ—αὕτη ἡ—ἀνάκειται ἐν—πεποίηται ὁ—ἐδυνήθη ἐλέγξαι. In vita Demosthenis VIII.: διάγοντι ἐν—ἐγεγόνει ἐξ—θορυβοίη ὁ—αὐτῷ ἐνδέοντος—αὐτῷ Εὔνομος—ἤδη ὢν—ἐκκλησίᾳ ὑπ'—παραδοῦναι αὐτὸν—ἐρομένου αὐτὸν—κωμῳδηθῆναι αὐτὸν—Ἀλεξάνδρου ἐγκώμιον—Δεξιθέου εἰς—ἐπεὶ ἐπιέζοντο ὑπὸ—Ἑλληνικὰ ἐτελεῖτο—Ἀλεξάνδρου ἐπὶ—Ἁρπάλου ἑπτακόσια—Ἁρπάλου ἐκ—ᾧ ἐφυλάσσετο—οἳ ἐποίησαν καταγνῶναι αὐτοῦ—ἀποστῆναι αὐτοὺς—νῆσαι αὐτὸν—Φυγαδοθήρου ἐπικαλουμένου—αὐτοῦ ἐλεγεῖον—ἔτη ἑβδομήκοντα—αὐτῷ ἐπὶ—γάμου ἐτελεύτησεν—αὐτοῦ εἰκὼν ἐν τῷ πρυτανείῳ εἰσιόντων—δεξιᾷ, ὁ—Γοργίου ἄρχοντος, αἰτησαμένου αὐτῷ—Πυθαράτου ἄρχοντος—ἔτει ὕστερον—γνήσιοι ἑξήκοντα—καπηλείῳ αἰσχυνόμενον—καπηλείῳ ἔσῃ—ἰδίᾳ αὐτὸν—βραχὺ ἔφη—στεφανωθῆναι αὐτὸν—στεφάνῳ Ἀριστόνικος. In vita Hyperidis IX.: Πειραιᾶ ἀποθέσθαι—ἐκδίδοσθαι ὑπὸ—Φυγαδοθήρου ἐπικληθέντος—ἐνάτῃ ἱσταμένου. — γλωττοτομηθῆναι εἰς—ῥιφῆναι ἄταφον—καῦσαι αὐτὸν—κομίσαι εἰς—κελεῦσαι αὐτοὺς—λόγοι ἑβδομήκοντα—γνήσιοί εἰσι—ἰχθυοπώλιδι ὁσημέραι—ἑταίρᾳ ἀσεβεῖν—δόντι Ἀλεξάνδρῳ—βουλὴ Ὑπερείδην—ἄνευ ὑποκρίσεως—Μειδίου Ἀναγυράσιος—Ξενίου ἄρχοντος. In vita Dinarchi X.: ἐπεὶ Ἅρπαλος—παραγίνεσθαι Ἀντιπάτρῳ—Δημητρίου ἐφρουρήθη ἐπ'—Προξένῳ, ἑταίρῳ αὐτῷ—Προξένου ἀναζητεῖν—λαγχάνει αὐτῷ—γνήσιοι ἑξήκοντα.

Ex hac hiatuum enumeratione, quorum numerum si eos addere voluissem, qui per α, ε, ο fiunt et minime in Plutarchi vitis iisque historicis scriptis, de quibus supra locuti sumus, Parallelis istis, de quibus etiam supra diximus et quae ne cum vitis parallelis permutes velim, ex-

ceptis, tam frequentes quam hic sunt, valde augere potuissem, hoc primum patebit, eos nequaquam ex sola librariorum incuria profectos esse posse. Ubi enim ex tota orationis conformatione in quaque sententia apparet, a scriptore hiatum non esse evitatum, ibi de lectione in singulis quibusdam locis poteris quidem dubitare, sed universum librum etiamsi Hercules esses, omnibus ejusmodi vitiis nequaquam purgabis. Concedendum igitur erit scriptorem hujus libri hiatum minime curasse. Hoc si est, quaeritur, quaenam hujus rei sint causae in libro, cujus auctor Plutarchus fuisse dicitur, qui in aliis scriptis curam hac in re positam prae se fert. Num juvenis hunc librum edidit, priusquam ad hiatum adtendere soleret? At in libro ipso nil juvenile, neque luxurians dictio, neque sophistica et e schola recens cogitandi ratio, qualem e. g. in orationibus de Alexandri virtute sive fortuna deprehendimus, reperitur. Huc accedit, quod a viris doctis aliis de causis hic liber post Demosthenis vitam in vitis scriptus et editus esse dicitur. V. Westermanni Comment. de auctore et auctorit. lib. qui inscrib. Vitae decem oratorum in Plut. vitt. X. orat. Quedlinb. 1833. ab eodem viro edito p. 12. et 13. qui ibi haecce scripsit: „Vitas decem oratorum aetate provectiore Plutarchum congessisse jam ex ipsarum forma colligas; non enim dispicitur quid eum adduxerit, ut opus magna diligentia inchoatum semiperfectum relinqueret. Contra Demosthenis vitam, quae legitur in parallelis (scil. vitis) c. 3. se ipsum ait scripsisse ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ τῶν παραλλήλων ὄντι πέμπτῳ. Licet autem quo tempore omnino vitas parallelas scripserit ad liquidum confessumque perduci nequeat (Vid. A. Lion de ordine quo Plutarchus vitas scripserit, Götting. 1829. 4. p. 19. sq.), tamen Demosthenis et Ciceronis vitas, quum numero XXVIII. adhuc exstent, aliae vetustatem non tulerint, non multo postquam Roma subsidiis necessariis instructissimus Chaeroneam revertisset (Plut. vit. Dem. c. 2.) scripserit necesse est.“ Fac autem, quod non concesserim, juvenis scripserit has X. oratt. vitas, tamen mirum est, quod alios multo apertius a

juvene scriptos libros, ad quos supra commemoratas criticas referes, ejusmodi vitiis non maculatos vides. Num verisimile esse dices, juvenem qui suum esse duxerit hiatus in sermone evitare, librum edidisse, qui iis scateret? At, inquies, et haec altera est ratio, qua hanc libri conditionem explicare possis, sunt „collectanea quae dicuntur vel adversaria, in quae prout occasio offerretur quaecunque conjiceret, quae ad decem oratores pertinerent, eorum vitas olim ex ordine accurateque descripturus.“ Quae est Westermanni sententia p. 4. his verbis prolata, neque minus H. Wolfii ad Plut. Dem. T. V. p. 310. et A. Beckeri in Andocid. p. 130. „Ubi enim,“ pergit Westermannus p. 5. „res ipsas scriptor raptim et prout occasio datur in chartam conjicit, in elegantia dictionis et concinnitate haud solet operam collocare, non ex omni genere orationis flosculos carpit, sed simplicissime quoque prout mentem subit verbo utitur, dummodo de qua cogitat notio ei subjecta sit; sibi scribit, non aliis. Si quid igitur in istis decem oratorum vitis aut negligenter aut ineleganter aut parum recte scriptum inveneris, ne putes hac de causa id a Plutarcho profectum esse non posse, quod in reliquis ejus scriptis haud exiguum accurate, eleganter atque recte dicendi studium deprehendatur. Interest enim aliquid tibi scribas an aliis.“ At verissime Frankius in censura Westermanniani libri (V. Seebod. Jahn. et Klotz. Annal. IV, XII, 2. p. 214.) isti sententiae haec opposuit: Wenn man in diesen vitis Collectaneen sehen will, so muss man seines (d. Recens.) Erachtens noch einen bedeutenden Schritt weiter thun, und annehmen, dass wir in diesem Werkchen, so wie es uns erhalten ist, eine Ueberarbeitung jener Collectaneen besitzen, dass irgend Jemand (zu Lamprias Ehre müsste man annehmen, dass er es nicht gewesen sei) den freilich theilweise arg misslungenen Versuch gemacht habe, die von Plutarch gesammelten Materialien zu einem Ganzen zu ordnen. Nam qui quod legit excerpit, ita solet instituere, ut eodem quo legit ordine excerpat (verba sunt Westerm. in l. c. p. 3. n. 9.).

Wären diese vitae Collectaneen, so würden wir die Bemerkungen aus einem Schriftsteller, aus dem, den der Sammler grade las, beisammen finden (diversis temporibus prout otium erat vel occasio singula congessit auctor, Westerm. ipse scrips. p. 7.); wir würden überhaupt bei weitem mehr und gehaltreichere Notizen aus andern Schriftstellern finden, als diese vitae bieten; wir würden diese Notizen ohne irgend einige Ordnung, ohne innern und ohne äussern Zusammenhang, wie gerade der Zufall bot, neben einander gestellt finden; so und nicht anders wird excerpirt. Dies ist aber nicht der Fall. Wir finden meistentheils (hauptsächlich nur die greulich verwirrte vita des Isocrates und Demosthenes ausgenommen) eine leidlich geordnete Darstellung; der Verf. beginnt mit Angabe der geschlechtlichen Verhältnisse des Redners, mitunter auch des Geburtsjahres, führt dann in erträglich zusammenhängender Darstellung das Bedeutendere aus dem Leben des Mannes bis zu seinem Tode auf und knüpft daran mitunter Bemerkungen über die Zahl, den Charakter, den Erfolg seiner Reden, über Familienverhältnisse u. s. f. Denn bei dem S. 2. (Verba sunt: Quaqua enim librum evolvas, incomposita omnia, discerptae sententiae, praepostera tempora, confusae personae, perturbatus ordo, rerum causae nusquam aliae ex aliis aptae et nexae, nihil suo loco dictum, quaedam suspecta ac plane falsa) entworfenen Bilde sind, wie Hr. Wstm. gewiss selbst eingesehn hat, die Farben viel, viel zu grell aufgetragen; und wenn es treu wäre, so wäre es wahrlich nicht zu begreifen, wie sich der sonst so verständige und gelehrte Plutarch bei seinen Collectaneen nicht nur so ungeschickt und so confus, sondern oft auch so über alle Maassen unwissend zeigen konnte. Materialien, wie sie ein Schriftsteller zu künftigem eigenen Gebrauch sammelt, können es unserer festen Ueberzeugung nach nicht sein; denn es fehlt ihnen grade das, woran man sie als solche erkennen könnte, das eigentlich Charakteristische der Collectaneen. Soll man sie aber dennoch als Materialien, aber als von einem andern schlecht

geordnete Materialien, ansehen, so gewinnen wir nichts, weil diese Ansicht nicht mehr und nicht weniger Wahrscheinlichkeit für sich hat, als jede andere, vielleicht mit einziger Ausnahme der Taylor'schen (qui credidit Photium libri auctorem esse, scriptorem nihil nisi Photiana compilasse et erroribus auxisse, v. ej. Lectt. Lys. c. 6. in quem errorem rapuit etiam Ricardum, v. Westerm. p. 3.)." His Frankii verbis assentiens hoc addo, qui crediderit, alium haec composuisse ex adversariis Plutarchi, in auctore hujus libri Plutarchum habebit non Plutarcheum, cui igitur etiam minime ea auctoritas esset tribuenda, quam Plutarcho tribuere solemus. Imo ne nomen quidem Plutarchi hic liber tum jure mereri poterit; qui enim ex pigmentis et lineis quibusdam Raphaelis picturam confecit, minime Raphaelis picturam se confecisse dicere poterit, nec qui ex sententiis quibusdam Schilleri tragoediam composuerit, Schillerianae tragoediae auctor erit. Rectissime igitur ii statuerunt, qui hunc librum non a Plutarcho esse profectum censebant, ad quos Jo. Rualdum in vit. Plut. c. 20. Jo. Jonsium de script. histor. philos. p. 233. (Taylorum et Ricardum supra commemoravimus) Reiskium, qui alium Plutarchum recentiorem et ignobiliorem auctorem esse putat, Kaltwasserum, qui suspicatur ipsum a Plutarcho confectum librum, cujus in catalogo Lampriae filii mentio fit, studio nescio cujus epitomatoris, sua rerum cognitione solertiaque minus se commendantis, periisse, Wyttenbachium, qui in Bibl. Crit. III, p. 87. haec scripserat: „Librum aliquem scripsit de Vitis X. oratorum Plutarchus, ut constat ex Indice Lampriae: quem librum posteriores Grammatici et librarii mutilarunt et interpolarunt, atque ita immutatum editionibus X. oratorum praeponere solebant. Talem editionem nactus Photius, horum censuram agere instituens, in praemisso Vitarum Volumine substitit; nisi forte etiam Excerpta ex Oratoribus, quae perierunt, subjunxit. Plutarchi germano libro deperdito, librarii Volumini operum ejus hunc transformatum adjecerunt. Sed hoc uberius declarabimus in nostra editione." In Prolegomenis ad h. ed.

haec habet: „libellus a posteriore quodam homine, partim e Plutarcheis scriptis compilatus: oratio certe minime est Plutarchea.“ In Annotatione autem haec: „hunc (librum) non esse Plutarchi, ita manifesto arguunt cum ratio tum oratio, ut dudum jam constet de hac re inter doctos homines.“ Hunc denique secuti sunt Schollius Liter. Gr. Vol. II. Kiessling. in Quaest. Att. p. 6. et Frankius in censura commemorata. Neque multum ab eorum sententia aberat F. A. Wolfius, qui teste Beckero in Anecdoc. p. 120. hoc tulit judicium: diese moralischen Schriften seien essays, von welchen gewiss viele dem Plutarch fälschlich beigelegt wurden. Aelter sei keine als Plutarch; aber auch keine viel jünger. Equidem Plutarchum librum quendam de vitis decem oratorum fortasse scripsisse non nego, sed hujus, quem adhuc habeamus, libri de vitis X. oratt. auctorem Plutarchum esse ex causis supra allatis minime credo, ex veri Plutarchi autem opere quaedam in eo hausta esse neque affirmare neque negare audeo, hoc omnino pro rei natura in dubio relinquens quis eum scripserit.

Accedere autem nunc liceat ad ea Plutarchi opera, quae paulo majore jure moralia nominari solent, in quibus qui de liberis educandis scriptus est liber primum tenet locum. In eo hos reperies hiatus non excusandos aut apostropho minus bene tollendos c. I. ἔχοι εἰπεῖν. C. II. βασιλέα ἑαυτῶν. C. IV. δένδρα οὐκ—λοπάδα. ὥρμησε. VII. πάνυ ἀστείως. VIII. νόσῳ εὐάλωτον— ποιῆσαι ἀπόκρισιν. IX. πολλὰ ἀσώτους—λόγου ὑπόθεσιν. ib. πάντη ἀνεπίμονον, ubi tamen Vulc. Bong. Turn. Voss. et 4. Aug. παντελῶς pro πάντη exhibent. X. εὐηνίου ἀνθρώπου. XIV. ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι—τύπου ἕνεκεν—τάξει ἐκπέμψας, ubi tamen Voss. 2. πέμψας—μισεῖσθαι ἄξιον. XVI. (al. XV.) τῇ δὴ ἀνοίᾳ, ubi Vulc. τῇ δὴ διανοίᾳ, Voss. 1. τῇ ἀνοίᾳ. Quae quidem vitia licet offendant, tamen non tam crebra sunt, ut ea de causa audeam Plutarcho hunc librum abjudicare, quem Wyttenbachius sat gravibus argumentis tum externis a silentio veterum tum internis ex materia et forma ductis non esse Plutarcheum recte demonstravit. Prodit, inquit, liber juvenem rhetorissantem.

In libro de audiendis poëtis sex tantum reperiuntur hiatus, ex quibus tres ex aliis libris possunt emendari. Ita qui sunt c. II, 17. e. in verbis: καὶ τὰ Ἐμπεδοκλέους ἔπη ἔστω πρόχειρα ταυτὶ οὕτως librorum auctoritate possunt corrigi. Illud ἔπη enim Stephanus primus recepit ex Jannot. et Pol. ceteris editoribus sequentibus. Deest autem in Ald. Bas. Xyl. A. E. G. Harl. Nov. Mosc. 1. 2. Exempl. Turn. (si sequeris Ind. ad Xylandr. maj. ed. hic habet: Ἐμπεδοκλέους ἐστὶ). Deleas igitur ἔπη, quod nemo desiderabit. Si autem scriptor ταυτὶ οὕτως pergit, tu rectius cum Sext. Empir. Adv. Mathem. VII, 123. οὕτως ad verba poëtae referes, ut versus sit: Οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστά. Verba poëtae reperisse mihi etiam videor in iis quae c. I. 15. d. leguntur: κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες, ubi Vulc. haec habet: κηρῷ τινι τὰ ὦτα καὶ ἀτέγκτῳ (Ald. et marg. Bas. ἀτέκτῳ) καταπάσσοντες. Videntur autem ita collocanda: — κηρῷ τινι τὼ̃τα καταπλάσσοντες ἀτέγκτῳ. C. X. (ap. Hutt. c. IX.) in verbis: εὖ δ' ἔχει καὶ φρονίμου ἀνδρὸς καὶ μάντεως διαφορὰν πανηγυρικοῦ (al. vol. κατηργυρομένου) μὴ καταλιπεῖν c. Vulc. scribe εὖ δὲ (scr. δ') ἔχει καὶ φρονίμου διαφορὰν ἀνδρὸς καὶ μάντεως παν. μ. καταλ. Quibus correctis haec restant c. II. 16. c. λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι (R. m. κεχριμένοι) παρὰ ποιητικῆς, ubi fortasse olim εἰσὶ λόγοι scriptum erat. C. VIII. 25. e. (ap. Hutt. VII.) in verbis: Οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων, ἐπάγωμεν τοῖς ποιήμασι τὸν νέον μὴ τοιαύτας ἔχοντα τὰς δόξας περὶ τῶν καλῶν ἐκείνων καὶ μεγάλων ὀνομάτων, ὡς ἄρα σοφοὶ (Vulc. καὶ σοφοὶ) καὶ δίκαιοι ἄνδρες ἦσαν, ἄκροι τε βασιλεῖς καὶ κανόνες ἀρετῆς ἁπάσης καὶ ὀρθότητος. ego in eo offendo, quod hic negari videtur, fuisse inter istos a poëtis summis laudibus celebratos viros non bonos et justos homines, velimque pro ἄνδρες legi πάντες. Id enim sane cavendum est ne quis credat omnes fuisse bonos et justos. In cod. D. Wyttenbachio non improbante est οἱ ἄνδρες. C. XIII. (ap. Hutt. c. XI.) 34. b. in verbis: ὑπακουστέον, ὅτι καὶ περὶ πόνου καὶ νόσου τὰ αὐτὰ εἰρηκεν, corrige τὰ αὐτὰ et scribe ταὐτ'. Haec enim quae

attulit de mortis metu, etiam de labore et morbo ab Euripide dicta esse censet.

In libro de auditione sive de recta ratione audiendi quatuor reperiuntur hiatus iique ejusmodi quos facile corrigas, neque minus si hoc nolis, plerumque excuses. Veluti c. II. 38. c. in verbis: *ἐπεὶ ὅτι γε πάσης ἀκροάσεως ἀπειργόμενος ὁ νέος*, vocalium concursum in particulis facilius etiam excusabis, quia post *ἐπεὶ* pausa est et a Wyttenb. interpunctum. Potest tamen etiam *ἐπεί γ' ὅτι* scribi, ita ut haec conjungantur, de quo partic. usu cf. Hartung. de part. gr. I, p. 407. C. VII. (ap. Hutt. V.) 40. f. in verbis: *τῷ τοίνυν καταφρονεῖν τὸ θαυμάζειν ἀντικείμενον, εὐγνωμονεστέρας μέν ἐστι δήπου καὶ ἡμερωτέρας φύσεως, δεῖται γε μὴν οὐδ' αὐτὸ μικρᾶς εὐλαβείας, τάχα δὲ καὶ μείζονος, ὅσῳ οἱ μὲν καταφρονητικοὶ καὶ θρασεῖς ἧττον ὠφελοῦνται ὑπὸ τῶν λεγόντων, οἱ δὲ θαυμαστικοὶ καὶ ἄκακοι μᾶλλον βλάπτονται·* Vulcob. si Wyttenb. sequeris habet *ὡς οἱ μὲν γὰρ*, si ind. gr. lat. *ὅσῳ οἱ μὲν γὰρ*. Cod D. praebet *οἱ μέν γὰρ*, Harl. *ὡς οἱ μέν*, Coll. Nov. *ὅσοι μέν*, Ven. *ὅσοι*. Cum Wyttenbachius defendat vulgatam, ego minime negans bene ità dici posse, causam tamen inquirens, unde codices ita varient, suspicor olim scriptum fuisse, uti in ind. est, modo aliter interpungatur: *μείζονος ὅσῳ. οἱ μὲν γὰρ*. Quatenus *ὅσῳ* sic ad comparativos addatur, disces ex Matth. Gr. gr. 445. c. Pro *ὠφελοῦνται* deinde poterit conjici *ὠφελοῦντ'* i. e. *ὠφελοῦντο* ea vi, ut sit: contemptores in iis quae antecedunt, minus utilitatis audiendo sibi comparare dicebamus, uti nos quoque dicimus: die vorlauten Tadler hatten (nach unsrer Darstellung) weniger Vortheil von den Vorlesungen, die arglosen Bewundrer aber haben sogar Nachtheil. Ib. 41. b. verba: *ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενά ἐστι* proverbialiter esse dicta docuit Wyttenb. ad h. l. Poterit igitur hiatus excusari In iis tamen locis quos Wyttenbach. attulit, *ἐστιν* non legitur, idque in proverbio sane aptius abesse videtur.

In libro de adulatoris et amici discrimine sex tantum numerabis hiatus, ex quibus quatuor librorum ope

possant tolli. Ita c. IV. (ap. Hutt. V.) 51. a. in verbis: οὕτως ἡ κολακεία τῇ φιλίᾳ εἰς πᾶν πάθος καὶ πᾶν κίνημα καὶ χρείαν καὶ συνήθειαν ἑαυτὴν ἀναμιγνύουσα δυσχώριστός ἐστιν. verum habent Ald. et Bas. τῆς φιλίας pro τῇ φιλίᾳ. Genitivus enim a δυσχώριστος regitur. Uti enim χωριζόμενος et sim. (v. Matth. Gr. gr. 354, β.), ita etiam δυσχώριστος, cujus loco Xyl. e marg. cod. cujusd. male δυσφώρατος reponi vult, cum genitivo potest strui. Eaed. edd. etiam pro ἀναμιγνύουσα non male καταμιγνύουσα exhibent. C. V. 51. c. pro ὑγρὸς ὢν καὶ πιθανὸς μεταβάλλεσθαι ἐπὶ τὰς ἐξομοιώσεις Vulcob. rectius ὑγρ. ὢν καὶ μεταβάλλεσθαι πιθανὸς ἐπὶ τὰς ἐξομ. habet. C. XII. (ap. Hutt. XVII.) 56. a. in verbis: τὸν δ' ἐπαινοῦντα καὶ κατευλογοῦντα τὰ πεπραγμένα ἀσπάζονται καὶ νομίζουσιν εὔνουν καὶ φίλον in πεπραγμένα apostropho utere. Quod enim Wyttenb. post h. verbum interpunxit, non recte fecit. C. XVI. (ap. Hutt. XXIII.) 58. c. in verbis: εἶτα τῶν μὲν Στωϊκῶν οὐδ' (Wyttenb. pejus οὐδὲ) ἀκούειν ἔνιοι ὑπομένουσι, olim fortasse ὑπομένουσιν ἔνιοι scriptum erat. C. XX. (ap. Hutt. c. XXIX.) 62. b. pro οὐ λήσεται ἡμᾶς ὁ κόλαξ scribe c. Vulc. ὁ κόλαξ ἡμᾶς οὐ λήσεται. C. XXVI. (ap. Hutt. XXXIX.) 67. d. in verbis: ταῦτα οὕτως ἐνίκησε τὸν Διονύσιον, ὥστε τὰς μὲν χεῖρας τῷ Πλάτωνι εὐθὺς περιβαλεῖν καὶ κατασπάζεσθαι primum pro ταῦτα scribe ταῦθ', deinde pro τῷ Πλάτωνι τὸν Πλάτων'. Περιβάλλειν enim cum duplici strui accusativo satis constat, quamquam si significat amplecti uti hic dativus personae frequentior est. Praelatum tamen hic a Plutarcho accusativum esse inde suspicor, quia simul a κατασπάζεσθαι regitur. C. XXXVI. (ap. Hutt. L.) 73. d. legis: δίδωσι γὰρ ὁ καιρὸς εἰπεῖν· Ἀρ' ἄξια ἐκεῖνα τούτοις παραβάλλειν, quo in loco Wyttenbachius vestigia poëtae prodi censet: Ἀρ' ἄξι' ἐστ' ἐκεῖνα τούτοις συμβαλεῖν; At in verbis istis simpliciter scriptis poëticum colorem non inveni, facioque igitur potius c. Ald. et Bas. in quibus ἄξιον pro ἄξια est. C. XXXVII. (ap. Hutt. LII.) 74. d. in verbis: Ἐπεὶ τοίνυν (ὥσπερ εἴρηται) πολλάκις (hoc verb. a Vulc. abest) ἡ παρρησία τῷ θεραπευομένῳ λυπερὰ ὑπάρχει, δεῖ μεμεῖσθαι

τοὺς ἰατροὺς Stephanus τῷ θεραπευομένῳ recepit ex Collat. Mur. Schott. Jannot. Anon. nec dissentiunt plures libri Wyttenb., quos tamen non nominavit. Sed Ald. Bas. Xyl. A. E. Mosc. 1. 2. Harl. Coll. N. habent τῷ θεραπεύοντι, improbante Wyttenbachio. Cum autem ipse Plutarchus eadem jam in iis quae antecedant dicta esse addat et in cap. XXXV. aperte haec legantur: τὸν δὲ φίλον προσήκει τὸ ἐκ τοῦ νουθετεῖν ἐπαχθὲς ὑπὲρ μεγάλων ἀναδέχεσθαι καὶ σφόδρα διαφερόντων. Ἂν δ' ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸς πάντα δυσκολαίνῃ, καὶ μὴ φιλικῶς, ἀλλὰ παιδαγωγικῶς προσφέρηται τοῖς συνήθεσιν, ἀμβλὺς ἐν τοῖς μεγίστοις νουθετῶν ἔσται καὶ ἄπρακτος· ὥσπερ ἰατρὸς κ. τ. λ. ego τῷ θεραπεύοντι quod plurimi et optimi tuentur libri unum verum esse arbitror, pro ὑπάρχει tamen conjicio legendum esse παρέχει, ita ut λυπηρὰ accusativus pluralis sit. Dicetur tum fere idem quod in latinorum proverbio: Veritas odium parit.

In libro de profectibus in virtute graviores hiatus et tales qui non excusari sive apostropho corrigi possent, duo vel tres sunt notandi duoque etiam librorum ope possunt corrigi. Ita c. I. 75. d. in verbis: καίτοι ἤδη ταὐτά γε λέγοντας οἴσθα δήπου πάλιν πολλὰ παρέχοντας αὐτοῖς πράγματα ap. Vulc. male quidem etiam e cod. λέγονται enotatur, sed optime articulum τοὺς ante ἤδη vides ibi additum. C. II. 76. a. haec leguntur: αἴνιγμα γέγονεν ἡ λεγομένη προκοπὴ, μικρὸν ἀπολείπουσα ἰσχάτης ἀφροσύνης· τοὺς δὲ πάντων ἅμα παθῶν καὶ νοσημάτων ἀφειμένους ἀπ' αὐτῆς, ἔτι τοῖς μηδενὸς ἀπηλλαγμένοις τῶν κακίστων, ὁμοίως παρέχουσα κακαδαιμονοῦντας. Locum Wyttenbachius ita vult emendari, ut pro τοὺς δὲ πάντων legatur τοὺς μὴ πάντων (Reiskius jam probante Huttenio τοὺς δὲ οὐ πάντων conjecerat) et deinde pro ἀπ' αὐτῆς aut cum Mez. ὑπ' αὐτῆς aut ἀπολύτους aut αὐτοῖς. At ἀπ' αὐτῆς est per eam, nostrum: vermittelst ihrer conferrique potest de hoc usu Matth. Gr. gr. 572. In ceteris neque cum Wyttenbachio μὴ, neque cum Reiskio οὐ inserucrim, sed solum μὲν post ἀπολείπουσα addiderim, interpunctionemque pleniorem post ἀφροσύνης sustulerim

et ante neque post ἀπ' αὐτῆς interpunxerim, ut sententia loci sit: in Stoicorum disciplina aenigma i. e. res explicatu difficilis facta est progressio, quae parvam quidem ultimae (cetera vitia evanuerunt) imprudentiae relinquit partem (reliqua enim per illam bene remota est), tamen eos qui ab omnibus simul animi perturbationibus et morbis expediti sunt, (per ipsam ultimae imprudentiae partem) non minus miseram vitam degentes facit, quam qui nullo summorum malorum sunt liberati. Stoicos enim in eo inprimis errare dicit, quod statuant uno excepto perfecto, in quo ne minima quidem pars imprudentiae reliqua sit, una omnes vitio esse subjectos, quod igitur tantummodo optimum, non autem meliorem hominem a malo improboque discernant. Verba *μικρὸν ἀπολείπουσα ἰσχάτης ἀφροσύνης* autem Xylander male ita est interpretatus: cum ab extrema dementia exiguo distet intervallo, Wyttenbachius in vertendo omisit. Pro *κακοδαιμονοῦντας* Vulc. habet *κακοδαιμονῶν ὠτα*. C. V. 77. d. in verbis: *Τούτῳ δὴ ὁμοῦ τι ταὐτὸν ἐστιν*, Vulc. et Bong. rectius pro *δὴ* praebent *δὲ*, quod tu in *δ'* muta. C. X. 81. a. in verbis: *πρὸς φίλημα καλοῦ, ἢ καλῆς, διαμαχησάμενον* hiatus videtur ferendus esse. Videtur enim hoc ex historia aliqua de Agesilao narrata et communi sermone satis trita desumtum esse. C. XI. 82. d. ad verba: *χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Διογένους πρός τινα νεανίσκον ὀφθέντα ἐν καπηλείῳ, καταφυγόντα δ' εἰς τὸ καπηλεῖον·* Wyttenbachius haec adscripsit: „Si scriptum esset *καταφυγόντα δ' εἴσω τοῦ καπηλείου* vel *ὀφθέντα πρὸς καπηλείῳ* nil erat quod quem offenderet. Nunc si vulgatam tueri velimus, prius illud *ἐν καπ.* accipiendum erit pro *πρὸς καπ.*, nec tamen ego facile illum usum huic loco accomodem, nec prius *καπηλεῖον* (imo potius posterius) mutem in *κατάγειον* cum Reiskio (qui praeterea etiam *εἰς τὸ μαγειρεῖον* vel *ὀπταναῖον* aut *εἰς τὴν κατάλιπα* conjecit)." Wyttenb. igitur conjecit *εἴσω τοῦ καπηλείου*. At ego locum sic scripserim: *ὀφθέντα μὲν ἐν καπ., καταφυγόντα δ' εἴσω καπηλείου*. Articulus enim recte etiam in altero loco, uti in priore, aberit.

Mlv autem desidero; quia haec tam aperte sibi sunt opposita. Hiatus tamen potest etiam elisione removeri. C. XII. 82. f. Zenonis est sententia quae affertur, qua de causa hiatus in verbis: *εἰ μήτε ἡδόμενον αἰσχρῷ τινι ἑαυτὸν* non offendit, ubi Turn. *τινος* pro *τινι* praebet. C. XV. 84. e. in verbis: *ὅταν οὖν οὕτως ἀρχώμεθα τῶν ἀγαθῶν ἐρᾷν, ὥστε μὴ μόνον, κατὰ Πλάτωνα, μακάριον μὲν αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν σώφρονα, μακάριον δὲ τὸν ξυνήκοον τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων, ἀλλὰ καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα καὶ βλέμμα καὶ μειδίαμα θαυμάζοντες αὐτοῦ καὶ ἀγαπῶντες, οἷον συναρμόττειν καὶ συγκολλᾶν πρόθυμοι ὦμεν ἑαυτοὺς, τότε χρὴ νομίζειν ἀληθῶς προκόπτειν.* Turn. Vulc. Bong. habent *οἷοι* pro *οἷον*, quod optime habet deleto *πρόθυμοι*; id enim interpretamentum illius verbi esse videtur. Nam *οἷον εἶναι* cum infin. idem fere significat quod *πρόθυμον εἶναι* v. Xenoph. Agesil. 8. et Plat. Polit. I, 334. d.

In libro de capienda ex inimicis utilitate c. I. 86. c. dictum alicujus affertur: *μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν*, repetiturque de amicorum multitudine 96. a. Ita etiam c. II. 87. a. dictum Zenonis est: *εἰς τὸν τρίβωνα συνελαύνουσα ἡμᾶς*, coll. de anim. tranqu. 467. d. de exilio 603. d. V. Wyttenb. ad h. l. C. VIII. 90. e. in verbis: *ὁ μὲν γὰρ Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην, θυμοειδῆ οὖσαν καὶ χαλεπὴν*, fortasse *οὖσαν θυμοειδῆ* fuit scriptum. C. IX. 91. c. in verbis: *πρὸς δὲ τούτοις, καὶ πανουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ ἐπιβουλὴ, δοκοῦσα, μὴ φαῦλον εἶναι, μηδ' ἄδικον πρὸς ἐχθρὸν, ἂν ἐγγένηται, παραμένει δυσαπάλλακτος. εἶτα χρῶνται πρὸς τοὺς φίλους αὐτοὶ ὑπὸ συνηθείας, ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς τοὺς ἐχθρούς.* Wyttenbachius opinatus est deesse aliquid ad sententiae absolutionem crediditque *ὡς* addendum esse ante *πρὸς τοὺς φίλους* ea vi ut sit: utuntur fraude et insidiis erga amicos, nisi sibi caveant, tamquam adversus inimicos. *Ἂν μὴ φυλάξωνται* autem „nisi sibi caveant“ bifariam accipi posse, nisi sibi illi insidiis assueti caveant a faciendis insidiis, vel: nisi illi amici sibi caveant, ne ipsis insidiae struantur ab istis in-

sidiarem studiosis amicis; hoc se malle dicit. At Wyttenbachius locum male intellexit, quem multo rectius jam Erasmus interpretatus est: Deinde fit, ut propter assuetudinem iisdem utamur in amicos, nisi caverimus in inimicos uti. et Xylander, qui vertit: quae (facinora prava) nisi usurpare adversus inimicos caveamus, victi consuetudine postmodo etiam ad amicos transferimus. Patet autem inde pro *αὐτοὶ* melius legi *αὐτοῖς*, uti etiam Erasmus vertit. *Αὐτοὶ* certe facile et libenter caremus, cum in praecedentibus nomen non adsit, ad quod referatur, et cum ad *χρῶνται* subjectum singulare non desideretur. C. XI. 92. f. denique in verbis: *ἀλλ' ἐπιτυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, καὶ παρέχουσι μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ἀσχημονοῦντες αἴσθησιν. δεῖ δὲ μήτε τὸ χαῖρον ἐφ' οἷς ἁμαρτάνοῦσιν, ἀργὸν εἶναι, μήτε τὸ λυπούμενον ἐφ' οἷς κατορθοῦσιν*, primum Wyttenb. pro *ἐπιτυφλοῦται*, pro quo Reiskius jam *ἀποτυφλοῦται* aut simplex *τυφλοῦται* maluit, recte correxit *ἐπεὶ τυφλοῦται*. V. Platon. qui auctor est hujus sententiae de Legg. V, 606. c, et Plutarch. 48. f., in quibus simplex *τυφλοῦται* legitur. Deinde ego in dictione offendo: *παρέχουσι μᾶλλον αἴσθησιν*, nisi additur, cujus rei sensum magis praebeant. Inde malim pro *ἀσχημονοῦντες* legi *τοῦ ἀσχημονοῦντος* i. e. ejus quod turpe se praebeat. *Καὶ* tum ad *μᾶλλον* pertinet, ita ut tota ista sententia: inimici efficiunt ut magis etiam sentiamus quid turpe sit, apodosis sit. Quae si probas, in iis quae sequuntur post *δεῖ* retine *δὲ*, quod Wyttenb. e codd. A. B. E. delevit. Sed *τὸ χαῖρον*, quod etiam Mosc. 2. Coll. Mur. Schott. Jannot. Anon. Mez. T. V. B. cum Huttenio tuentur, cum Wyttenb. proba, qui tamen vulgatum *τὸ χαίρειν* retinuit. Sequitur autem *τὸ λυπούμενον*.

Hoc igitur in libro tres graviores hiatus erant emendandi.

In libro de amicorum multitudine nullus est hiatus qui offendere possit. Nam de dicto alius c. VI.

96. a. *μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν* supra sumi locutus et VIII. 96. e. pro *φεύγοντα* ante *ἀπ'* scribendum erit *φεύγοντ'*.

In libro de fortuna duo sunt paulo graviores hiatus qui corrigendi esse videantur. Nam quod c. I. 97. d. legitur: *ὁ μὲν Φιλίππου Ἀλέξανδρος* ita collocatum unum quasi est verbum. Sed c. III. 98. b. in verbis: *καίτοι φέρε λέγειν τινὰ ἡμῶν*, interpretes Amyotus et Cruserius *τινὰ ἡμῶν* in vertendo omiserunt. Cod. D. dat *ἤ*, Mosc. 3. *ὑμῶν*, Coll. Nov. *ἡμῖν*, quorum hoc postremum Wyttenb. reliquis et vulgato praefert. *Τινὰ ἡμῶν* quid sibi velit, sane ego quoque non intelligo proboque *ἡμῖν*, pro *τινὰ* tamen suspicor scriptum fuisse *τινὰς*. C. IV. 99. c. *ἄλλο ἄλλῃ* poteris excusare, non ita c. V. 99. c. ubi in verbis: *ἀλλ' ἐν ἐπιτάσει χορδῶν καὶ ἀνέσει εὐβουλία τις ἐστὶν* cum Plat. in Polit. I, 349. e. *ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει χορδῶν* erit scribendum. Turn. et B. *ἐπιτάσεσι* exhibent. Reisk. autem et Matth. post *ἐν* voluerunt *μὲν* addi idque probo.

Libellum de virtute et vitio Wyttenbachius jure epitomen perditi libri esse duxit suspicatusque est eum ex libro: *Ἀμμώνιος ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνεῖναι*, quem in Lampriae catal. n. LXXXIII. commemoratum legimus, esse excerptum. Non igitur offendes c. I. in *σῶμα οὐκ.* c. II. *σῶμα ἰχῶρα* aut in *συσχηματιζομένη ἡ* et c. III. in *ψυχῇ οὐκ.*

Liber cui nomen est: consolatio ad Apollonium scatet foedissimis hiatibus, veluti c. II. *Ἐπειδὴ οὖν.* C. IV. *τἀγαθὰ, ἢ φυλάττουσα, ἢ αὔξουσα ἢ.* C. V. *καὶ ἐν θαλάττῃ εὐδίαι.* C. VI. *εἰδέναι ὄντα—τι αὐτῷ—ὅτι ἄρρεν.* C. IX. *τοιαύτῃ ἀγωγῇ—αὐτῷ ἐποίησε—εἶναι, ὅτι ὁ—τινὰ ἐμποιεῖ πίστιν αὐτῷ, ὅτι καὶ ἧττον, ἢ ἡλίκον.* C. X. *δοκεῖ εἶναι—μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι—αὐτῷ ὁ—πρώτη οὖν αἰτία ἡ δείξασα ἡμῖν—ἢ ὁ—ὃ ἐδανείσαντο.* C. XI. *βίου ἄδηλον* (post *βίου* ab aliis interpungitur). C. XII. *βαθυτάτῳ ὕπνῳ, ἢ—δὴ ὕπνος—ὁμοιότητα αὐτῶν—ἀποφήνασθαι οὐδ' ὁ εἰπὼν—θανάτου ὁ ὕπνος.* c. XIII. *τινὰ εἰς.* c. XIV. (*ἐπαγγείλασθαι εἰς—Πινδάρῳ ἐπισκήψαντι—ἐκείνου ἐστίν—πολὺ ἔσεσθαι αὐτῷ—τινὶ ἀδήλῳ—αὐτῷ, ἐπ'—ἀφικέσθαι ἐπὶ—τούτῳ ἥκω—ἔρεσθαι οὖν—δὴ ὁρᾷξαι οἱ*, quae sunt

secundum Pindarum relata). C. XV. *σου ὁ*. C. XVI. *ἀδήλου οὖν—ποιητῇ Ἀμφιάρεως*. C. XIX. *αὐτὸ ἐς—ἡ ἀλήθεια ἔχει—αὐτὸ εἶναι—αὐτὸ ἀτιμάσης—τιμᾶται ὑπὸ σου ἐπιμελῶς*. C. XXII. *φιλοπονθέστεραί εἰσι*. C. XXIII. *ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔρχονται—εἴη ὁ—δὴ* (al. *δὲ*) *ὁ—πεντεκαιδεκαέτη ἀπογενόμενον*. C. XXIV. *προειρημένα ἐν—διαλέχθη υἱὸν*. C. XXVI. *—δὴ ἀτελεύτητον—γίνονται ὑπὸ*. C. XXVII. *—Μίδᾳ ἀποφήνασθαι—τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ*. C. XXVIII. *χρὴ οὖν—δεῖ οὖν—ἃ ἔχρησαν—Ὁ οὖν ἡ αὐτὸς—θνητὰ ἐγέννησεν—ἀνθρώπου ἀγνοεῖν*. C. XXX. *αὐτῷ ὀδύνην*, vulg. *ὀφθαλμοῖς* pro *αὐτῷ*. V. Orell. in Spicel. ad Uster. ed. p. 121. C. XXXI. *εἰ ὁ—καὶ ὅτι οἱ—γενέσθαι ἀποθανεῖν*. C. XXXIII. *βασιλέα Ἀντίγονον*. C. XXXIV. *σε ἔδει ὑπ'—μακαρισθέντι οὐκ—μακαρίτου υἱὸς σου, ὅτι*. XXXVII. *σου Ἀπολλώνιον* (al. int. h. v. interpungunt)—*σου υἱῷ—τοιαύτῃ ὑμῶν*.

Addi poterant his multa alia etiam vitia, quae quidem per se excusari possunt, sed si eorum multitudo tanta est, quantam eam in hoc libro deprehendimus, non minus ostendunt, scriptorem in hiatu evitando studium non posuisse. Id ipsum autem in Plutarcho valde offendet, quem alioquin satis diligenter in hac re versatum esse ex iis quae supra de aliis ejus scriptis disputavimus apparebit. Huc accedit quod hic liber a nullo veterum diserte commemoratur et quod etiam distributio materiae aut vaga aut nulla est. Wyttenbachius quidem hunc librum juvenis Plutarchi esse censet propter lectionis copiam in orationis forma ad tragicam gravitatem conformatae prodentis redundantiam juvenilem. At inde non silentium veterum de hoc libro explicatur, neque video causam cur librum de educandis liberis Plutarcho abjudicemus, si hunc pro Plutarcheo habemus. Quod enim in illum, idem cadit in hunc. Neque ego crediderim juvenem Plutarchum non ad hiatum adtendisse, quippe qui in scholis non solum philosophorum, sed etiam rhetorum id ipsum didicisse videatur in scribendo vocalium concursum evitare. Multo probabilius est ab alio quodam ad exemplum, consolationis ad uxorem quam Plutarchus scri-

pserat, hanc consolationem ad Apollonium esse compositam, qua scriptor simul doctrinam suam ostentaturus erat.

In praeceptis de tuenda sanitate datis c. VII. 125. c. in verbis: ὅσας τὸ σῶμα νυττόμενον ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἡδονὰς ἴσχει (R. ἴχει) καὶ ταραττόμενον, ἐκστατικαὶ καὶ ταρακτικαὶ αὗται καὶ ἀλλότριαι τῆς φύσεώς εἰσιν. offendo in αὗται, et alieno loco posito et superfluo, idque pronomen delendum esse censeo. Ib. 125. e. λοπάδα αὔξων ex versu Cratis est repetitum et uti in versu ipso λοπάδ' αὔξων est scribendum. Ib. 126. a. verba Arcesilai sunt, in quibus si ὄπισθέν τινα, ἢ ἔμπροσθεν legitur, hiatus quidem non offendit, sed ex Plutarch. Symp. VII, 5. 705. ubi idem Arcesilai dictum commemoratur, τινα videtur delendum esse. C. IX. 127. a. ad verba: ὥσπερ ἀμέλει καὶ Τιμόθεον εἰπεῖν τῇ προτεραίᾳ δεδειπνηκότα ἐν ἀκαδημίᾳ παρὰ Πλάτωνι μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον Wyttenb. adscripsit: „forte ἀμέλει natum ex λέγεται, cujusmodi quid sententia omnino desiderat.“ Hutten. φασὶ fortasse excidisse opinatur. Tu scribe ὡς ἀμελεῖν, ut omittam; qua vi ap. Plat. Phaed. 98. d. ἀμελήσας — λέγειν dicitur. Sequitur tum recte: λέγεται δὲ καὶ. Ante ἐν ἀκαδημίᾳ autem fortasse τὸ addendum. Cf. Ael. Var. hist. II, 18. εἰς τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ συμπόσιον. C. X. 127. c. in verbis: ἐν δὲ πλήθει καὶ περιττώματι, οἷον ἰλὺς ἀναταραττομένη, μιαρὰ ποιεῖ πάντα καὶ δυσχερῆ καὶ δυσαπάλλακτα. offendit πλῆθος, quod interpretantur per abundantiam, multitudinem humorum. At ubi in toto loco de humore sermo est, ut ejus notio facile suppleri possit? Praecessit quidem supra jam: οἷον οὐσίαν (vulg. οὐσίαις, rectius: causis quasi revera res essent) καὶ σῶμα παρέχει τὸ πλῆθος ὑποκείμενον; at ibi quoque non est additum cujus copia s. abundantia sit intelligenda et Bong. ea de causa post πλῆθος addi vult περιττώματος sive περιττωμάτων. At equidem potius pro ὑποκείμενον scripserim ὑποκειμένων, unde simul ἄνευ δὲ τούτων, quorum loco Reisk. ἄνευ δὲ τούτου maluit, in iis quae sequuntur, defenditur. Hoc tamen in loco scribe ἐν δὲ πλήθει περιττώματος κ. τ. λ. C. XI, 128. b. in verbis:

αἰδοῦνται ἐπ' ἀκτῆς διατρίβειν, fortasse ἐπ' ἀκτῆς αἰδοῦνται διατρ. olim erat scriptum. C. XVIII. 133. d. in verbis: αὐτοὶ δὲ (Reisk. sine idon. causa mavult αὖθις δέ, tu intellige: nos ipsi autem et supple ex iis quae praecedunt ἐῶμεν, permittimus) πειθόμενοι τοῖς ἰατροῖς παραινοῦσιν (Reisk. vult παραινοῦμεν, est dat plur.) καὶ τοῦ δείπνου καὶ τοῦ ὕπνου λαμβάνειν μεθόριον, καὶ μὴ συμφορήσαντας εἰς τὸ σῶμα τὰ σιτία, καὶ τὸ πνεῦμα καταθλίψαντας, μὴ (Xyl. μὲ, abundare adnotat) εὐθὺς ἀμῇ καὶ ζεούσῃ τῇ τροφῇ βαρύνειν τὴν πέψιν, ἀλλ' ἀναπνοὴν καὶ χάλασμα ἔχειν. offendit ἔχειν. Praecipitur enim concoctionem ne quis oneret, sed ut ei respirationem et laxamentum concedat, et ita vertit Cruserius. Reisk. igitur voluit ἐᾷν ἔχειν, ego tamen malim παρέχειν. C. XXIV. 136. e. in verbis: ἤκουσα Τιβέριόν ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, omnes fere libri praeter A. et Voss. post ἤκουσα addunt τοίνυν, quod Wyttenb., quem secutus est Hutten., delevit censens, ipsam loci sententiam nullum cum antecedentibus prae se ferentem nexum, hanc particulam respuere, nisi si statuamus quaedam excidisse monita de necessitate cognoscendi sui. Equidem τοίνυν defenderim, ut sententia loci tota spectetur: Censeo igitur medicos de his rebus esse consulendos, quae sane cum praecedentibus per τοίνυν annecti poterat. Ποτέ autem quod ab E. Voss. Turn. omittitur post Καίσαρα collocaverim, ne sententia sit: Tiberium, qui aliquando Caesar fuerit, quod Plutarchi certe temporibus non conveniret, sed eum aliquando dixisse. Ib. 136. e. verba: εἶναι ἄπειρον sunt quidem ex alius sententia repetita, praecedunt enim Ἐμοὶ δὲ τοῦτο μὲν εἰρῆσθαι δοκεῖ σοβαρώτερον, ἐκεῖνο δ' ἀληθὲς εἶναι, τὸ δεῖν ἕκαστον αὑτοῦ μήτε σφυγμῶν ἰδιότητος ante εἶναι ἄπειρον, ita ut non probem, si vertitur hic locus: Ita autem sentio, debere, sed potius: illud autem scil. dictum verum esse censeo, tamen pro εἶναι ἄπειρον malim ἄπειρον εἶναι.

Sunt autem in hoc libro duo tantum hiatus, qui excusari vel apostropho ponendo corrigi nequeant c. VII. et XI., quos conjectura tollendos esse censui.

In conjugalibus praeceptis c. XVIII. 140. c. in verbis: *Λάκαινα παιδίσκη, πυνθανομένου τινὸς, εἰ ἤδη ἀνδρὶ προσελήλυθεν· Οὐκ ἔγωγε (εἶπεν) ἀλλ' ἐμοὶ ἐκεῖνος*, videtur ex Apophtheg. Lacaen. 242. b. *ἤδη* delendum esse, quamquam hiatus excusari potest in quaestione alius, uti excusandus est in responsione. C. XX. 140. f. pro *καίτοι ὑδατος* c. Turn. *καὶ ὕδατος* scribe. C. XLIII. 144. b. in verbis: *εὖ τοίνυν ἡρμοσμένον τὸν οἶκον εἶναι δεῖ τῷ μέλλοντι ἁρμόζεσθαι καὶ ἀγορὰν καὶ φίλους* scribendum est fortasse *τοῦ μέλλοντος*. C. XLIV. pro *εἰ οὕτω* c. Turn. V. Pet. A. B. E. Pol. Leon. Jann. Schott. Anon. Xyl. prob. Wytt. scribe *οὕτως εἰ*. In Ald. Bas. *εἰ* abest. C. XLVII. 144. f. in verbis: *Ὁ Πλάτων τοῖς πρεσβύταις μᾶλλον παρῄνει αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους* videtur *παρῄνει μᾶλλον αἰσχύνεσθαι* scribendum esse, uti infra etiam *μᾶλλον αἰδεῖσθαι* legitur. *Μᾶλλον* enim ad *αἰσχύνεσθαι* non ad *παρῄνει* pertinet. Ib. 145. a. ad verba: *ὡς τοῦ θαλάμου αὐτῇ διδασκαλείου* (vulgo *διδασκαλίου*) *εὐταξίας, ἢ ἀκολασίας, γενησομένου*. Wyttenb. adscripsit: „B. E. T. B. (et Pet.) *ὡς τὸν θάλαμον αὐτῇ διδασκαλεῖον—γενησόμενον*, in forma, certe *διδασκαλεῖον* rectius (idem prob. Reisk. pro *διδασκαλίον*), nec in accusativo deterius, quippe qui casus haud secus atque genitivus in consequentia cum *ὡς* conjungi solet." Ego accusativos unos veros habeo. Ib. 145. b. *σὺ μοι ἐσσὶ* verba sunt Homeri Il. VI, 429. Ib. 145. c. in verbis: *ὅσαι ἐγένοντο θαυμασταὶ καὶ περιβόητοι* fortasse post relativum hiatus est ferendus, nisi mavis *ἐγένοντο* delere.

Quinque igitur hiatus graviores in hoc libro offendebant, ex quibus qui c. XX. XLIV. et XLVII. legebantur librorum ope poterant tolli, sed XLIII. et XLVII. conjectura erat opus.

In septem sapientum convivio plures sane invenimus hiatus quam in aliis iisque melioribus Plutarchi scriptis, v. c. II. *ἃ ἁρμόττει ἐπὶ—ὃ ὁ*, ubi Reisk. ob sonum ingratum *ὧν ὁ* mavult. IV. *ἤδη ὁ — ὄνου υἱὸς — ὁρῶντι, ἐννοεῖν*. VI. *ἐθελήσει ἐπὶ — ἔφη ὁ*. VIII. *ὁ οὖν — εἰ ἐτελεύτησε — πεισθείη, ἢ — Ἀθηναῖοι ἑνὸς — ἔφη ὁ*. X. *ἔφη ὁ*. XI. *συμβαλέσθαι, ἀρξαμένους*. XII. *οἴκου, ἢ—ἅρμα αὐτοῦ*. XIII. *τί οὐ πίνει ὁ*, ubi Turn. artic. non habet. —

ἔφη ὁ. XVI. θύεται ἔτι, ubi Reisk. pro ἔτι conjecit τιθ-βιώσεται εἰς. XVII. ὁ Περιάνδρου ἀδελφός — ἐγὼ ἡγοῦμαι. XVIII. ἑώρα ἀθροιζομένους — κύκλῳ ὁ. XIX. ἐκοινώνει Ἡσίοδος — Τρωΐλου εἰς. XX. θαλάττῃ ἕπεσθαι, ubi Hutt. c. Reisk. θαλάττῃ cum praecedentibus struxerunt et post θαλάττῃ, post quod verbum tum pausa erit, interpunxerunt, Wyttenbachius autem quaedam excidisse putat.

Quominus autem has maculas libro a librariis adspersas esse credam, impedit me reliqua ejus conditio, qua hoc convivium profecto Reiskio judice longe a venustate Xenophontei abest et cum eo comparatum exercitationem tironis ad perfectum magistri opus refert. Non minus etiam stilum et orationem paululum a ceteris Plutarchi scriptis differre recte sensit Wyttenbachius, ita ut faciam cum Meinersio, qui in histor. doctrin. ap. Graec. et Rom. T. I. p. 135. haec scripserit: „Eine solche Zusammenkunft ist aber, meinem Urtheile nach, immer weniger unwahrscheinlich, als ein Gastmal in dem Geschmacke, in welchem ein unbekannter Schriftsteller, den man fälschlich für den Plutarch gehalten, eins geschrieben hat. Diesem Schrifsteller nach sollte man glauben, als wenn die Weisen nur in der Absicht zusammengespeiset hätten, um sich auf einmal alle ihre Sprüche, Räthsel und Gesinnungen mitzutheilen und vorzulegen.“ Praeivit autem Meinersio Hudson, qui ad Joseph. Antiqu. Jud. V, 8, 6. idem hunc librum pro spurio habuit. Mihi videtur nomen Plutarchi huic libro eadem de causa praefixum esse, qua supra consolationem ad Apollonium Plutarcho adscriptam esse dixi, quia verus Plutarchus simile ediderat opus, dico Symposiacon libros.

In libro de superstitione c. I. 164. e. in verbis: πᾶν γὰρ πάθος ἔοικεν ἀπάτη φλεγμαίνουσα εἶναι fortasse εἶναι delendum est, de qua verbi ἔοικεν structura cf. Matth. Gr. gr. 552. n. 2. C. III. 165. d. in verbis: μόνος δὲ (scr. δ') ὁ φόβος, οὐχ ἧττον ὢν τόλμης ἐνδεὴς ἢ λογισμοῦ, ἄπρακτον ἔχει καὶ ἄπυρον καὶ ἀμήχανον τὸ ἀλόγιστον Mosq. l. habet ἄπορον ἔχει καὶ ἄπρακτον. Hiatus autem pausa, quae post λογισμοῦ fit, excusatur. C. IV.

166. c. verborum: ἂν ἀγάλματος λάβωνται ἢ ναοῦ olim fortasse hic fuit ordo: ἂν ἀγάλματος ἢ ναοῦ λάβωνται. C. X. (ap. Hutt. IX.) 169. f. in verbis: τί σὺ λέγεις; ὁ μὴ νομίζων θεοὺς εἶναι, ἀνόσιός ἐστιν; hiatum pausa excusarim. Ib. 170. b. in versibus postae legitur πεφυρμένα ἐσῆλθες, ubi cod. Xyl. πεφορημένους habet et Wyttenb. πεφυρμένα γ' ἐπεισῆλθεν conjecit. Cum non sint verba Plutarchi, quomodo legenda sint hic non est disputandum. C. XI. (Hutt. X.) 170. d. in verbis: Οὐκ οἴεται θεοὺς εἶναι ὁ ἄθεος, ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, πιστεύει δ' ἄκων, velim ὁ ἄθεος eodem modo quo ὁ δεισιδαίμων ante verbum suum οἴεται sit collocatum scriptumque: Ὁ ἄθεος οὐκ οἴεται κ. τ. λ. Ib. in verbis: ὁ δὲ δεισιδαίμων τῇ προαιρέσει ἄθεος ὤν, mihi post προαιρέσει γ' addendum esse videtur, qui animi quidem instituto s. voluntate impius est i. e. qui deos esse non vult, sed tamen credit; quo discernitur ab impio, qui revera deos esse non credit. C. XII. 171. c. in verbis: ἢ τοιαῦτα θύειν, οἷα τῷ Κρόνῳ ἔθυον, fortasse olim ἔθυον, quo facile caremus, non fuit adscriptum.

Quatuor igitur qui hoc in libello reperiuntur graviores hiatus c. IV. XI. bis. et XII. e conjecturis videbantur esse tollendi, quae si improbantur, hunc libellum minus diligenter a scriptore compositum esse est statuendum.

In libro: Regum et Imperatorum Apophthegmata nominato in Artaxerxe I. 173. d. in verbis: Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ μακρόχειρ προσαγορευθεὶς διὰ τὸν τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχων hiatus propter pausam post Ξέρξου videtur excusandus esse. Cyri minor. 173. f. verba: ἀργυρίου δὲ καὶ χρυσίου οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλὰ σταθμὸν ἔσεσθαι in promissis Cyri continebantur, qua de causa non poterant apte mutari. Cotyis 174. d. pro κομίσαντος ξένου εὔθρανστα cod. Pet. exhibet: ξένου κομίσαντος εὔθρ. Ib. autem quae leguntur: τῷ μὲν ξένῳ ἔδωκε δῶρα, non videntur mutanda esse, nisi mavis statuere, ξένῳ non fuisse a Plutarcho repetitum. In Dionysii maj. VII. 175. f. ὅπως παύσωνται οἱ Συρακούσιοι, vi-

deor mihi consilium Dionysii ab ipso his verbis expressa reperisse. Quod si est, hiatus non offendit. Idem fere est statuendum in Alexandr. VI. 179. f. de verbis: αὐτοῦ δὲ φήσαντος ἱκανὰ εἶναι δέκα et XXII. 181. b. τοὺς Θεσσαλοὺς (jussit Alexander in compedibus adservari), ὅτι τὴν ἀρίστην κεκτημένοι οὐ γεωργοῦσι. Idemque Alcib. V. 186. e. de verbis: εἰκὼν εὐήθη εἶναι τὸν δίκην ἔχοντα et Epamin. XVIII. 193. e de verbis: πολέμου ὀρχήστραν προσηγόρευεν et Paul. Aemil. I. 197. f. de verbis: Οὐκ ἔφη χάριν ἔχειν αὐτοῖς· οὐ γὰρ αὐτὸς ἀρχῆς δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἄρχοντος, ᾑρῆσθαι στρατηγός. Pausa excusabis hiatum in Phocion. I. 187. f. in verbis: οὔτε γελῶν ὤφθη, οὔτε δακρύων, in Caj. Fabric. II. 195. a. in verbis: τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν μέγιστον ἐλέφαντα, τοῦ Πύῤῥου παρακελεύσαντος (scrib. e Turn. et Pet. παρασκευάσαντος) ἐξόπισθεν ἀγνοοῦντι τῷ Φαβρικίῳ ῥήξαντα φωνὴν ἐπιφανῆναι· καὶ τούτου γενομένου, ἐπιστραφεὶς ὁ Φαβρίκιος κ. τ. λ. ubi post ἐπιφανῆναι interpunctionem majorem tolle et majorem pausam post γενομένου fac, in Paul. Aemil. IX. 198. c. in verbis: δυοῖν δὲ (scr. δ') ὄντων ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὁ μὲν ἡμέραις πέντε πρὸ τοῦ θριάμβου, τεσσαρεσκαίδεκα γεγονὼς ἔτη, ἀπέθανεν. In aliis apostropho utere, veluti in init. in verbis 172. b.: ὦ μέγιστε αὐτοκράτορ et ib. 172. d. in ἅμα αἱ, in Idathyrsi 174. e. ἄδραστα ἐκάλει, Philipp. VI. 177. d. τινα αὐτῷ, Caj. Marii III, 202. b τινὰ ὀνόματι, ubi tamen etiam pausa post τινὰ potest statui, qua de causa Hutten. post τινὰ interpunxit. In aliis tamen locis hiatus revera offendit, veluti in Prooem. 172. c. in verbis: εἴ ὄρον ἔχει τινὰ πρὸς κατανόησιν ἠθῶν, ubi in Pol. Schott. Leonic. Anon. T. V. B. Pet. ᾗ ὄρον est, sed in Jun. et Cent. Flor. εἰ πρόσφορον ἔχει τι, quod praefero. Sed Gelon. III. 175. a. in ἐπεὶ ἐθορύβησαν hiatus est ferendus, non minus in Alexandr. XX. 180. f. legitur: Πάλιν δὲ Πύθωνα τὸν Εὐίου τοῦ αὐλητοῦ ἐρώμενον Κάσανδρος ἐβιάζετο φιλῆσαι, ubi conjici possit τὸν ἐρώμενον Εὐίου. Ib. XXI. 181. a. pro Ἐπεὶ οὖν, fortasse Ἐπεὶ δ' οὖν erat scriptum. Non bene mutari potest quod in Iphicrat. V, 187. b. legitur: Πρὸς δὲ Ἁρμόδιον τὸν

τοῦ παλαιοῦ Ἀρμοδίου ἀπόγονον. In Lycurg. IV. 189. b. in verbis: Πυγμὴν δὲ καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν, potest conjici ἐκώλυσεν ἀγωνίζεσθαι, me tamen non omnino probante. Ita etiam in Agesilai XI. 191. d. πρὸς ἴσους ἴσοι ἀγωνισάμενοι ἐνίκησαν hiatus sunt ferendi. In Epaminondae X. 193. a. in verbis: Ἥδιστον δὲ πάντων αὐτῷ τῶν γεγονότων καλῶν καὶ ἀγαθῶν εἶναι ἔλεγε, non dubito quin e cod. Petav. εἶναι delendum sit, et pro αὐτῷ videtur etiam ejusd. cod. auctor. αὐτοῦ esse scribendum. Ib. XVII. 193. e. pro ἔφη ὁ Ἐπαμινώνδας, fortasse uti infra XIX. ὁ Ἐπαμινώνδας ἔφη olim erat scriptum. Corrigendum est quod in Caj. Fabricii I. 194. f. legitur: Γάϊος Φαβρίκιος τὴν ὑπὸ Πύῤῥου Ῥωμαίων ἥτταν πυθόμενος, Λαβιήνῳ εἶπεν, Πύῤῥος, οὐκ Ἠπειρῶται Ῥωμαίους, νενικήκασιν, ubi Xylander jam vidit de Laevino, non de Labieno esse sermonem, sed sententia multo erit concinnior, si Λαβίηνον legis pro Λαβιήνῳ, ea vi ut sit: Laevinum, inquit, Pyrrhus, non Epirotae Romanos vicerunt. Causa certe non adest, cur Labieno ipsi hoc dixerit Pyrrhus. Ibid. IV. 195. b. ferendum est: ὁ τοῦ Πύῤῥου ἰατρός. In Scipion. maj. IV. 196. c. pro δείξας αὐτῷ ἐνόπλους ἄνδρας τριακοσίους γυμναζομένους velim τριακοσίους ἐνόπλους κ. τ. λ. scriptum esset, quia in eo, quod trecenti erant, summum est positum momentum. Sed in Tit. Quinctii II. 197. b. in verbis: Ὅσοι δὲ Ῥωμαίων αἰχμάλωτοι γενόμενοι ἐν τοῖς κατ' Ἀννίβαν χρόνοις nil mutaverim. In Paul. Aemil. VII. 198. b. in verbis: ἐξουσίαν διδοὺς αὐτῷ ἑαυτὸν ἀνελεῖν mirum sane est quod scriptor non dixit αὐτῷ διδούς, uti in Scipion. minor. X. in verbis: ἐπειδὴ ἐτύγχανον πολεμοῦντες Κελτίβηρσιν exspectaverim, πολεμοῦντες ἐτύγχανον. In Ciceron. IV. 205. a. in verbis: Ἦν γὰρ ἡ τοῦ Μετέλλου, ἀκόλαστος· ὁ δὲ Μέτελλος αὐτὸς ὑπόκουφος velim μὲν post Μετέλλου addatur et comma deleatur. Sed ib. XXI. verborum: ὡς ἐπικειμένης τῆς ἡμέρας Ἔρωτα ἀπαγγείλαντα αὐτῷ, οἰκέτην εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ὑπερτεθῆναι τὴν δίκην, ἠλευθέρωσε. ordo est perturbatus. Ὡς enim ad ἀπαγγείλαντα est referendum, velimque scriptum esset: Ἔρωτα, ὡς ἐπικ. τ. ἡμέρ.

εἰπόντων ἀπαγγελοῦσι αὐτῷ εἰς κ. τ. λ., ubi post Ἕρωτα εἰ αὐτῷ pausa erit. In Caesar. August. V. 207. b. in verbis: Ἐν δὲ Σικελίᾳ Ἄρειον ἀντὶ Θεοδώρου κατέστησε δεσπότην· hiatus est, qui an ita tollendus sit, ut κατέστησεν ante Ἄρειον collocetur, dubito, item XIII. 207. f. in verbis: Τοῦ δὲ (scr. δ') Ἀθηναίων δήμου ἐξημαρτηκέναι (Tauchn. male ἐξαμαρτηκέναι) τι δόξαντος, τι ante ἐξημαρτ. collocari possit. Ib. denique XIV. 207. f. in verbis: Τῶν δὲ (scr. δ') Εὐρυκλέους (Ald. et Bas. Εὐκυκλέους) κατηγόρων ἑνὸς ἀφειδῶς καὶ κατακόρως παῤῥησιαζομένου, καὶ προαχθέντος εἰπεῖν τι τοιοῦτον· Εἰ ταῦτά σοι, Καῖσαρ, οὐ φαίνεται μεγάλα, κέλευσον αὐτὸν ἀποδοῦναί μοι Θουκυδίδου τὴν ἑβδόμην· διὸ ὀργισθεὶς ἀπάγειν ἐκέλευσε· offendit διὸ in apodosi conjicioque διοργισθεὶς (v. Agesil. c. VI.) fuisse scriptum.

Non paucos igitur hoc in libro reperiri hiatus ex iis quae praecedunt, sine dubio intellexisti, neque hoc te fugiet praeter tres e codd. corrigendos (in Epist. ad Trajan. in Cotye et in Epaminond. X.) et quatuor aliis de causis suspectos (v. Fabric. I. Scip. maj. IV. Cic. VI. et Caes. Aug. XIV.) restare septendecim, in quibus solus hiatus offensioni sit, in Cotye, Gelon. III. Alexand. XX. XXI. Iphicrat. V. bis. Lycurg. IV. Agesil. XI. bis. Epaminond. XVII. Fabric. IV. Quinct. II. Aemil. VII. Scip. min. X. Cicer. XXI. August. V. XIII. Quae cum ita sint, fortasse miraberis, quod neque cum Xylandro facio, qui se neque praefationem neque opus ipsum magni Plutarchi esse credere fatetur, neque cum Wyttenbachio, qui materiam e scriptis Plutarchi collectam et a posteriore quodam homine in hanc tenuitatem esse redactam censet. Mihi autem non improbabile esse videtur, Plutarchum ipsum ejusmodi opus, quo dicta et facta quaedam virorum clarorum breviter enarrarentur in usum et delectationem eorum, qui quominus ampliora scripta legerent negotiis erant impediti, id quod in Trajanum etiam cadebat, composuisse. Simile quid certe etiam in libro de mulierum virtutibus habemus, ubi quod res paulo pluribus verbis sunt relatae non est mirum, quippe quae minus

fuerint notae. Quod autem hic liber pluribus quam alii Plutarchi libri hiatibus est foedatus, explicari potest aut ita, ut statuas Plutarchum quaedam iisdem verbis, quibus ab aliis relata invenisset, hic repetiisse, aut ita, ut quaedam omnino ab aliis addita esse concedas, quod in libello ejusmodi, in quo singulae et breves continentur historiae, facile fieri potuit. Scriptorem ipsum enim hujus libri in hiatu evitando studium quoddam posuisse patet inde, quod in Praef. (uno excepto loco, qui e codd. potest corrigi) Cyri, Darii, Semiramis, Xerxis, Artaxerxis (qui enim ibi legitur, potest excusari), Cyri minoris (praeter unum excusandum), Artaxerxis, Parysatidis, Orontis, Memnonis, Aegyptiorum, Poltyis, Teris, Idathyrsi, Ateae, Sciluri, Hieronis, Dionysii majoris (praeter unum excusandum), Dionysii minoris, Agathoclis, Dionis, Archelai, Philippi, Ptolemaei, Antigoni, Demetrii, Antigoni secundi, Lysimachi, Antipatri, Antiochi tertii, Antiochi Hieracis, Eumenis, Pyrrhi, Antiochi, Themistoclis, Myronidis, Aristidis, Periclis, Alcibiadis (praeter unum excusandum), Lamachi, Timothei, Chabriae, Hegesippi, Pytheae, Phocionis (praeter unum facile excusandum), Pisistrati, Demetrii, Charilli, Telecli, Theopompi, Archidami, Brasidae, Agidis, Lysandri, Archidami, Agidis minoris, Cleomenis, Paedareti, Damonidae, Nicostrati, Eudaemonidae, Antiochi, Antalcidae, Pelopidae, Manii Curii, Fabii Maximi, Caji Domitii, Publii Licinii, Catonis majoris, Caecilii Metelli, Caji Marii, Lutatii Catuli, Syllae, Caji Popillii, Luculli, Cnei Pompeji et Caji Caesaris historiis hiatus non deprehenduntur. Nequaquam autem est credibile hominem posteriorem ad hanc sermonis elegantiam cum ejusmodi conscriberet opusculum adtendisse, id quod magis etiam apparebit, si tibi ex Apophthegmatis Laconicis, quae non Plutarchi esse recte judicavit Wyttenbachius, hiatus enumeravero. Legitur autem ibi in Agesil. VII. *αὐτῷ Ἰατροῦ* IX. *ἐπεὶ ὁ.* X. *Ἀσίᾳ Ἕλληνας.* XII. *ἐπιτήδειοι ἀντὶ.* XV. *αὐτῷ ὡς — εἴη αἴτιος.* XVIII. *ἀρχομένῳ ὑπὸ.* XXII. *προτρεπομένου ἀνίεσθαι.* XXIII. *τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ ἐχρῆτο—περιέρχεται, εἰς.*

XXIV. πολιτελῆ ἐπεμψαν—λοιπὰ ἀπάγειν. XXV. μέγα δοὺ αὐτοῦ εὐεργετεῖσθαι. XXXII. ἐφήπτετο ἐν ὄψει ἁπάντων. XXXVII. κομιδῆ ὄντα. XXXIX. πολέμου αἰτίας. XLVII. αὐτῷ, αὐθὺς—παρόδου ἐμβαλεῖν—καίτοι ἐκ—ποιῆσαι ὕστερον—καίτοι ὑπὸ. LII. βιβλίῳ ἀπολελειμμένον. LIX. τοῦ ἰατροῦ, ἐπεὶ. LX. Ἀσίᾳ Ἕλληνας. LXVIII. κατηγόρου εὖ εἰρηκότος. LXXII. πολλοὶ ἀκολουθοῦντες — ἐργάζεσθαι φ. LXXIII. νόμου αἰτίαις—οἱ ἔφοροι ἔρημον—Λίροῦνται οὖν. LXXIV. ἀναστρέψαι ἐποίησεν. LXXV. εἰ οὖν—Ἐπαμινώνδᾳ οὔσης — Ἀγησιλάῳ, ἐφάμιλλον. LXXVI. ἐπορεύθη ὁ. LXXVII. προθυμήσεσθαι ἀσυνειδήτως — κρατῆσαι, ἐθάρρησαν. LXXVIII. Νεκταβίου, ᾧ συνεμάχει, ἀξιοῦντος. LXXIX. Αἰγύπτου ἀπόπλουν. Agesipolidis Cleombroti fil. I. Κλεομβρότου, εἰπόντος. Agesipolidis Pausaniae fil. I. Παυσανίου, Ἀθηναίων. Agidis II. Σπάρτῃ ἀσκεῖται. IX. πολλὰ εἰπὼν. X. δικαιότατοί εἰσι. XV. Λακεδαίμονα, ἐμακρηγόρει. XVII. νόμιμα ἐκλυόμενα ἐώρα, γίνεται ἐν—πατέρα αὐτῷ παιδὶ ὄντι. Acrotati: ἐπεὶ οἱ—συμπρᾶξαι αὐτοῖς. Alcamenis III. ζῇ ἱκανὴν. Alexandridae III. αὐτοὶ ἐπιμελοῦνται. Antalcidae VI. πληγέντα ἐν μάχῃ ὑπὸ. VII. τείχη εἶναι. Aristonis I. χρεία οὖσα. Archidami Zeuxidami fil. III. φωνὴ ἡδονὴν. VII. αὐτοῦ ἱματισμὸν. Archidami, Agesil. fil. I. αὐτῷ ἐπιστολὴν. III. τοῦ ἰατροῦ ἀξιολόγου. VII. πολέμῳ ἐπιζητούντων. IX. πείθεσθαι αὐτῷ —ἐλεύθεροι εἶναι, ὡς. Astycratidae: ἠττηθῆναι Ἄγιν τὸν βασιλέα ἐν. Brasidae IV. μητρὶ αὐτοῦ Ἀργιλεωνίδι. Damonidae: χοροῦ ὑπὸ. Damindae: Φιλίππου ἐμβαλόντος. Dercyllidae: βασιλέα αὐτῶν — γνώσεσθαι, ὡς. Demarati IV. συνεδρίῳ ἐρωτώμενος. VI. αὐτοῦ ἀπαγαγόντος. VII. Δημαράτου ἐπανελθεῖν. VIII. ἐπισκόπτοντα αὐτὸν. Euboedae: γυναῖκα ἀλλοτρίαν. Eudamidae I. φιλοσοφοῦντα, ἐπύθετο. VI. δεκεῖ εἶναι. Eurycratidae: δίκαια ἑκάστης. Zeuxidami I. ἀπογραψάμενοι οὐ. Herondae: ἐπιδεῖξαι αὐτῷ. Themisteae: Λεωνίδου εἰς. Theopompi III. πρεσβευτοῦ εἰπόντος. IV. ὅτι ἡ. Hippodami: τῷ Ἀγεδι εἰς. Hippocratidae I. χρήσεται αὐτῷ, ἀντέγραψεν. II. ποτε αὐτῷ μειρακίου, ᾧ ἠκολούθει ἐραστής. Callicratidae I. ἐπιτρέψαι αὐτοῖς. II. πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν εἰσαγγεῖλαι, ὅτι βούλεται Κύρῳ ἐντυχεῖν—ἀπηλ-

λάγη, ὡς ἔγνω οὐχ—αὐτῷ ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ—ἐχομένη, ὡς—ἐπηλλάγη εἰς—ποιήσει ὑπὲρ. IV. ξένια αὐτῷ—ξένια ἀντέπεμψε—αὐτῷ ἰδίαν—αὐτῷ ὑπάρχειν. V. κυβερνήτου εἰπόντος. Cleomenis Anaxandridae XI. μακρᾷ, ἐπεὶ. XVI. βούλεται, ἔλαβε et sic per reliquam libri partem.

Idem autem quod de Apophthegmatis Laconicis, cum Wyttenbachio judicabis de **Institutis Laconicis**, quo in libello hos reperies hiatus. I. συσσίτια ἑκάστῳ. II. σκευάσαι αὐτῷ—δυσχεράναντα ἀποπτύσαι. IV. παιδεία ἦν. VI. υἱοι ὁμοῦ. VII. βίου ἦν. VIII. αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα, ἐνοχος ἦν τῷ ἴσῳ ἐπιτιμίῳ ὥσπερ καὶ ὁ ἁμαρτών· καὶ ὁ δυσχεραίνων δὲ, εἰ ἐπιτιμῷτο, ἐν μεγάλῳ ὀνείδει ἦν. IX. φωραθείη ἁμαρτάνων. XI. πατρὶ ἐξήγγειλεν—προσεντεῖναι ἀκούσαντας—πατρίου ἀγωγῆς. XIII. προσφέρεσθαι ᾤοντο ὑγιεινότερα τὰ σώματα ἀπὸ. XVI. θανάτου, οἷς ἐχρῶντο ἐν—λόγου ἀξίας. XVII. οἱ ἔφοροι ἐζημίωσαν—Κάρνεια, εἷς. XXIII. χρῆσθαι ἔθος—δεηθείη, ἀνοίξας. XXIV. χρόᾳ ἐδόκει αὐτοῖς ἀνδρικὴ εἶναι. XXV. φανεροῦ, ἀλεκτρυόνα. XXVII. ποιοῦνται, ὡς. XXXII. παιδιᾷ ἀκούωσι. XXXIII. διότι ἐπέγνωσαν—τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν. XLII. ἐμμείνασα, ἐπρώτευε—πάνυ ὄντες—πολὺ ἀσθενέστεροι—πατρίου ἀγωγῆς.

Ad spurios libros non minus cum Wyttenbachio referes **Lacaenarum Apophthegmata**, ubi in Argileonditis h. legitur: υἱοῦ, ὡς. Gorgonis: ὅσῳ ἐντέλεγε—παρωσαμένη αὐτόν· Gyrtiadis: θυγατριδοῦ αὐτῆς. Lacaenarum incert. I. λειποτακτήσαντα ὡς—πεφευγότα ἐκ—γράφει αὐτῷ. III. ἐπιδείξασα αὐτοῖς. IV. θεασαμένη, ἐπύθετο. VI. πυθομένῃ ἀπήγγειλε. IX. Ἄλλη ἀκούσασα—υἱοῦ, ὡς. X. ἀκούσασα ὧν ἐνεκάλουν, ἐπεὶ ἐδόκει αὐτῇ ἁμαρτάνειν. XI. Ἑτέρα ἐπ. XIII. αὐτῇ ἀφικομένου ἀπὸ. XIV. τετραποδιστὶ ὤδευεν—αὐτῷ ἐν γελοίῳ, ἡ. XVI. τῷ υἱῷ ἐπὶ. XVIII. Ἄλλη ἀκούσασα, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐν παρατάξει ἀνδραγαθήσας—πυθομένη, ὅτι ἀποδειλιάσας. XIX. Ἑτέρα ἀκούσασα. XX. περιελομένη οὖν. XIX. ἐκείνη εἶπεν. XXIII. πενιχρὰ ἐρωτηθεῖσα. XXIV. Λάκαινα ἐρωτηθεῖσα, εἰ ἀνδρὶ. XXVI. Ἄλλη αἰχμαλωτισθεῖσα. XXVII. εἰ ἔσται ἀγαθὴ, ἂν. XXVIII. τινα αὐτῇ οὐχ ἁρμόζοντα ἐλευθέρᾳ, εἶποῦσα.

In libro **de mulierum virtutibus** c. VIII. (Tyr-

rhenides) 247. c. in verbis: *οἱ Σπαρτιᾶται δὲ πολὺν φόβον καταστάντες* e Polyaeno recipe pro *οἱ Σπαρτιᾶται οἱ Λακῶνες*. C. XIV. (Valeria et Cloelia) p. 250. e. *ὁ τοῦ Πορσίνα* (in Popl. c. XIX. est *Πορσήνα*) *υἱός*, potest defendi. C. XV. (Micca et Megisto) 251. d. in verbis: *ἄφνω δὲ πολλοὶ τῶν τοῦ τυράννου ἐπεφέροντο*, fortasse uti supra *τῶν περὶ τὸν τύραννον* erat scriptum. Ib. 251. e. in verbis: *ἵστησαν τὸ πρῶτον* (Turn. et Pet. *τῷ πρώτῳ*) *σιωπῇ ὁσίως προϊσχόμεναι τὰς ἱκετηρίας* post *σιωπῇ* est interpungendum. Sententia enim est: primum adstiterunt tacitae, ritu sacro supplicatorias frondes praetendentes, ita ut hiatus pausa sit excusandus, nisi *ὁσίως*, quo sane facile caremus, deleri mavis. Ib. 251. f. in verbis: *ἐξελάσαι ἐκ τῆς ἀγορᾶς*, fortasse *ἐκ* delendum. *Ἐξελαύνειν* enim etiam cum genitivo, praepositione non addita, satis constat. Cf. Xenoph. Hellen. II. 4, 13. Ib. 252. c. in verbis Megistonis, feminae Timoleontis: *αὐτὸς ἐκείνους πεῖσαι ἀπεγνωκὼς* hiatus fortasse potest ferri. Ib. 252. f. in verbis: *ὁ δ' ἐκεῖνον* (Pet. *ἐκεῖνο*) *μὲν παρεκάλει, ὡς τοῦ Διὸς αὐτὸν ἐξεγείροντος καὶ βοηθοῦντος*. hiatus pausa erit excusandus. Ib. 253. d. in verbis: *τῆς δὲ νεωτέρας δεομένης αὐτῇ παρεῖναι πρότερα ἀποθανεῖν*, scribendum esse videtur *πρότερον*, uti infra etiam *σὲ—πρότερον ἰδεῖν θνήσκουσαν* legitur, ubi cod. Pet. etiam *πρότεραν* habet. C. XIX. in Aretaphila 256. a. in verbis: *αὐτὴν οὖν ἡ Ἀρεταφίλα ὑποθεῖσα μόνην τοῖς κοινοῖς ἐλπίδα* fortasse est scribendum *μόνην ὑποθεῖσα*. Ib. 257. c. in verbis: *πυθόμενοι γὰρ οἱ πλεῖστοι ἐξέδραμον ἐπὶ τὴν παράκλησιν*, primum post *πλεῖστοι* videtur *μὲν* addendum esse, ut respondeat sequ. *ὡς δ' εἶδον*. Deinde miror quod Kaltwasser. pro *παράκλησιν* aut *παρεμβολὴν* aut *παράληψιν* conjecit, quia *ἐπὶ τὴν παράκλησιν* id quod Xylander in versione expressit: ad locum colloquio destinatum significare nequeat. At significat: ad vocationem i. e. postquam eos Aretaphila advocavit. C. XXIV. in Timoclea p. 260. a. in verbis Timocleae: *ἐμαυτὴν γὰρ ὅτι βουλήσῃ ὁρῶ γεγενημένην* scribam: *ἐμαυτὴν γὰρ, ὅτι βούλῃ, σὴν ὁρῶ γεγενημένην*. Offendit enim jam Meziriacus

in βουλήσῃ (Pet. habet βουλήσει), quia ille Thrax, postquam Timoclea in ejus potestatem venit, revera ea jam abuti voluit et quia ἐμαυτήν postulare videtur, ut altera persona etiam expressis verbis addatur. Conjecit igitur βούλῃ σὺ pro βουλήσῃ fuisse scriptum. At deest ad γεγενημένην id, quod se factam esse videat, neque ὅτι βούλῃ id esse censuerim, quia ipsa dixit: se ei bona esse daturam, εἰ αὐτὸν κηδεμόνα καὶ δεσπότην καὶ ἄνδρα δεῖ νομίζειν. Fingit enim Timoclea, Thracis uxor cum sit futura, id quod jam sciat, se etiam divitias suas ei non esse detracturam. Multo igitur aptius certe erit, si femina loquetur: me enim, quatenus aut quocunque modo vis tuam esse factam video. C.XXV.(Eryxo) pro δεῖ οὖν scribe δεῖν οὖν, sequitur enim καλῶς γὰρ ἔξειν. Qui igitur hoc in libro leguntur hiatus, aut Polyaeni ope, qui Plutarchum exscripsit c. VIII. aut conjecturis veluti XV. bis, XIX. bis, et XXV. videbantur esse tollendi ceterique excusandi.

In libro de εἰ apud Delphos c. I. 384. d. in verbis: ἆρα δὴ ὅσον κ. τ. λ. jure offendit Wyttenbachius. A Plutarcho enim, et omnino graece ita dici non solet. Commendat igitur quod exhibetur in cod. B. ὅρα δὴ vide igitur. At ego scripserim ὅρα δ' vide autem. Quae enim de librorum donis sequuntur, praecedentibus de bonorum donis opponuntur. Leges infra in fin. cap. II. simile sententiae initium. C. V. (IV.) 386. c. in verbis: τοῖς δὲ διαλεκτικοῖς χαίρειν ἔλεγε σοφὸς ὢν ὁ θεὸς οὐδὲν ὀλομένοις ἐκ τοῦ εἰ μορίου, καὶ τοῦ μετ' αὐτοῦ ἀξιώματος πρᾶγμα γίνεσθαι, πάσας τὰς ἐρωτήσεις ὑποτεταγμένας τούτῳ, καὶ νοῶν ὡς πράγματα καὶ προσιέμενος. primum recte c. Xyl. Am. Mez. et Wyttenb. Hutten. ὀλομένοις pro vulgato ὀλόμενος dedit, quod ferri nequit, cum in iis quae sequuntur aperte doceatur, Deum quaestiones cum εἰ propositas ut πράγματα accipere, deinde Wyttenb. pro μορίου sine idonea causa cum de dialecticis sermo sit, conjecit μόνου, sed pro τοῦ μετ' αὐτοῦ ἀξιώματος olim fortasse τοῦ ἀξιώματος μετ' αὐτοῦ scriptum fuit. C. VI. (V.) 386. f. in verbis: ὅτι γὰρ ἡμέρα ἐστὶ καὶ φῶς ἐστιν,

αἰσθάνονται δήπου καὶ λύκοι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες, videtur prius ἐστι delendum esse. C. VII. (VI.) 387. d. in verbis: Παυσαμένου δὲ τοῦ Θέωνος Εὔστροφον, Ἀθηναῖον οἶμαι τὸν εἰπόντα εἶναι πρὸς ἡμᾶς, in cod. Pet. pro εἶναι est ναι, unde γεγονέναι fecerim, quia praesens offendit. Pro ἡμᾶς ὑμᾶς idem male habet. C. VIII. (VII.) 388. d. in verbis: ἐκ δὲ τοῦ κόσμου πάλιν αὖ ἑαυτὴν ἀποτελεῖν, Reisk. Wyttenb. et Hutt. ex A. Turn. V. Bong. Pet. dederunt αὖ pro vulgato ap. Steph. Frft. ἀφ'. At mihi et αὖ et ἀφ' rectius in Bas. B. et Ven. abesse videtur. C. X. (IX.) 389. c. in verbis: δῆλον δὲ (scr. δ'), ὅτι συνοικειοῦσιν αὐτὸν οἱ τὴν πεντάδα, νῦν μὲν αὐτῇ ἑαυτὴν ὡς τὸ πῦρ, αὖθις δὲ τὴν δεκάδα ποιοῦσαν ἐξ ἑαυτῆς, ὡς τὸν κόσμον, λέγοντες. primum συνοικειοῦσιν quod Reisk. bene conjecerat, Wyttenb. ex A. dedit, deinde jure Mezir, et Wyttenb. pro αὐτὸν οἱ corrigendum esse censuerunt αὐτῷ i. e. Deo, ubi Camer. verba omnino mendosa esse censet et Reisk. αὐτὰ οἱ est suspicatus, tum pro αὐτῇ cod. Pet. exhibet αὐτὴ et Reisk. αὐτὴν, hoc quidem verius, quam quod post ἑαυτῇ ἐπαναπαυομένην vel ἐπαναλυομένην addi vult. Est enim sententia: quae ipsa se gignit, ut ignis. Ib. 389. d. pro ὡς ἔνι εἰπεῖν Camer. vertit ὡς ἑνὶ εἰπεῖν ut semel dicam, legendo ἑνὶ scil. λόγῳ, nisi verius sit, ὡς ἔπος εἰπεῖν; quod mihi probabilius videtur. C. XV. (XIV.) 391. d. in verbis: αἱ περὶ ψυχὴν ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι καὶ δόξαι ἀληθεῖς hiatus videtur ita excusandus esse, ut δόξαι ἀληθεῖς unam habeant certamque in philosophia notionem. C. XVI. (XV.) 391. e. in verbic: τῆς γὰρ ἕκτης τοῦ νέου μηνὸς ὅταν κατάγῃ, εἰς τὴν Πυθίαν εἴς τι πρυτανεῖον, Bas. bene εἰς ante τὴν Πυθίαν non habet, unde Reiskius conjecit: τῆς δὲ (ubi Hutten. jure quaerit: cur δὲ pro γὰρ, quod meo quidem sensu commode legitur?) ἕκτης τοῦ Πανέμου μηνὸς, ὅταν κατάγεις (Hutten. quaerit: annon κατάγῃς) τὴν Πυθίαν εἰς τὸ πρυτανεῖον censetque eum alloqui Nicandrum, sacerdotem Delphicum. Wyttenb. suspicatur: ὅταν κατάγητε τὴν Πυθίαν εἰς τὸ Πρ. Camer. quoque vertit: deducitis. Equidem cetera retinens pro κατάγῃ εἰς scripserim κατά-

γῆς bt pro ἐκ τε εἰς τὸ. Ibid. 391. c. pro ἄχρι οὗ scribo ἕχρις οὗ. C. XVII. (XVI.) 392. a. in verbis: *ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἕκαστον ἡμῶν ἐνταῦθα προσιόντα οἷον ἀσπαζόμενος προσαγορεύει τὸ* (Mez. corr. non male τῷ) *Γνῶθι σαυτόν· ὃ τοῦ χαίρε δή, οὐδὲν μεῖόν ἐστιν.* pro *προσιόντα* nisi mavis *προσιόντων* scribere, ede *προσιόνθ'*. Hiatus autem in *χαίρε δὴ* ante *οὐδὲν* minime offendit. C. XVIII. (XVII.) 392. c. verba: *εἰ δ' ὁ αὐτὸς οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔστιν, ἀλλ' ἐκ τούτου αὐτοῦ μεταβάλλει, γιγνόμενος ἕτερος ἐξ ἑτέρου.* Hutten. e Wyttenb. conjectura ita edidit pro vulgato: *οὐδ' ἔστιν ἅμα τοῦτο αὐτὸ μεταβάλλει γιγν.* Reiskius suspicatur *καὶ μεταβάλλει γιγνόμενος*, quod explicat: non est simul idem ipse, et in alium statum transit. At mihi id unum verum videtur, quod Euseb. in Praep. Evang. XI, 11. praebet: *ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτὸν μεταβάλλειν* quod est: ex eum mutando i. e. ex eo quod mutatur, alius ex alio est factus. C. XXI. 394. b. in verbis, *καὶ πρότερος ἔτι τούτου ὁ Στησίχορος* dele articulum, qui neque paulo supra ad *Πίνδαρος* neque infra ad *Σοφοκλῆς* additus est.

In decem quos mutandos esse arbitrati sumus, locis, tres librorum auctoritate poterant emendari c. VIII. XVI. et XVIII., quatuor aliis de causis et ex usu Plutarchi corrigendi esse videbantur, v. c. I. X. bis. et XVI. et in tribus hiatus solus offendebat, c. V. VI. et XXI.

In libro de Pythiae oraculis c. III. 395. d. pro (*ἔφη ὁ Διογενιανὸς*), *οἶει*, videtur uti in multis aliis locis *ὁ Διογενιανὸς, οἶει, ἔφη*, scriptum fuisse. C. IV. 396. b. in verbis: *ὃν ἡ πυκνότης συνέχουσα καὶ παχνοῦσα, ποιεῖ ἐκφανῆ διὰ τὸ πλῆθος* conjecerim *διὰ τὸ πλῆθος ἐκφανῆ*. Ib. pro *κωλύει ταὐτὸ εἶναι* tu scribe *κωλ. ταὐτὸν εἶναι*. C. V. 396. e. in verbis: *τρέχοντα ἔγραψεν.* fortasse propt. sequ. *ἀγαναχτοῦντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου* est post *τρέχοντα μὲν* inserendum. Ibid. 396. f. in verbis: *διὸ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔνιοι οὐ φήσουσιν καλῶς ἔχειν, ὅτι τοῦ θεοῦ εἰσιν· ἀλλὰ τοῦ θεοῦ μὴ εἶναι, ὅτι φαύλως ἔχουσιν.* Perizon. ad Ael. Var. Hist. XIV, 15. *οὐ* delet, quod non probo et pro *ἀλλὰ* scribi vult *ἄλλοι*, quod magis arridet. Wyttenb. contra haec improbans et Xylandrum atque

Reiskium secutus οὐ quod vulgo post φρόνιμον legitur, anteponi voluit, uti Hutten. edidit, non recte. Affirmat enim scriptor orationem ita posse inverti, ut eam non minus veram esse debeamus concedere. Pergit igitur: Inde nonnulli dicent, oracula (i. e. eorum versus) non bene habere, quia Dei sint (is enim optimos componet), sed Dei non esse, quia male se habeant. In verbis: ὅτι τοῦ θεοῦ εἰσὶν, fortasse εἰσιν delendum est. Ibid. e conjectura Wyttenb. nunc haec leguntur: τὸ δὲ τὰ ἔπη οὐκ εὖ πεποιῆσθαι τὰ περὶ τοὺς χρησμούς. Libri autem solum habent: τὸ δὲ πεπονῆσθαι τὰ περὶ τ. χρ. quam lacunam Turn. non male, probante Huttenio et Grammio in Specimin. emendatt. Plutarchi in Seebod. Jahn. et Klotz. Annal. Philol. Supplem. II. p. 223., supplevit per μὴ καλῶς. Xyland. suspicatus est: τὸ δὲ οὐκ ἐκπεπονῆσθαι, et Reiskio φαυλῶς deesse visum est. At ego aut cum Turnebo fecerim aut nil deesse crediderim, putans, πονεῖν, ut πονεῖσθαι idem quod interdum latinorum laborare significare hic: male habere, ut sententia sit: laborasse i. e. male habuisse et habere ea, quae ad oraculorum dicta (scil. in versibus) pertinent, tibi perspicuum est. C. VII. 397. c. in verbis: οὐ γάρ ἐστι θεοῦ ἡ γῆρυς, οὐδὲ (scr. οὐδ') ὁ φθόγγος, οὐδὲ (scr. οὐδ') ἡ λέξις, οὐδὲ τὸ μέτρον, mihi ante ἡ γῆρυς etiam οὐδ' additum fuisse videtur, ita ut post θεοῦ pausa fuerit. C. IX. 398. c. in verbis: ἔνιοι δέ φασιν εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος, Reisk. recte pro Μαλεῶνα mavult Μαλέαν, quod est promontorium Peloponnesi e regione Africae, ita ut hic Libycae Sibyllae mentio fiat, de qua plura attulit Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XII, 35. Ib. 398. d. offendo in verbis: τοῦ δὲ ξένου εἰπόντος, quae quibusnam verbis sint struenda nescio. Ad ea enim, quae c. X. sequuntur: Καὶ ὁ Βόηθος—εἶπεν, referri nequeunt. Mihi igitur potius cum iis, quae praecedunt: ὁ δὲ Βόηθος ἔτι μᾶλλον ἦν φανερὸς καταγελῶν struenda esse videntur. Quod si est, pro τοῦ δὲ ξένου εἰπόντος scribendum erit: τοῦ ξένου τότ' εἰπόντος. Pro ξένου autem quod Wyttenb.

et Hutt. e B. et E. receperunt, vulgo *Ζώου* legebatur, ad quod Reisk. adnotavit, posse *Ζωΐλου* conjici. Sub *ξένου* Diogenianus est intelligendus. C. XI. 399. d. feres fortasse *ἐν ᾧ ἅπαντα*, nisi mavis *ἐν ᾧ πάντα*, sed ib. in verbis: *ἐν τούτοις γὰρ οὐθὲν ἀτέκμαρτον, οὐδὲ τυφλὸν, ἀμφί τε τύχην ζητεῖν ἐν ἀπειρίᾳ ὁ λόγος.* Reiskius, Wyttenb. et Hutten. recte quidem intellexerunt, locum esse corruptum, non recte tamen Reisk. *ἀρνεῖται δὲ τύχην* conjecit, neque cum Wyttenb. facio, qui *ἀφίησι τῇ τύχῃ* mavult, neque cum Hutten., qui locum sic supplet: *οὗ τὴν αἰτίαν ἀμφὶ τὴν τύχην ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐν ἀπ. ὁ λ.* Sed ego *τὸν λόγον* dederim pro *ὁ λόγος*, ut sententia sit: In his nihil erat incertum neque obscurum et circa fortunam quaerenda in incertitudine sive insciti ratio ejus. De *τε* post sententiam negativ. v. Matth. Gr. gr. 626. et de infinitivo §. 535. Ib. in verbis: *ἐπεὶ τί κωλύει εἰπεῖν ἕτερον*, Ald. et Bas. exhibent *ἐπὶ τί* quod Xyl. correxit, deinde vulgo *κωλύει ἕτερον* legitur, sed Hutt. ex Turn. et V. adsentiente Mez. post *κωλύει* inseruit *εἰπεῖν*, quod Reisk. pro *ἕτερον* poni voluit. Rectius tamen Wyttenb. ex B. et E. *λέγειν* post *κωλύει* recepit. C. XV. 401. c. non offendes in inscriptionibus in hiatu: *Ἀχάνθιοι ἀπὸ Ἀθηναίων, καὶ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Κορινθίων.* C. XVI. 401. f. in verbis: *ὅθεν (εἶπεν) ἄξιον δὴ καὶ τῶν πόλεων εἴ τι τοιοῦτόν ἐστιν ἀνάθημα τιμᾶν καὶ ἄγασθαι, οἷον τὸ Ὀπουντίων*, pro *ἄγασθαι* Vulc. male *ἄγεσθαι* habet, sed ex eo quod in Ald. et Bas. est *ἄγαν*, ego fecerim *ἀγιοῦν*. C. XVII. 402. c. feres hiatum in verbis: *ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ, ὡς φησι Σιμωνίδης· Ἔνθα κ. τ. λ.* Verba: *ὡς φησι Σιμ.* enim magis ad ea quae sequuntur Simonidis verba sunt referenda. Reisk. sine idonea causa aut post *λοιβὰς* aut post *τούτῳ* deesse censet *τὰς χέρνιβας*. Ib. 402. in verbis: *οὐκ ὀρθῶς οὖν Εὔδοξος ἐπίστευσε τοῖς Στυγὸς ὕδωρ τοῦτο καλεῖσθαι ἀποφήνασι.* probo quidem, quod Hutten. Reiskio probante, cum Wyttenb. ex Ald. Bas. Xyl. B. E. *τοῖς* pro vulg. *τῆς* edidit, sed non ita, quod idem Reiskio probante et c. Wyttenb. e Turn. V. Anon. Mez. *ἀπο-*

φήνασι pro vulg. πεφήνασι recepit. Ego pro πεφήνασι conjecerim πεφάγκασι. Ib. 402. d. in verbis: ὅτε τῷ θεῷ ἐπιδεᾶ γενομένην ἀπολαβεῖν τὸ σεμνόν, Reiskius ante ὅτε lacunam esse scripsit, Wyttenbach. autem adjecit: „Obscuritatem loci non expedio: complura excidisse putem.“ Turn. habet ὥστε τῷ θεῷ. Ego autem conjicio: τότε δὲ τῶν θεῶν (tum autem Musarum) ἐπιδεᾶ γενομένην (inopem s. expertem factam scil. Pythiam) ἀποβαλεῖν τὸ σεμνόν (i. e. magnificam illam rationem in versibus oracula proferendi abjecisse). C. XIX. 403. b. verba Thucydidis (V, 16.) ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξειν suadente Reiskio cum Wassio Wyttenb. et Hutten. pro vulgatis: ἀργύρεα — συλλέξειν restituerunt. Ib. 403. c. in solenni invocatione ὦ δέσποτα Ἄπολλον hiatus non offendit. Ib. 403. d. in verbis oraculi: ὅπου τὸ κέρας ἀποβάλλει ὁ ἶλαφος vocalium concursus poterit defendi. Sed c. XX. 403. f. in verbis: Μισογύνου Ἡρακλέους ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Φωκίδι καὶ νομίζεται τὸν ἱερωμένον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ γυναικὶ μὴ ὁμιλεῖν. libri μισοῦν γὰρ Ἡρακλέους habent, unde Hutten. c. Amiot. Xyland. et Mez. Μισογύνου Ἡρακλ. edidit. Nemo tamen veterum Herculi ejusmodi cognomen tribuit, neque inde, quod sacerdos toto anno mulierum usu abstinebat, recte concludetur, ipsum Herculem ut feminarum osorem esse cultum. Idem enim etiam in Italia fiebat, sed aliis de causis, vid. Plut. Quaest. Rom. 57. Huc accedit, quod multae quidem res ab eo gestae sunt, quibus feminarum nimium amorem, sed nulla, qua earum odium prae se ferret, nisi quod eum Dejanirae succensuisse verisimile est. Denique particula γὰρ, qua ea, quae sequuntur, iis, quae praecedunt, annectuntur, vix carere possumus. Itaque μισοῦν γὰρ mihi non ex μισογύνου, sed ex μέσον γὰρ ortum esse videtur, ut sententia Plutarchi fuerit: Medium enim Herculis templum est in Phocide. Videtur autem locus, quo templum erat, ignobilis fuisse, id quod de plurimis Phocidis locis dici potest; unde etiam nomen Phocidis urbis, in qua Hercules cultus sit, a nullo quantum scio scriptore traditum est. Vid. Metam. critt. ad Plut. emend. p. 16. C. XXI. 404. d. pro: καὶ γὰρ

ἡλίῳ οὐθὲν· οὔτε μᾶλλον ἰδέαν ἔοικε, οὔτε ὡς ὄργανόν χρῆσθαι φύσει γέγονεν εὐπειθέστερον σελήνης· vulgo καὶ γὰρ εἰσὶ οὐθὲν κ. τ. λ. legitur, quem ad locum Wyttenb. adscripsit: „Si εἰσὶ mutes in ἡλίῳ, nihil requires ad sententiae integritatem.“ Quod Hutt. probavit. Ego tamen putaverim Plutarchum pro εἰσὶ scripsisse εἴδεσιν. Dixit enim in antecedentibus se omissurum esse ceram, aurum, argentum et alia materiae formabilis genera (εἴδη), pergitque nunc: Etenim his generibus nihil neque quod ad formam attinet (ἰδέαν, quam repraesentatura sunt) similius est, neque quidquam ut instrumentum facilius natura (rei repraesentatae) uti potest quam luna. Luna igitur cum sit luculentissimum exemplum, cetera omittit. Reiskii conjectura: μᾶλλον τὴν ἰδέαν ἔοικεν, οὔτε ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι non opus est. Ceterum pro οὔτε ante ὡς erit οὔθ' scribendum. Quae autem deinde leguntur: οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ pausa excusabis. C. XXII. 405. a. in verbis: Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος, αἰτίας ἐν ἄνευ θεοῦ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑποτιθέμενος περαινόμενον, οὐ μὴν κ. τ. λ. non video quid hoc sibi velit: nihil causae sine deo perfectum, et omnino dubito, num causam perfici bene dici possit. Censeo igitur αἰτίας ad μαρτυρεῖ esse referendum, ut sententia sit: Testis causae vel rei meae, quam nunc ago, est Homerus; de quo genitivi usu cf. Bernhard. Synt. gr. p. 178. Tum autem μὲν post θεοῦ erit collocandum neque post Ὅμηρος interpungendum. C. XXIV. 406. d. pro ἐφθόνει ὁ θεὸς olim fortasse ὁ θεὸς ἐφθόνει scriptum fuit. Quod enim οὐδὲ (scr. οὐδ') ἀπήλαυνεν sequitur, non offendet. C. XXVI. 407. d. verba: οὐ πείθεται γὰρ ὁ θεὸς τῷ Εὐριπίδῃ ὥσπερ νομοθετοῦντι καὶ λέγοντι· Wyttenb. ita transposuit, cum vulgo legant: οὐ πείθ. γὰρ ὁ θεὸς ὥσπερ τῷ Εὐρ. νομ. κ. λ. Reiskius voluit ὥσπερ νομ. τῷ Εὐρ., quae mutatio sane facilior est. At Graecos saepe ὥσπερ non suo loco posuisse docebit te Bernhard. Synt. gr. p. 461. C. XXVII. 408. b. nunc ex Lysandr. vit. c. XXIX. editum est: ἔπεσεν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ὑπὸ Νεοχώρου Ἀλιαρτίου ἀνδρὸς ἀσπίδα φοροῦντος ἐπίση-

φήναι pro vulg. περφήναι recepit. Ego pro περφήναι conjecerim περάγκοσι. Ib. 402. d. in verbis: ὅτε τῷ θεῷ ἐπιδεᾶ γενομένην ἀπολαβεῖν τὸ σαμνόν, Reiskius ante ὅτε lacunam esse scripsit, Wyttenbach. autem adjecit: „Obscuritatem loci non expedio: complura excidisse putem.“ Turn. habet ὥστε τῷ θεῷ. Ego autem conjicio: τότε δὲ τῶν θεῶν (tum autem Musarum) ἐπιδεᾶ γενομένην (inopem s. expertem factam scil. Pythiam) ἀποβαλεῖν τὸ σαμνόν (i. e. magnificam illam rationem in versibus oracula proferendi abjecisse). C. XIX. 403. b. verba Thucydidis (V, 16.) ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξειν suadente Reiskio cum Wassio Wyttenb. et Hutten. pro vulgatis: ἀργύρεα — συλλέξειν restituerunt. Ib. 403. c. in solenni invocatione ὦ δέσποτα Ἄπολλον hiatus non offendit. Ib. 403. d. in verbis oraculi: ὅπου τὸ κέρας ἀποβάλλει ὁ ἕλαφος vocalium concursus poterit defendi. Sed c. XX. 403. f. in verbis: Μισογύνου Ἡρακλέους ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Φωκίδι καὶ νομίζεται τὸν ἱερωμένον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ γυναικὶ μὴ ὁμιλεῖν. libri μισοῦν γὰρ Ἡρακλέους habent, unde Hutten. c. Amiot. Xyland. et Mez. Μισογύνου Ἡρακλ. edidit. Nemo tamen veterum Herculi ejusmodi cognomen tribuit, neque inde, quod sacerdos toto anno mulierum usu abstinebat, recte concludetur, ipsum Herculem ut feminarum osorem esse cultum. Idem enim etiam in Italia fiebat, sed aliis de causis, vid. Plut. Quaest. Rom. 57. Huc accedit, quod multae quidem res ab eo gestae sunt, quibus feminarum nimium amorem, sed nulla, qua earum odium prae se ferret, nisi quod eum Dejanirae succensuisse verisimile est. Denique particula γὰρ, qua ea, quae sequuntur, iis, quae praecedunt, annectuntur, vix carere possumus. Itaque μισοῦν γὰρ mihi non ex μισογύνου, sed ex μέσον γὰρ ortum esse videtur, ut sententia Plutarchi fuerit: Medium enim Herculis templum est in Phocide. Videtur autem locus, quo templum erat, ignobilis fuisse, id quod de plurimis Phocidis locis dici potest; unde etiam nomen Phocidis urbis, in qua Hercules cultus sit, a nullo quantum scio scriptore traditum est. Vid. Metam. critt. ad Plut. emend. p. 16. C. XXI. 404. d. pro: καὶ γὰρ

ἡλίῳ οὐδὲν· οὔτε μᾶλλον ἰδίαν ἔοικε, οὔτε ὡς ὀργανόν χρῆσθαι φύσει γέγονεν εὐπειθέστερον σελήνης· vulgo καὶ γάρ εἰσί οὐδὲν κ. τ. λ. legitur, quem ad locum Wyttenb. adscripsit: „Si εἰσί mutes in ἡλίῳ, nihil requires ad sententiae integritatem.“ Quod Hutt. probavit. Ego tamen putaverim Plutarchum pro εἰσί scripsisse εἴδεσιν. Dixit enim in antecedentibus se omissurum esse ceram, aurum, argentum et alia materiae formabilis genera (εἴδη), pergitque nunc: Etenim his generibus nihil neque quod ad formam attinet (ἰδέαν, quam repraesentatura sunt) similius est, neque quidquam ut instrumentum facilius natura (rei repraesentatae) uti potest quam luna. Luna igitur cum sit luculentissimum exemplum, cetera omittit. Reiskii conjectura: μᾶλλον τὴν ἰδέαν ἔοικεν, οὔτε ὡς ὀργάνῳ χρῆσθαι non opus est. Ceterum pro οὔτε ante ὡς erit οὔθ' scribendum. Quae autem deinde leguntur: οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ pausa excusabis. C. XXII. 405. a. in verbis: Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος, αἰτίας ἐν ἄνευ θεοῦ οὐδέν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑποτιθέμενος περαινόμενον, οὐ μὴν κ. τ. λ. non video quid hoc sibi velit: nihil causae sine deo perfectum, et omnino dubito, num causam perfici bene dici possit. Censeo igitur αἰτίας ad μαρτυρεῖ esse referendum, ut sententia sit: Testis causae vel rei meae, quam nunc ago, est Homerus; de quo genitivi usu cf. Bernhard. Synt. gr. p. 178. Tum autem μὲν post θεοῦ erit collocandum neque post Ὅμηρος interpungendum. C. XXIV. 406. d. pro ἐφθόνει ὁ θεὸς olim fortasse ὁ θεὸς ἐφθόνει scriptum fuit. Quod enim οὐδὲ (scr. οὐδ') ἀπήλαυνεν sequitur, non offendet. C. XXVI. 407. d. verba: οὐ πείθεται γὰρ ὁ θεὸς τῷ Εὐριπίδῃ ὥσπερ νομοθετοῦντι καὶ λέγοντι· Wyttenb. ita transposuit, cum vulgo legant: οὐ πείθ. γὰρ ὁ θεὸς ὥσπερ τῷ Εὐρ. νομ. κ. λ. Reiskius voluit ὥσπερ νομ. τῷ Εὐρ., quae mutatio sane facilior est. At Graecos saepe ὥσπερ non suo loco posuisse docebit te Bernhard. Synt. gr. p. 461. C. XXVII. 408. b. nunc ex Lysandr. vit. c. XXIX. editum est: ἔπεσεν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ὑπὸ Νεοχώρου Ἁλιαρτίου ἀνδρὸς ἀσπίδα φοροῦντος ἐπίση-

μον ὄφιν ἐχουσαν, cum vulgo legeretur: ἐντ. ἐκείνοις, ὑφ' ὧν ὁ χῶρος Ἀλιάρτου ἀνδρὸς κ. τ. λ. et in Bas. sit: ὑπὸ Ἰναχίωνος Ἀλιάρτου. Hiatus in his verbis minus offendit. C. XXVIII. 408. f. in verbis: πλέον ἀληθείας ἐκείνῃ μέλει ἢ δόξης post πλέον vulgo lacuna est, quam Wyttenb. ex Anon. Turn. Mez. verbo ἀληθείας, quod etiam in ind. Francoft. e cod. non nominato commendatur, recte explevit, consentiente Reiskio, qui tamen τι post πλέον inseri voluit. Deinde autem cum vulgo legatur ἢ ἐκείνῃ (scr. κείνῃ) μέλει δόξης, ordo verborum est quidem paulo insolentior, tamen non ita comparatus, ut non Plutarcheus dici possit, eratque retinendus.

Quod si hoc in libro duodeviginti in locis vocales ita concurrunt, ut minus facile apostropho corrigi aut excusari possint, novem tamen ejusmodi vitia minime codicum nituntur auctoritate, aut certe codicum ope possunt tolli, v. c. V. bis. XI. XVI. XVII. XX. XXI. XXVI. et XXVIII. In quatuor locis mutatio aliis de causis commendatur c. IX. XI. XVII. et XXII., ita ut in quinque tantum locis in solo vocalium concursu sit haerendum, v. c. III. IV. V. VII. XXIV.

In libro de defectu oraculorum C. I. 410. a. in verbis: μύθου παλαιοῦ, καθάπερ ζωγραφήματος ἀφῇ ἀποπειρώμενον olim fortasse ἀποπειρώμενον ἀφῇ fuit scriptum. C. IV. 411. a. in verbis: ἀλλ' ἐλάττονα γίνεσθαι, ἀεὶ πρὸς τὰ βόρεια τῶν νοτίων συναγωγὴν λαμβανόντων, ἀεὶ fortasse est delendum, quod quam saepe sit additum neminem fugit. Hoc in loco ex ultima verbi γίγνεσθαι syllaba oriri potuit. C. V. 411. f. vulgo haec leguntur: καίτοιγε περὶ τὰ Μηδικὰ μὲν εὐδοκίμησεν οὐχ ἧττον, τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω ἀπεπειράθη μὲν ὡς ἔοικεν ἀμφοτέρων. ὡς ὁ μὲν οὖν τοῦ μαντείου προφήτης φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος, τὸ πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων χρήσιμον ἐξήνεγκεν. ὥστε μηδένα ξυνεῖναι ἁγίων τῶν παρόντων ὃν ἐκεῖνον, ὡς τοῦ ἐνθουσιασμοῦ τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστιν. οὐ δέδοται φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπηρετοῦσαν. Libri variant primum in ἀπεπειράθη μὲν, Pet. enim exhibet ἀπεπηράθη μὲν, et Turn. ἀπεπειράθη δὲ: deinde pro ὡς ὁ μὲν

in Pet. est ὡς μὲν, ap. Turn. et Vulc. ὧν ὁ μὲν οὖν. Tum pro τὸ πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων χρήσιμον Basil. habet τὸν πρὸς τοὺς τ. βαρβ. χρησμὸν. Denique pro ξυνεῖναι ἁγίων τῶν παρόντων ὃν ἐκεῖνον Turn. praebet: ξυνεῖναι ὁσίων τῶν παρόντων ἐκείνων et Turn. etiam c. Vulc. ἐκεῖνον absque ὃν tuetur. In Petav. est ξυνεῖναι ἁγίων παρόντων. Inde Turneb. legi vult: ἀπεπειράθημεν, ὡς ἔοικεν ἀμφοτέρων, ὧν ὁ μὲν τοῦ μαντείου προφήτης φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος, τὸν πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων χρησμὸν et deinde ὁσίων παρόντων ἐκεῖνον. Xylander autem: Ἀμφιάρεω. Ἀπεπειράθη (sign. activ.) μὲν, ὡς ἔοικεν, ἀμφοτέρων ὁ Μαρδόνιος. Ὁ μὲν οὖν τοῦ ἐν Λεβαδίᾳ μαντείου πρ. φων. Αἰ. χρ. τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους χρησμὸν ἐξ. ὥστε μηδένα ξυν. ὁσίων τῶν παρόντων ἐκεῖνον· ὡς τοῦ ἐνθ. λέγοντος (aut σημαίνοντος) ὅτι τοῖς βαρβάροις etc. Reiskius haec conjecit: τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω. ὧν ἀπεπειράθημεν (aut ἀπεπειράθη ὁ Μαρδόνιος) ἀμφοτέρων. ὁ μὲν οὖν τοῦ παρὰ Πτῴῳ Ἀπόλλωνι μαντείου προφητὴς φωνῇ Καρίᾳ χρώμενος τὸν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν βαρβάρων χρησμὸν ἐξ. ὥστε μηδ. ξυν. ἁπάντων τῶν παρόντων ἐκείνου aut τῶν παρόντων, ὧν ἔλεγεν ἐκεῖνος. Deinde offendit in dictione ἐνθουσιασμοῦ τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστι et pergit: οὐδὲ δίδοται. Wyttenbachius denique ex Herod. VIII, 135. et Pausan. IX, 23. locum sic constituit, et in versione verba etiam reddidit: οὐχ ἧττον τὸ Πτῴου ἢ τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω. Καὶ ἀπεπειράθη Μαρδόνιος, ὡς ἔοικεν, ἀμφοτέρων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Πτῴου μαντείου προφήτης φωνῇ Αἰολίδι χρώμενος τὸ προτοῦ, τῇ βαρβάρων χρησμὸν ἐξήνεγκεν· ὥστε μηδένα ξυνεῖναι ἀστῶν τῶν παρόντων ὃν ἔχει νοῦν· τοῦ δ' ἐνθουσιασμοῦ ὁ βάρβαρος ἤκουσεν, οὐδ' ἐδεῖτο φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προστατόμενον ἑρμηνεύουσαν. At Wyttenbachius priusquam tot tantasque loci mutationes proponeret, debebat Herodoti verba VIII, 134. magis spectare dicentis: Myn illum et Lebadiae et Abarum et Thebarum oracula adiisse, ita ut minime necessarium sit, scriptorem hic de Ptoi oraculo loqui, idemque narrare, quod Herod. et Pausan. loc. all. Equidem missas faciens omnes has violentas conjecturas, ad quas tamen Turnebi rationem non retulerim, locum sic

scribendum esse censeo: καίτοιγε περὶ τὰ Μηδικὰ μὲν εὐδοκίμησεν οὐχ ἧττον (quam Lebadiae oraculum sive Trophonium, cujus in antecedentibus mentio facta est) τὸ τοῦ Ἀμφιάρεω. ἀπεπειράθη δ' (δ' c. Turn., ἀπεπειράθη autem ut impersonaliter dictum accipio, quo de usu cf. Matth. Gr. gr. 297. n. 3.) ὡς ἔοικεν, ἀμφοτέρων. ὧν ὁ μὲν οὖν (sic cum Turn. et Vulc.) τοῦ μαντείου προφήτης φωνῇ χρώμενος Αἰολίδι (ita hiatus causa verba collocaverim) τὸν πρὸς τοὺς τῶν βαρβάρων χρησμὸν (ita c. ed. Bas.) ἐξήνεγκεν, ὥστε μηδένα ξυνεῖναί τι τῶν ἁγίων παρόντων (ea vi, ut sit: ut nullus barbarorum intelligeret quid de sacris praesentibus, post quae verba ὃν ἐκεῖνον c. cod. Pet. delendum esse censeo), ὡς τοῦ ἐνθουσιασμοῦ τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστιν (ut sit: quia sive uti furoris divini quid, quo sacras illas caeremonias per se intellecturi fuissent, barbaris non est), οὐδὲ (e conj. R.) δέδοται φωνὴν Ἑλληνίδα λαβεῖν τὸ προστατταόμενον. ὑπηρετοῦσαν (quod est: neque iis licuit vocem graecam accipere i. e. sibi comparare, quae mandatum adjuvaret i. e. qua id, quod sibi a Mardonio mandatum erat, poterant facere responsumque oraculi capere et referre). Videbis inde mutatione fere nulla opus esse in loco, quem Wyttenbachius insigniter vitiis et lacunis foedatum pronuntiat et Xylander atque Reiskius vario modo tentaverunt. Ib. 412. b. ubi haec leguntur: ἤκμαζε δὲ τότε καὶ τὸ περὶ τὰς Τεγύρας χρηστήριον, ὅπου καὶ γενέσθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι, καὶ ναμάτων δυεῖν παραῤῥεόντων, τὸ μὲν, φοίνικα, θάτερον δ' ἐλαίαν καλεῖσθαι ἄχρι νῦν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν. offendo primum in eo, quod rivuli isti arborum nomina et quidem alter palmae, alter oleae gerere dicuntur, deinde omnino non intelligitur, cur rivulorum quorundam nomina addantur, quae nil ad rem faciunt, cum de ortu Apollinis sermo et potius dicendum sit, eum juxta hos rivulos sub palma et olea natum esse. Ita enim antiqui rem retulerunt, v. Jacob. Lexic. Mythol. p. 113. Jure igitur verbum καλεῖσθαι in codd. Pet. Ald. Bas. omissum est, quo deleto omnia bene habent. Sententia loci enim tum erit: Dicunt Apollinem ad Te-

gyras natum esse et quidem duobus rivulis altero palmam, altero oleam praeterfluentibus (i. e. in loco, ubi praeterfluunt) idque hodie quoque fieri, ut rivuli has arbores ibi praeterfluant, nonnulli dicunt. Turnebus autem, qui τοῦ μὲν et θατέρου δ' habet, et Reiskius qui ὡς delendum censet nominativi explicativi usum ignoraverunt, de quo vid. Bernhard. Synt. gr. p. 68. Cf. Metam. crit. ad Plut. emend. p. 9. et 10. C. IX. 414. d. in verbis: μᾶλλον δ' ὕλη στέρησις οὖσα ἀναφεύγει πολλάκις καὶ ἀναλύει τὸ γινόμενον ὑπὸ τῆς κρείττονος αἰτίας, offendo primum in eo, quod ὕλη materia στέρησις οὖσα dicitur i. e. privatio; nam quod latinus interpres dedit: privationi obnoxia, verba ipsa significare nequeunt. Deinde viri docti etiam in eo haeserunt, quod materia eandem rem fugere et dissolvere, quae actiones sibi contrariae esse videantur, pronuntiatur. Inde Xylander ἀνυφαίνει retexit in versione pro ἀναφεύγει dedit probante Wyttenb. et commemorante Gataker. Advers. p. 46. Equidem pro στέρησις οὖσα conjecerim στερέωσις οὐσίας, ut sententia sit: materia, quae est fundamentum sive solidum substantiae effugit et (sic) dissolvit (male ἀναλύει verterunt per mutat) id, quod a praestantiore causa fuerat conditum. C. XII. 416. a. ad verba: ἀλλ' οὔτε τοῦ κόσμου τὴν φθορὰν ἀνέχομαι λεγομένην, τα τ' ἀμήχανα καὶ ὧν ὑπόμνησις τῶν φωνῶν μάλιστα περὶ τὴν κορώνην καὶ τὴν ἔλαφον ἐκδύεσθαι ἐπὶ τοὺς ὑπερβάλλοντας. Wyttenb. adscripsit: „corruptissima neque ex libris neque conjectura expedio.“ Turneb. legendum conjecit: ἐπ' ἐνιαυτοὺς ὑπερβ., quod consent. Anon. Xylander probat et e Vulc. enotat. Reisk. suspicatur post ἀμήχανα aliquid deesse et deinde legit: καὶ ὧν ὑπέμνησας τῶν φωνῶν μάλιστα τῶν περὶ, nec non ἐκλύεσθαι εἰς ἐνιαυτοὺς ὑπερβάλλοντας. Faehsius pro τά τ' ἀμήχ. legit οὔτ' ἄλλα τ' ἀμήχανα, loco καὶ ὧν mavult scribi οἷον vel ὧν καὶ quorum etiam scil. est, deinde ὑπόμνησις, sc. ἐστὶ vel ὕμνησις praedicatio; post ἔλαφον inserit ἃς, pro ἐνδύεσθαι conjicit ἐκτείνεσθαι et pro ἐπὶ τοὺς ὑπ. adoptat [εἰς] ἐπ'

ἐναντιὸς ὑπαρξῇ. Proxima ei per interrogationem sunt efferenda vel *οὐκ* mutandum in *οὐκοῦν*. Sententiam loci hanc esse dicit: Sed neque mundi interitum ego admitto, neque alia, quae fieri non possunt (quorum etiam), qualis est commemoratio vel praedicatio vocum inprimis cornicis et cervi, quos dicunt in miram quandam annorum summam extendi. Nonne annus — nonne inepte hominis aetas dicitur? Xylander contra locum vertit: sed neque mundi interitum ego admitto, neque alia, quae fieri non queunt: cum maxime ipsa vox cornicis et cervi moneat, in tantam annorum summam excrescere non posse rem. Equidem locum ita emendo: Non admitto, inquit, omnia ea, quae fieri nequeunt (*τὰ ἀμήχανα*) et ea, ex quibus, dico dicta maxime de cornice et cervo, recordatio (*ὑπόμνησις*) est, emergere sive exire modum (in annorum numero definiendo) excedentes, ita ut *ἐπὶ* delendum esse censeam. C.XX. 480. e. in verbis: *ἄλλως γὰρ ἰσχυρὸν ἀρετὴν καὶ κακίαν εἶναι ἀσθενὲς λέγομεν, οὐ πρὸς διαμονὴν καὶ διάλυσιν σώματος*, vulgo *ἀσθενοῦς λεγομένου, πρὸς* habent, in quibus corrigendis Amiot. Turn. Xyl. T. V. (e duobus his in ind. Var. sic enotatur: *ἀσθενὲς* vel *ἀσθενῆ λεγόμενον οὐ πρὸς*) Mez. R. recte consentiunt. In Wyttenb. vitiose et in textu et in nota *ἀσθενεῖς* legitur. Ego *εἶναι* delendum esse censeo. C.XXI. 481. c. verba: *τῷ δ' ἀποκτείναντι μήτ' ἐννέα ἐτῶν, μήτ' εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι τὴν φυγήν, ἀλλ' ἐκπεσόντα ἐλθεῖν εἰς ἕτερον κόσμον· ὕστερόν δ' κ. τ. λ.* vulgo ita post *Τέμπη* leguntur: *γενέσθαι μετὰ τοῦ φυγεῖν αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμον.* Turn. habet: *μετὰ τοῦτο φυγὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμου.* Vulc. *μετὰ τούτῳ φυγεῖν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμον.* Reiskius legi vult: *τῷ δ' ἀποκτείναντι μήτ' ἐννέα ἐτῶν γενέσθαι φυγὴν, μήτ' εἰς τὰ Τέμπη παραγενέσθαι μετὰ τὴν φυγὴν αὐτὸν, ἀλλὰ—αὐτοῦ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐκπεσόντα κόσμου.* Faehsius conjecit: *τῷ δ' ἀποκτ. μ. ἐννέα ἐτῶν φυγὴν, μήτ' ἐ. τ. Τ. γ. μετὰ τὸ φυγεῖν κάθοδον ἐκπεσεῖν τε κόσμου.* At mihi Euseb. in Praep. Evang. V,

5. uti in aliis locis, ita hic quoque verum servasse videtur, unde Wyttenb. et Hutt. locum correxerunt. Censeo tamen post *ἐκπεσόντα* esse *μὲν* addendum, quo magis respondeat sequ. *ὕστερον δ'*. C. XXIII. 422. d. pro *ἐπέρχεται κἀμοὶ περὶ τοῦ ξένου εἰπεῖν* fortasse olim *ἐπέρχ. κἀμοὶ περὶ τὸν ξένον* (v. Matth. Gr. gr. §. 589.) editum erat. C. XXVII. 425. a. in verbis: *ἔχει γὰρ καὶ μέσον ἕκαστος ἴδιον, καὶ πάθη σωμάτων, καὶ μεταβολὰς, καὶ φύσιν, καὶ δύναμιν, ᾗ σώζει κατὰ χώραν καὶ φυλάττει ἕκαστον.* Wyttenb. e Mez. recepit *ᾗ* quod vulgo abest, expressit tamen jam Xyl. e Turn. neque minus Reiskius dari voluit. Ego autem hanc mutationem minus probaverim. Dicit enim scriptor: Habet quisque peculiare medium et corporum affectiones et mutationes et servat et tenet naturam et vim suo loco, ita ut potius *ἕκαστον* delendum esse censeam. C. XXVIII. 425. d. in verbis: *τὸν κόσμον ἐν μέσῳ φησὶν ἱδρύσθαι, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τὸν μέσον τόπον ἀϊδίως κατειληφυῖαν, οὐχ ἥκιστα τούτῳ συνεἰργεσθαι πρὸς τὴν διαμονὴν καὶ οἱονεὶ ἀφθαρσίαν*, Wyttenb. *συνεργεῖσθαι* est suspicatus, quomodo etiam Xyl. et Kaltw. locum expresserunt, Reiskius *συνειργάσθαι*. At si cum Hutt. e Turn. et Vulc. probante Wyttenb. *τούτῳ* pro *τοῦτον* scripsisti (R. *τοῦτο* conjecit), recte *συνείργεσθαι* ut sit: medio illo loco concludi quasi ad interitus immunitatem, poteris tueri. Ante *ἀφθαρσίαν* autem articulum *τὴν* addendum esse censeo. C. XXXII. 427. d. *ἐπεὶ ἀὴρ μὲν* potest excusari, sed XXXV. 428. f. pro *τῶν ἀνωτάτω ἀρχῶν* scrib. *τ. ἀνωτατῶν ἀρχ.* C. XXXVII. 430. b. ut verba Platonis afferuntur *συστάσει ὁ θεὸς* et *κατεχρήσατο, ἐκεῖνο διαγράφων.* Ib. 430. e. in verbis: *διὰ τὸ πολλῶν, ὥσπερ εἴρηται, τῶν ἄλλων φύλων ἀναπεπλησμένα, ἀπελθεῖν.* vulgo et ap. Wyttenb. legitur: *ἄλλων φύλλων ἀναπεπλησμένων*, ubi *φύλλων*, quod aperte est vitiosum (Wyttenb. nil adscripsit), cum Hutten. in *φύλων* est mutandum. Xyl. susp. *φυλῶν*, quod idem valet, afferens, Turnebum quoque ita legisse videri. Non ita tamen necessaria esse videtur conjectura Turn. et Vulc. *ἀναπεπλησμένα* vel quod praeferrem *ἀναπεπλησμένας*. Explico enim

locum ita: quia discedebant cum multa (eorum) a ceteris generibus contaminata essent, ita ut πολλῶν (multae eorum partes) subjectum et genit. τῶν ἄλλων φύλων objectum sit. C. XLI. 433. b. in verbis: ἑτέρῳ δὲ πειρώμενοι ποταμῷ, οὐδενὶ δύνανται συναγωγεῖν οὐδὲ κολλῆσαι τὴν τέφραν. dativus ἑτέρῳ ποταμῷ offendit. Πειρᾶσθαι enim cum genit. et rarius c. accus. struitur, cum dativo modo, si significatur: certare cum aliquo. Conjicio igitur hoc in loco ἕτερον — ποταμὸν esse legendum, de quo usu v. Kühner. Gr. gr. 530. n. 2. Excusari fortasse poterit hiatus c. XLIII. 433. e. in verbis: Οἱ μέντοι δοξάζοντες ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν εἶναι, εἰκότως Ἀπόλλωνι καὶ γῇ κοινῶς ἀνέθεσαν τὸ χρηστήριον. Ib. 434. a. in verbis: εἶτα πάλιν ἐκεῖ διὰ χρόνου ἐπιφαινόμενα τοῖς αὐτοῖς, Hutten. Turnebum et Xylandrum secutus est διὰ χρόνου scribens pro vulgato διὰ χρόνον (Hutten. dicit vulgatum διὰ χρόνων esse). Mihi διὰ χρόνον recte habere videtur, est enim: temporis ope, nostrum: im Verlaufe der Zeit, ita ut tempus id afferat; quo de usu cf. Matth. Gr. gr. p. 1151. Hoc autem probandum est et probavit etiam Wyttenb., quod nunc e Turn. V. Pet. ἐπιφαινόμενα pro vulg. ἐπιφαινομένη receptum est. Xyl. susp. ἐπεφαίνετο, R. διὰ χρόνων ἐπεφαίνετο. Sed quod Wyttenb. pro τοῖς αὐτοῖς conjicit τόποις et Reisk. ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, non probo, τοῖς αὐτοῖς enim ad ea, quae sequuntur refero, ut sit: iisdem (scil. accolis) vel prope influentes. C. XLV. 434. d. in verbis: ἔχων δὲ περὶ αὐτὸν Ἐπικουρείους τινὰς τὴν καλὴν δή, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, φυσιολογίαν ἐνυβρίζοντας τοῖς τοιούτοις, εἰσέπεμψεν κ. τ. λ. Hutten. Wyttenbachium est secutus, qui locum sic refingendum censuit. Vulgo legitur: τὴν καλὴν δὴ καὶ φυσιολόγον ἐνυβρίζοντας, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, τοῖς τοιούτοις εἰσέπεμψεν. Turnebus, Xyl. auctore, legisse videtur: διὰ τὴν καλὴν et φυσιολογίαν. Ex eodem et Vulc. etiam afferuntur: τοῖς καλοῖς λόγοις, τῷ καλῷ δὴ τῆς φύσεως λόγῳ, ἢ τὴν καλὴν δηλαδὴ ἀλήθειαν· καλοὺς δὲ τῆς φύσεως λόγους. Mihi tamen vulgatum ferri posse videtur, si ad καλὴν et φυσιολόγον supples τέχνην

sive φιλοσοφίαν, quod in sermone de philosophia et cum Epicurei ipsi sint nominati, fieri poterit. Reiskius non recte supplet ὕβριν locumque ita explicat: qui praeclaram illam, quae rerum causas exponit, insolentiam h. e. insolentem, protervam et arrogantem ferocemque philosophiam, talibus affricant, quales scil. sunt legati et alii magistratus literis aut non imbuti aut non satis instructi. Idem post τοιούτοις comma ponendum recte monuit. Est nostrum: „die einmal die schöne und physiologische, wie sie sie nennen, der Art Leuten an den Hals werfen.“ Ib. 434. c. in verbis: ὁ δ' ἡγεμὼν ἐκεῖνα ἐξεπλάγη e Petav. ἐκεῖνος est recipiendum, quod jam Reiskius legi voluit. C. XLVI. 435. c. ab Hutten. e Turn. et Vulc. editum est: καίτοι θεῷ μὲν ἢ δαίμονι αἰτίαν τὴν πλείστην ἀνατιθέντας, εἰκός ἐστι ταῦτα ποιεῖν καὶ νομίζειν, ubi vulgo θεοῦ μὲν ἢ δαίμονος habent, quod retinuerim. Αἰτία tum est idem quod latinorum causa, eritque nostrum: weil sie den grössten Theil (der Sache) als eines Gottes oder Dämons Sache angeben. Reiskius voluit: θεοῖς μὲν ἢ δαίμοσι. Deinde pro vulg. ἀνατιθέντας cum Wyttenb. ex A. B. (qui in marg. ἀνατιθέντας habent) Venet. et Pet. ἄνευ τιθέντας erit recipiendum. Ἄνευ tum erit procul nostrum mittelbar. Ib. 435. e. in verbis: δεινὸν ἡγοῦμαι μὴ θεῷ καὶ προνοίᾳ τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ καὶ ἀρχὴν, ἀλλὰ τῷ κατὰ τύχην καὶ αὐτομάτῳ ἀνατίθεσθαι. a Wyttenb. et Hutt. αὐτομάτῳ pro vulgat. αὐτομάτως ex A. B. Venet. I. et Pet. est receptum. At videtur vulgatum minime spernendum esse, est: et ita ut sua sponte factum sit.

Quae si probas, quinque hujus libri graviores hiatus librorum ope tolles (c. V. bis XLIII. et XLVI. bis.), quinque aliis de causis, c. V. XII. XXVII. XXVIII. et XLI., et sex propter vocalium concursum, c. I. IV. V. XX. XXIII. XXXV.

Libello quo scriptor virtutem doceri posse est demonstraturus, recte Wyttenbachius judicavit non integram neque continuam contineri disputationem, sed disputationis excerptum compendium. Minus igitur offendes

in hiatibus, ex quibus tamen qui c. I. 439. a. legitur μυρία ἐστὶν in codicibus, qui μυρία δ' ἐστὶν exhibent, non est. Reiskius quidem quo erat ingenii acumine, bene hic monet: „saepe se observasse in meta concursus duorum vocalium futuri indeque orituri hiatus et injucundi soni, interseri hanc particulam lubricandae et suavitate ornandae orationis ergo.“ Vult tamen non minus quam Steph. Wyttenb. et Hutt. δ' deleri. Xylander in iis quae antecedunt, εἰ delevit. Ego vulgatum probo. Sententiam enim scriptoris hanc esse duco: deinde admiramur, si rhetorum, et gubernatorum, et architectorum et rusticorum opera (sexcenta autem sunt), non ita autem virorum facta et opera facile bona dicuntur. C. II. 439. e. legitur: παραπόλλυται ὁ μισθὸς τῶν παιδαγωγῶν, ubi a Plutarcho fortasse τῶν παιδ. ὁ μισθ. scriptum erat.

In libro de virtute morali c. II. 441. a. jure offendes in mira verborum collocatione: ἔοικε δὲ καὶ Ζήνων εἰς τοῦτό πως ὑποφέρεσθαι ὁ Κιττιεὺς, ubi Ζήνων ante ὁ Κιττιεὺς collocaverim. C. III. 442. a. Wyttenb. e Mex. edidit: ἕτερον δὲ τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιστασίας δεόμενον, cum vulgo ἄτακτον ἐξ ἐπιστασίας ἑαυτοῦ δεόμενον legant. Ἐπιστασίας deest in Ald. Bas. cod. Pet. Stephanus primus recepit e Pol. Leonic. Schott., sed alieno posuit loco post ἄτακτον ἐξ, ubi etiam Xyland. habet, qui τοῦ κρατοῦντος, κυβερνῶντος, συντάττοντος aut tale quid subaudiendum esse dicit. Reisk. legi voluit: ἄτακτον καὶ ἐπιστασίας ἑτέρου δεόμενον. Sed Turn. Vulc. Bong. rectius habent: ἐξ ἑαυτοῦ δεόμενον ἐπιστασίας. Faehsius autem quod dicit, se non habere quo ἐξ referat, nisi legatur: ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιστασίας addaturque ἐκείνου, in eo erravit. Ἐξ ἑαυτοῦ est propter se ipsum. Ib. in verbis quae haec excipiunt, legitur: οὗ πάλιν διχῇ μεριζομένου, τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται ἐπιθυμοῦν, τὸ δὲ (scr. δ') ἔστι μὲν ᾗ τούτῳ προστιθέμενον, ἔστι δὲ (scr. δ') ᾗ τῷ λογισμῷ παρέχον ἰσχὺν ἐπὶ τοῦτο καὶ δύναμιν, θυμοειδὲς· verbum ἐπιθυμοῦν abest ab Ald. Bas. Xyl. Pet. B. Stephanus primus dedit τὸ ἐπιθυμοῦν. Wyttenb. tamen c. Turn. et Bong. artic-

lum delevit additque, ἐπιθυμοῦν item esse in E. Venet. 1. 2. 3. Pol. Jannot. Schott, unde non satis apparet, utrum sine τὸ, an cum τὸ. Equidem articulum desidero, quia ἐπιθυμοῦν non adjectivum est usitatum, quale θυμοειδές, ante quod Reiskius minus bene etiam articulum praefingi voluit. Inde etiam in iis, quae sequuntur, legimus: ἀποδείκνυσι δὲ τὴν διαφορὰν μάλιστα τῇ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος ἀντιβάσει, πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦν καὶ θυμούμενον. Si deinde pergitur: ὥστε ἕτερα εἶναι πολλάκις ἀπειθοῦντα καὶ δυσμαχοῦντα πρὸς τὸ βέλτιστον, jure Reiskio jam ἕτερα fuit suspectum. Non enim patet, quomodo inde, quod mens et ratio contra cupiditatem et iracundiam pugnet, sequatur, etiam alia esse, quae optimae adversentur parti. Faehsius igitur conjecit: ὥστε στερρὰ εἶναι πολλὰ καὶ ἀπειθοῦντα κ. τ. λ. At mihi multo verisimilius esse videtur, ἕτερα εἶναι non esse a Plutarcho profectum, sed eum perrexisse post θυμούμενον, ὡς πολλάκις ἀπειθοῦντα κ. τ. λ. contra cupiditatem et iracundiam ut saepe adversantes. C. IV. 443. c. verba: ὡς τίπῳ εἰπεῖν, ut vulgarem dicendi rationem usuque satis tritam, ita ut in ea hiatus minus offenderet, non tentaverim. C. V. 443. e. in verbis: ἔστι τοίνου (ita Stob. Serm. III, 39. c. Bas. B. E. Venet. 2. Xyl. Mez. Wytt. Reisk. prob. et Hutt. pro vulg. ἔτι τοίνυν) τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ἁπλῶς (ita Hutt. et Wytt. e Stob. prob. R. pro vulg. ὅπως e Turn. not. οὕπως, ὅμως, ὁμοίως) ἔχοντα, τὰ δὲ πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς· ἁπλῶς μὲν οὖν ἔχοντα, γῆ, οὐρανὸς, ἄστρα, θάλασσα· πῶς δὲ (scr. δ') ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς, ἀγαθὸν, κακόν· αἱρετὸν, φευκτόν· ἡδὺ, ἀλγεινόν· ἀμφοῖν δὲ τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος, τὸ μὲν περὶ τὰ ἁπλῶς ἔχοντα μόνον (Turn. V. μένον), ἐπιστημονικὸν καὶ θεωρητικόν ἐστι· τὸ δ' ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν. illa τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος offendunt. Latinus interpres vertit quidem: horum utrumque cum consideret doctrina. At quam mire haec essent expressa, cum potius significent: utriusque doctrina sive ratio cum sit contemplativa, alterum contemplativum, alterum activum est. Quae sibi ipsis sunt contraria. Cujus

enim ratio sive doctrina contemplativa esse dicitur, id non potest activum dici, idque ita, ut oppositum sit contemplative. Deleas igitur verba τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος ut ab interprete ad totum locum adscripta. Hiatus autem illi γῇ, οὐρανὸς, et ἡδὺ, ἀλγεινόν non offendunt. C. VI. 444. e. pro ἡ ἀρετὴ εἴη ἂν μεσότης olim fortasse ἡ ἀρ. μεσότης ἂν εἴη fuit scriptum. Ib. 445. b. in verbis: δεικνύειν τὸ πάθος, ὡς ἕτερόν τι νομιδῆ τοῦ λόγου ἐστίν. videtur ἐστὶν delendum esse. Ib. 445. c. in verbis: ὅθεν οὐδ' ἀρετὴν αὐτοτελῆ ἀξιοῦσι τὴν ἐγκράτειαν, ἀλλὰ (scr. ἀλλ') ἔλαττον ἀρετῆς εἶναι· Faehsius non male conjecit post ἔλαττον esse τι adjiciendum conferrique jubet ex iis quae sequuntur: τὴν ἀκρασίαν ἔλαττόν τι κακίας εἶναι, παντελῆ δὲ κακίαν, τὴν ἀκολασίαν. At his ipsis verbis ductus conjicio αὐτοτελῆ esse potius delendum. Si enim continentia minus quid virtute est, omnino non virtus est, potest ergo non dici, eam non perfectam virtutem esse.

Ex septem igitur vitiis quae hoc in libro ex vocalium concursu oriuntur, duo eaque in cap. III. librorum auctoritate, tria aliis de causis II. V. et VI., et duo (c. VI.) hiatus evitandi causa videbantur tollenda esse.

In libro de cohibenda ira c. II. 454. b. in verbis: καὶ γὰρ ὑπερήφανος καὶ αὐθάδης καὶ ὅλως ὑφ' ἑτέρου ὁ θυμὸς δυσκίνητος ὤν, ὥσπερ ὀχυρὰ τυραννὶς, ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν, ὀφελει σύνοικον καὶ συγγενὲς τὸ καταλύον. est ὁ θυμὸς delendum, et ἡ ψυχὴ ex iis quae praecedunt, supplendum, quo etiam ὀχυρὰ τυραννὶς, et inprimis ἐξ ἑαυτῆς ducit, quod Reisk. in ἐξ ἑαυτοῦ mutari voluit. C. IV. 455. a. verba: οὓς εἴ τις ὑφεῖλεν αὐτῷ ἐν ἀρχῇ καὶ διεκώλυσεν. Wyttenb. et Hutt. e Voss. ita dederunt, cum libri pro αὐτῷ tueantur αὐτῶν, quod ego retinuerim et ad λόγων, quo etiam οὓς refertur, retulerim et cum ἀρχῇ struxerim, ut sententia sit: quae si quis intercepisset in initio eorum. Reisk. voluit aut αὐτῷ aut ἁπάντων scribi, aut αὐτῶν in versum proximum deductum post αὔξησιν collocari aut omnino deleri et Faehsius videtur εὐθὺς pro αὐτῶν suadere. C. VI. 456. a. in verbis: διηρμοσμένον ἦν συρίγγιον, ᾧ τὴν φωνὴν οἱ ἁρμονικοὶ

σχολῇ ἐπ' ἀμφότερα διὰ τῶν τόνων ἄγουσα. e Xylandr. conj., quam etiam Reisk. non improbavit, Wyttenb. et Hutt. σχολῇ, ut sit paulatim, gradatim, dederunt pro libror. σχολὴν, Reisk. conjecit etiam κατὰ σχολὴν et Canter. Nov. Lect. III. 25. commendavit σχέδην. Ms. Xyl. habet mendose ἁρμονικὴν σχολὴν. Equidem notionem paulatim minime desidero, sed adjectivum ad φωνὴν additum velim. Mihi igitur pro σχολὴν in mentem venit σομφὴν, qua significatur vox media inter claram et depressam, et quam ad utramque et ad claram et ad depressam musici per tonos ope fistulae istius deducunt. C. VIII. 457. a. pro λυπῆσαι in verbis: ἡ πρὸς τὸ λυπῆσαι ἔνδοσις malim λυπεῖν. Ib. 457. b. verba: χαλεπώτατοι δὲ, ἄγαν φιλοτιμίαν μνώμενοι ἐν πόλεσιν ἄνδρες, ἢ στάσιν, ἄλγος ἐμφανὲς, κατὰ Πίνδαρον· ab ἄγαν φιλοτιμίαν usque ad ἄνδρες poëtae alicujus verba esse censeo idque ex μνώμενοι concludo. Non autem cum Reiskio ea in χαλεπώτατοι δὲ αἰνὰν φιλοτιμίαν mutaverim. C. XI. 460. a. in verbis: καὶ τοῦ πάθους ἔξωθεν ὄντα ἀνυπόπτως non dubito quin pro ὄντα scribendum sit ὄντας. Praecedit enim non solum ἔχομεν sequiturque ἡμεῖς—σπεύδομεν, sed etiam in hac ipsa sententia legitur: ἀνορέκτους γεγονότας. C. XIII. 461. f. in verbis (ἔφη ὁ Σενέκας) non solum parentheseos signa sunt removenda, quia primariam continent sententiam, sed videtur etiam ὁ Σενέκας ἔφη, scribendum esse. C. XV. 463. b. verba ὀργίλου ἀνδρὸς Reiskio Plutarchus sententiae suae dictum vetusti tragici accomodans pro nomine proprio, quod jambum finiebat, supposuisse videtur. At ex Erasmi et Xylandri ratione, quam magis probo, haec verba ad sequentem versum pertinent. Fortasse finem ejus fecerunt scripta: ἀνδρὸς ὀργίλου. C. XVI. 464. a. in verbis: ἐγὼ δὲ τῇ τύχῃ μὲν οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἐπιτρέπειν, οὐδὲ παροραῖν τὸν νοῦν ἔχοντα, πιστεύειν δὲ καὶ χρῆσθαι τὰ μὲν γυναιξὶ, τὰ δὲ (scr. δ') οἰκέταις, τὰ δὲ φίλοις, οἷον ἄρχοντα ἀρχόντων ἐπιτρόποις τισὶ καὶ λογισταῖς καὶ διοικηταῖς, αὐτὸν ἐπὶ τῶν κυριωτάτων ὄντα τῷ λογισμῷ καὶ μεγίστων. non facio cum Wyttenb. et Hutt. qui e D. ἄρχοντα pro vulgato ἄρχουσιν

dederunt, quod in margine cod. adscriptum fuisse commemorat Xylander. Reiskius aut ἀρχόντων deleri voluit aut saltem a sequente vocabulo interjecto commate separari, quod posterius etiam in ejus ed. est observatum. Hutten. mavult abesse ἀρχόντων. At comparantur feminae, servi, amici cum ministris quibusdam magistratuum. Non igitur ἀρχόντων, sed ἄρχοντα sive ἄρχουσι c. Reisk. deleri velim.

Ex quinque hiatibus in hoc libro cum duo nulla codicum auctoritate nitantur c. IV. et VI., unus aliis de causis esset emendandus, c. II., duo restant, in quibus maxime vocalium concursio offendat c. VIII. et XIII.

In libro de tranquillitate animi non offendes in verbis I. 464. e. Πλούταρχος Πακκίῳ εὖ πράττειν, sed VI, 467. e. in verbis: τίς ἂν ἐβούλου εἶναι μᾶλλον Βοιωτῶν, ἢ Ἐπαμινώνδας videtur μᾶλλον εἶναι scriptum fuisse. Ib. 468. e. articulum deleverim in verbis: ἀπόλαστος οὖσα ἡ θυγάτηρ, est enim nostrum eine ausschweifende Tochter. C. VIII. 469. c. in verbis Aristippi neque παιδάρια ἀπὸ neque ἀνόνητα ἑαυτοῖς offendit, neque XV. 473. f. in verbis Heracliti κόσμου, ὥσπερ, uti etiam cap. X. in μᾶλλον εἶναι ἢ non haerebis neque c. XX. 477. f. in αὐτοὶ ἑαυτοῖς, quae ita solent conjungi; ita ut hoc in libro non nisi in uno loco c. VI. in hiatu offendas.

In libro de fraterno amore c. I. 478. a. in verbis: ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται dele c. Ald. et Bas. articulum οἱ. C. VI. 480. d. in verbis: Ὁ μὲν οὖν Πεισίστρατος ἐπιγαμῶν ἐν ἡλικίᾳ οὔσι τοῖς υἱοῖς, ἔφη, recte quidem Stephan. ex ἐπὶ γάμων, quod ante eum in Ald. Bas. legebatur, fecit ἐπιγαμῶν, non recte autem etiam ἐνηλίκοις, quod in Ald. et Bas. est, mutavit in ἐν ἡλικίᾳ. Ἐνήλικος enim idem est quod ἔνηβος. Excusabis facile hiatum c. IX. 482. f. in verbis: τὴν φύσιν αἰτιᾶσθαι, ὡς —οὖσαν. Sed c. XI. 483. c. verba: ὑπονοίας δὲ θεραπόντων, καὶ διαβολὰς ἑτέρων ἑτέρῳ αὐτοὺς προσνεμόντων, ἀπωθούμενον· Wyttenb. e codd., maxime D., ita dedit, cum vulgo ἑτέρων ἑτέρους αὐτοῖς legeretur. Reiskius su-

spicatur: ἑταίρων, amicorum, quorum alii aliter, haereditatem inter fratres distribuunt, addens, si de amicitia, non de hereditate locutus sit Plutarchus, legendum esse ἑταίρων ἑτέροις ἑτέρως ἑαυτοὺς προσνεμόντων. At mihi scriptor sane de amicitia loqui videtur et conjicio eum scripsisse ἑτέρων (quibus servi oppositi sunt) ἑταίρους αὑτοὺς προσνεμόντων. Ib. 484. a. in verbis: ἦν γὰρ ἀδελφὸς πρεσβύτερος αὐτῷ, ὄνομα Ξένων, in hiatu propter pausam non offendo, sed c. XIV. 485. d. in verbis: οἱ δὲ πολλοὶ οὕτω πεφύκασιν ἀτυχεῖς πρὸς τὸ καλὸν non satis intelligo, quatenus scriptor plurimos ita se habere dicere possit. Rectius jam vertit Xylander per quosdam et rectissime in Ald. et Bav. οἱ πολλοὶ abest. C. XVIII. 489. f. in verbis: παιδίον οὐδὲ ἓν ἐκ τῆς γυναικὸς ἀνελέσθαι ἠθέλησε fortasse ἠθέλησεν ante ἀνελέσθαι fuit collocatum. C. XX. 490. f. ubi haec leguntur: τῷ γὰρ φιλεῖν ἑτέρους, εὐθὺς ἕπεται τὸ χαίρειν ἑτέροις καὶ ζηλοῦν ἑτέρους, καὶ ἄγεσθαι ὑφ' ἑτέρων offendo in verbis: καὶ ἄγεσθαι ὑφ' ἑτέρων, quia non video, cur et quatenus ab aliis ducantur et suspicor ab alio quodam esse addita.

Tres igitur ex quinque hiatibus poteris codicum ope removere c. VI. XI. et XIV., unus locus c. XX. omnino erat suspectus, et in uno c. XVIII. solus offensioni erat hiatus.

In libro de amore prolis c. I. 493. c. videtur in verbis: καταμαρτυρῆσαι τοῦ βίου ἡμῶν articulus ante ἡμῶν repetendus esse. C. II. 494. a. in verbis: ἀξίως δὲ (scr. δ') οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὰ δρώμενα, πλὴν ὅτι γίνεται ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ φιλοστόργῳ, ταῖς προνοίαις, ταῖς καρτερίαις, ταῖς ἐγκρατείαις. ἀλλὰ τὴν μέλιτταν ἡμεῖς σοφὴν καλοῦμεν καὶ νομίζομεν—τὴν δὲ τῶν ἄλλων περὶ τὰς λοχείας καὶ τὰς ἀνατροφὰς σοφίαν (Pet. non male καὶ σοφίαν) καὶ τέχνην παρορῶμεν. videtur post γίνεται μὲν addendum et plenior interpunctio post ἐγκρατείαις tollenda esse. Sententia in est: fiunt quidem ab animalibus omnia ita, ut prolis amor inde eluceat, tamen nos id in ceteris animalibus praeter apem non animadvertere solemus. Reiskio

In libro de curiositate c. II. 516. c. ferendum erit μικρὰ ἄττα, uti c. VI. 518. c. in brevibus istis definitionibus λύπη ἐπ' et ἡδονὴ ἐπ'. C. XI. 520. e. in verbis: ἀλλ' ἐμνήσθη ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἐπ' ἀγαθῷ poterit sane aliquis suspicari scriptum fuisse ἀλλ' ὁ δεῖν' ἐμνήσθη τοῦ δεῖνος ἐπ' ἀγ.

In libro de cupiditate divitiarum c. I. 523. d. ferendum erit τὸ πολὺ ἀργύριον ut e communi ejusmodi hominum sermone petitum. C. II. 523. e. in verbis: ἀλλὰ ποτῷ μὲν ἔσβεσαν τὴν τοῦ ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφῇ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο· in Ald. et Bas. articulus τοῦ et τῆς non male abest. Pro τὴν τοῦ ποτοῦ ὄρεξιν autem scripserim τὴν ὄρεξιν ποτοῦ. C. III. 524. b. in verbis: καὶ χωρίων πολλῶν παρόντων, καὶ ἀργυρίου, οὐ γίνεται μεστὸς, post ἀργυρίου, quod ad παρόντων refertur, qua de causa etiam comma post παρόντων deleverim, pausa est. Ib. 524. c. pro παύσεται ἴσως ἑστίαν κτησάμενος olim fortasse παύσεται post ἑστίαν fuit collocatum. C. IV. 524. e. pro ὅθεν εὖ πρὸς τούτους λέλεκται ὑπὸ τοῦ Σόλωνος suspicor ὅθ. εὖ πρ. τ. λελ. τὸ τοῦ Σόλωνος a Plutarcho datum fuisse. C. VIII. 527. a. pro vulgato: ἡ χρῆσις αὕτη, δι' ἣν θαυμάζεται ὁ πλοῦτος, τίς; e cod. D. recipiendum erit: τίνων, τίς ἡ χρῆσις, δι' ἣν ὁ πλοῦτος θαυμάζεται; C. X. 528. a. in verbis: καὶ χαρὰν ποιεῖ σύνοικον αὐτῇ ἐν ἑαυτῇ ἀντιλαμβανομένῃ τἀγαθοῦ. Wyttenb. et Hutt. cod. D. sunt secuti, cum vulgo αὐτὴν ἑαυτῆς ἀντιλαμβανομένη τἀγαθὸν exhibeant, Xylander autem e ms. notaverit: αὐτὴ ἑαυτὴν, notato τἀγαθοῦ supra τἀγαθὸν, unde Reiskius legit: σύνοικον, αὐτὴ ἑαυτῆς ἀντιλαμβανομένη τἀγαθοῦ. Equidem autem Plutarchum scripsisse arbitror: καὶ χαρὰν ποιεῖ σύνοικον, αὐτὴν ἐν ἑαυτῇ τἀγαθὸν ἀντιλαμβανομένην, gaudium, quod ipsum in se ipso, non in aliorum ope sive laude bonum quod adest, capessit. Opposita est enim huic gaudio divitiarum felicitas, quae aliis indigeat testibus. Ἀντιλαμβάνεσθαι autem strui quidem solet cum genitivo, sed uti ἐφάπτεσθαι et similia verba, v. Kühner. Gr. gr. 520. n. 4., interdum c. accus. struuntur, si transitiva sunt, potuit id hoc quo-

que in verbo fieri. Ib. in verbis: τοιοῦτόν ἐστιν ἀρετὴ ἀληθείᾳ, μαθημάτων τε κάλλος γεωμετρικῶν, ἀστρολογικῶν· verum vidit Reiskius, qui ἀλήθεια in nom. mavult, ut sententia sit: quo pertinent virtus, veritas, pulcherrimae disciplinae mathematicae. Cui conjecturae favet ex parte ed. Bas. quae habet: ἀρετὴ, ἀλήθεια μαθημάτων, κάλλος τε, quam Xyland. vertendo expressit. Respondent autem haec superioribus: τὸ σωφρονεῖν, τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ γινώσκειν. Ib. 528. b. in verbis: καὶ ἡ γυνὴ ἄχρυσος καὶ ἀπόρφυρος καὶ ἀφελὴς πάρεστιν, fortasse olim καὶ ἄχρυσος fuit scriptum.

Ex octo igitur hoc in libro obviis hiatibus poterant tres librorum ope corrigi, unus c. VIII. et duo cap. X., sed quinque ob hiatum ipsum videbantur offendere c. II. III. IV. et X. duo.

In libello de vitioso pudore c. IX. 352. e. in verbis: πολλοὺς δὲ καὶ περὶ γάμου ἢ [περὶ] θυγατρὸς ἢ ἀδελφῆς εἰς ὁμολογίαν ἀλυσιτελῆ κατακλείσασα δυσωπία. Reiskius alterum περὶ, quod Hutten. uncis inclusit, delendum censuit. Mihi potius γάμους pro γάμου legendum esse videtur, ut sententia sit: multos etiam quod attinet ad nuptias sive de filia sive de sorore conjecit pudor vitiosus in inutilem stipulationem. C. XIV. 534. b. in verbis: δυεῖν παρ' αὐτοῦ ἐν βαλανείῳ στλεγγίδα κιχραμένων, in Ald. Bas. et Mosq. 1. pro αὐτοῦ est αὐτῷ et in Mosqu. 2. αὐτὸν, quod ita explices: duos qui juxta eum in balneo versarentur, et strigilem peterent. Mosqu. 2. autem male habet κεχραμένων. C. XVI. 534. e. in καίτοι οὐ non offendes, sed XVIII. 536. b. in verbis: μηδενὶ χάριν ἔχειν ἐπαινοῦντι αὐτούς olim fortasse αὐτοὺς ἐπαινοῦντι fuit scriptum.

Vidisti igitur unum hiatum c. XIV. potuisse codicis auctoritate, alterum c. IX. debuisse aliis de causis et tertium c. XVIII. propter vocalium concursum tolli.

In libello de invidia et odio c. V. 537. d. legis: καὶ τοῦ Θερσίτου ὁ ποιητὴς τὴν μὲν τοῦ σώματος κακίαν πολυμερῶς καὶ περιωδευμένως (Pet. περιοδευμένως) ἐξεμόρ-

φασε, ubi fortasse olim καὶ ὁ ποιήτης τοῦ Θερσίτου fuit scriptum.

In libro de sui laude c. III. 540. b. post verba: ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς τιμωμένοις, pro ἂν ἄξιοι ὦσιν ex Ald. et Bas. ἀξίοις οὖσιν est restituendum. C. IX. 542. b. in verbis: οἵους μὲν Εὐβοεῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς παρέσχον, conjicere licebit: παρέσχον αὐτούς. C. X. 542. d. Wyttenb. cod. D. secutus edidit: ἐπιγινώσκει γὰρ εὐθὺς ἐν τῷ λέγοντι, κἂν περὶ ἄλλου λέγηται, τὴν ὁμοιότητα ἀρετῆς, τῶν αὐτῶν ἀξίαν ἐπαίνων οὖσαν, cum vulgo: ἐπιγινώσκειν γὰρ et δι' ὁμοιότητα ἀρετῆς exhibeant. In ἐπιγινώσκει consentiunt Voss. Coll. N. Mez. nec non Reisk., qui locum ita corrigendum conjecit: ἐπιγινώσκει γὰρ εὐθὺς ἐν τῷ λέγοντι, κἂν περὶ ἄλλου λέγῃ, δι' ὁμοιότητα, ἀρετὴν, τῶν αὐτῶν κ. τ. λ. Ego Wyttenbachii rationem probans non minus cum eo articulum τῆς ante ἀρετῆς addendum esse arbitror. C. XXI. 545. a. in verbis: καὶ περὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως, μεγάλου δὲ καλουμένου, ὁ Ἀγησίλαος sane post καλουμένου pausa est.

Duos igitur qui vere offendere possint hiatus hujus libri ita corriges, ut alterum locum c. III. codd. auctorit., alterum c. IX. e conjectura emendes.

In libro de sera numinis vindicta c. II. 549. a. in verbis: ὃς ἀεὶ βάπτων καὶ βρέχων τὼ πόδε εἰς τὸν ποταμὸν, Voss. et Harl. omittunt τὼ πόδε, quae etiam in Ald. Bernen. (de qua vide C. Jahn. in Act. Soc. Gr. I, II, p. 344. et squ.) punctis rubris sunt notata. Et mihi profecto haec verba recte abesse videntur. Βάπτειν enim et βρέχειν hic absolute dici potest, quia e praecedd. facile τὸ σῶμα suppletur, ut sententia sit: lavans et abluens (scil. corpus, quod statim praecedit) in flumen imprecatus est ei putredinem. C. III. 549. c. pro ἑτέρου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον δοκοῦσι γίνεσθαι ἢ διδασκαλίας exspectaverim cetera probans μᾶλλον ἢ. C. IV. 550. b. verba: πείθεσθαι τοῖς νόμοις, ὡς μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς sunt Ephororum Spartanorum, quae Plutarchus etiam in Ag. et Cleom. p. 808. d. c. IX. commemoravit. C. VI. 551. e. in verbis: ἢ καὶ τρόπος ὠνομάσθη τὸ μεταβάλλον

αὐτοῦ καὶ ἦθος, ὡς πλεῖστον αὐτοῦ ἐνδύεται τὸ ἔθος, καὶ κρατεῖ μάλιστα καθαπτόμενον offendit αὐτοῦ. Si enim a πλεῖστον pendet, scribendum erat τὸ πλεῖστον, sin minus, αὐτὸ vel εἰς αὐτὸ vel αὐτῷ. Equidem delendum esse censeo ut repetitum ex antecedentibus. De ἐνδύεται influit, penetrat cf. Plat. Pol. II, 377. b. Reisk. conjecit καὶ ἦθος, ὅτι ὡς πλεῖστον, quae mutatio minus necessaria esse videtur. C. XI. 556. d. pro πάντη ante εὐμετάπτωτον conjicio πάντως olim fuisse scriptum. C. XII. 556. f. in verbis: οἷον ἐνταῦθα δήπουθεν λέγεται ἐλθεῖν Αἴσωπον conjicio δήπουθεν, quod ante vocales poni solet, ante ἐλθεῖν collocatum fuisse. C. XIII. 557. f. in verbis: Εἶεν· (ἔφην) ταῦτα γὰρ πάντα (scr. πάντ') ἀληθινὰ ἡγῇ, fortasse ἡγῇ est delendum. Sunt enim ironice dicta: haec scilicet omnia vera et respondetur tum apte: εἰ δὲ μὴ πάντα, ἀλλ' ἔνια, ad quae Reisk. recte supplet: ἀληθῆ ἐστιν. Ib. in verbis: ὅμως δὲ δεῖ εἰς παραμυθίαν ἀφελεῖν τὸ πλῆθος vulgo δὲ non legitur, quod Reiskius jam inseri voluit et Wyttenb. e Mosq. 2. et Venet. sumsit. Mihi autem δεῖ ex δὲ ortum esse videtur, quo deleto deinde ἀφελεῖς scripserim. C. XIV. 558. e. verba: αἰγὸς τὸν ἠρυγγίτην (Turn. ἠρύγγιον, marg. Ald. νηρυίτην) λαβούσης εἰς τὸ στόμα, οἷον κ. τ. λ ex Theophrasto sunt sumta. Cf. Sympos. VII, 700. d. et Philos. c. Princ. 776. f. sed in utroque loco εἰς τὸ στόμα λαβούσης legitur, quod etiam hic recipiendum esse videtur. C. XVIII. 561. b. pro μόνῳ οὖν χρῶμαι τῷ εἰκότι scribendum erit: μόνῳ δ' οὖν κ. τ. λ.

Quae igitur hoc in libro reperiuntur ejusmodi vitia, quorum septem numerabis c. III. VI. XI. XII. XIII. (duo) et XVIII., non possunt removeri nisi conjecturis.

Aperte autem spurius est liber de fato, in quo plurimos et foedissimos reperies hiatus, veluti in initio praeter δοκοῦντα ἡμῖν — πειράσομαι ἐπιστεῖλαι. C. I. τύπῳ ὑπέγραψεν—αὐτῷ ἀποφαινόμενος—ἐργάζεται, ἢ—εἰσόμεθα ἐν. II. σύμπασα ἡ—ἔχει αὐτὴ—ἐπιτομῇ εἴρηται. III. τυγχάνει ὄντα—περιβαλοῦσα ἐν κύκλῳ ἡ εἱμαρμένη, οὐκ ἄπειρος, ἀλλὰ πεπειρασμένη ἐστίν—λόγῳ ὡρισμένῳ—τὰ αὐτὰ ὡσαύ-

τως—ἐχόμενοι, ἀλλήλαις—περίεσονται, ἑκάστῳ—ὅτι δὲ συμβαίνει ἀπὸ—ἡ αὐτὴ ἀφίκηται αἰτία. IV. τυγχάνει ἡ εἱμαρμένη—ἡ εἱμαρμένη, οἰόσθω—δὴ ἔφαμεν—τινὶ ὡς—περιόδου, εἶναι ἀπήμονα—ἀβλαβῆ εἶναι—τυγχάνει ὄν—προσαγορεύεται, ὡς. V. ἡ εἱμαρμένη ἔχει—εἶναι ἀληθὲς—πολλὰ ἕτερα—ἀριστεῦσαι, ἢ τυραννοκτονῆσαι, ἢ—νόμου ἐστί—παράνομοι οἵδε—νόμου ὁρισθέντα ἐπὶ—γινόμενα ἢ—προηγεῖται, οὐκ. VI. ταχθέντα ἐν—αὐτὴ, οὐ—ἄνευ οὐσίας—ἀνθρώπου εἴτε—μεταξὺ οὔσης—γίνεσθαι ἐμποδὼν—κωλυθῆναί ἐστιν—πρότερα ὡς—γινόμενα, ἀναγκαῖα—ἐνδέχεται, ἐνδεχόμενα—ἀντικεῖται ἀδύνατον—ἡλίου, ὄμβρον—αὐτὸ αὑτῷ ἀντιτέτακται—φύσει ἄμφω ὑποτέτακται—τῇ ἀνθρωπίνῃ ὁμῇ ὑποτέτακται, ὃ δὴ ἐφ'—εἶναι εἴδη—ἐπιλογισμοῦ, ἢ—τυγχάνει ὄν—παρακείμενα αὐτοῖς. VII. δὴ ἡ—τῷ οἰκοδομικῷ ἢ ναυπηγικῷ εἴδει—αὐτὸ, ὡρισμένον—τῷ ἑνὶ ὑπάρχει—φεύγοντα, ἢ διώκοντα, ἢ ἄλλως βαδίζοντα, ἢ αὐτὸ μόνον ἐπιστραφέντα, οὐ τούτου ἕνεκα, ὅπερ—λόγῳ, οὕτως ἀφώρισται ἡ τύχη—πάλαι αὐτῆς—φαίνεται ἀποθανών—πρύμνα ἑστεμμένη—ὃ εἰς—συνέβη οὐκ—ἐγεγόνει ἤτοι ἀνθρωπίνου—συνυφίστασθαι ἀνάγκη—προϋποκεῖσθαι ἐλήχθη—ἄλλου ἕνεκα—τούτου οὐχ—τύχη ἴδιον ἀνθρώπου, ἤδη—εὐδαιμονία, εὐπραξία. VIII. παρακείμενα αὐτοῖς. IX. πρόνοια, ἡ—οὖσαι εὐεργέτις—ἐπίσκοποί εἰσι—πρόνοια οὐδαμῶς—παραπλήσια ἑαυτῷ—παρεφάπτεσθαι ἔοικεν—ἑκάστῳ ἀναίτιος—μαρτύρια εἶναι—νομοθέτου ἐν—φύσει ἱκανὸς—δέοιτο αὐτοῦ ἀρξόντων—ἄρχοντα εἶναι. X. δὴ ἐμπεριέχεται ὑπ'—τύχη εἴρηται—οὗτοί εἰσιν—σὺ ἦσθησαι—εἱμαρμένη ὀρθῶς. XI. τυγχάνει ὄντα—συμπαθῆ αὐτὸν αὐτῷ ὄντα—θεῷ ὑπάρχουσα.

Hunc igitur libellum, quem Wyttenbachius corruptissimum judicat, cum Kaltwassero Plutarcho falso tribui censebis. Quod enim idem Kaltwasserus dicit, fortasse etiam eum meram operis majoris et copiosioris continere adumbrationem, vel epitomen ab alio quodam confectam, non concedes, quamquam Lamprias in catalogo scriptorum paternorum n. 56. opus de fato jam nunc deperditum commemoret, quod e duobus libris constiterit. Rationem naturamque epitomes enim in hoc libro non inesse facile eum diligenter perlegens perspicies, neque in ex-

cerptis tanta verborum facta est mutatio, ut tot inde existere possent hiatus.

In libro de Genio Socratis c. I. 575. c. verba οἶμαι δὴ καὶ περὶ τὰς ἀληθινὰς πράξεις ὁμοίως τῶν μὲν ἀργοτέρων τῇ διανοίᾳ ἐξαρκεῖν πρὸς ἱστορίαν, εἰ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ καὶ τὸ πέρας πύθοιντο τοῦ πράγματος. Huttenita e conject. Reisk. a Wyttenbachio probata dedit, cum vulgo τὴν διάνοιαν et πύθοιτο legeretur. At mihi τὴν διάνοιαν ἐξαρκεῖν hic eadem vi dictum esse videtur, qua in Xenoph. Mem. II, 4, 7. ἐξαρκεῖν est usurpatum: satis offerre ignavorum mentem id, si quis cognoverit, quod deinde idem est, quod satis habere: Nostrum: Ich glaube aber, dass auch bei wahren Ereignissen auf gleiche Weise zur Geschichtserzählung die Ansicht der Trägeren es als hinreichend darbiete, i. e. erkläre, wenn einer (proprie sie) nur die Hauptsache selbst und den Ausgang erfahre. Mutatione loci igitur non opus est. Turn. autem pro εἰ conjecit εἰς et cum Vulc. pro πύθοιτο habet πυθέσθαι. C. II. 576. c. in verbis: ἄνθρωπος, οὐδενὶ, ἢ Χάρωνι, τῶν παρ' ἡμῖν γνώριμος, potest hiatus excusari; exspectaveram tamen: οὐδενὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἢ Χάρωνι. Item hiatum excusabis in verbis, quae haec excipiunt: ἐδήλου δὲ, τῶν φυγάδων ὄντας δώδεκα τοὺς νεωτάτους μετὰ κυνῶν περὶ τὸν Κιθαιρῶνα θηρεῦσαι, ὡς πρὸς ἑσπέραν ἀφικομένους. ubi sane scriptum sit velim: ὡς περὶ τ. Κιθ. θηρεύσαντας πρὸς ἑσπ. ἀφιξομένους (futurum jam Reisk. maluit). Sententia enim est: eos cum canibus ut venatores esse venturos. Potest tamen vulgatum defendi, si statuis, juvenes istos esse venatos, ut Thebas adeuntes pro venatoribus, non pro exulibus haberentur. Ἀφιξομένους tamen cum Reiskio scribes. C. IX. 580. c. in verbis φιλοσοφίαν ἀπὸ Πυθαγόρου * Ἐμπεδοκλέους δεξάμενος Wyttenbachius quidem legendum esse conjicit Πυθαγόρου, ἀπὸ δὲ Ἐμπεδοκλέους, sed Reiskius rectius cum Salmasio ad lacunam explendam nil nisi καὶ deesse suspicatur, id quod jam Xyl. expressit. C. X. 580. e. in verbis: ἥκοντα καὶ αὐτὸν μετ' ἐμοῦ εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέβητα ordo verborum εἰς Ἀθήνας μετ' ἐμοῦ videtur fuisse. C. XI.

581. c. in verbis: *οἱ δὲ Σωκράτους αὐ ὁρμαὶ τὸ βέβαιον ἔχουσαι* Hutten. *αὖ ὁρμαὶ* e Xyl. mente, Wyttenb. probante, pro vulgato uno verbo *ἀφορμαὶ* dedit. At male Budaeus docuit, *ἀφορμὴν* opponi *τῇ ὁρμῇ*, quod sit, quum quis prae pavore repente referat pedem vel quippiam aversetur. Est potius *ἀφορμὴ* interdum *ὁρμή*, a qua motus aliquid appetis, uti in Pericl. c. II. legitur: *προθυμίαν καὶ ἀφορμὴν ἐπὶ τὴν ἐξομοίωσιν*, ubi Reisk. male *ὁρμὴν* correxit. Vid. Schaef. ad h. l. Deinde *βέβαιον* post *τὸ* Turn. et Vulc. ad explendam lacunam dederunt. Xyl. suspicatur *ἐμβριθὲς* vel tale quid excidisse, et R. mavult *τόνον*, quod Wyttenb. praefert. C. XII. 582. a. in verbis: *εἶτα φανῆναι ὅμοιόν τι μηνύειν καὶ καταλέγειν ἐκείνῳ τῷ ἱστορικῷ τούτων ἕκαστον*, Turn. et Vulc. pro *φανῆναι* praebent *φανείη*, deinde *ὅμοιόν τι* Stephan. ex Schott. Leonic. Anon. recepit pro *ὁμύοντι*, quod est in Ald. Bas. Xyl., cujus loco B. E. praebent *ὀμνύοντι*. Inde Reiskius est suspicatus: *εἶτα μάχοιτο ὀμνύοντι μηνύειν καὶ καταλέγειν ἐκεῖνον τὸν ἱστορικὸν τούτων ἕκαστον*. Magis tamen probo Wyttenb. conjecturam, qua scribatur: *εἶτα φαίη δαιμόνιόν τι μηνύειν ἐκείνῳ τῶν ἱστορικῶν τούτων ἕκαστον*, ut sententia sit: affirmantque Genium significare illi unamquamque rerum gestarum, modo ut post *μηνύειν καὶ καταλέγειν* retineatur. Xyl. verterat: juraretque potius istam memoriter haec recitare quam istis contenta litteris enuntiare. Ib. 582. c. verba: *ὥσπερ εἴ τις ὑπὸ τοῦ βέλους φαίη τετρῶσθαι, μὴ τῷ βέλει ὑπὸ τοῦ βαλόντος, μεμετρῆσθαι δ' αὖ τὸ βάρος ὑπὸ τοῦ ζύγου, μὴ τῷ ζυγῷ ὑπὸ τοῦ ἱστάντος*. aptius ita erunt collocata, ut *τῷ βέλει* post *βαλόντος* et *τῷ ζυγῷ* post *ὑπὸ τοῦ ἱστάντος* locum teneat, nam in *ὑπὸ τοῦ ἱστάντος* summum est positum momentum. C. XIV. 583. f. fortasse pro *τοῦ βίου ἡμῶν* scriptum erat *τοῦ βίου τοῦ ἡμῶν*. Ib. in verbis: (*ἔφη ὁ Ἐπαμινώνδας*) *ἔφη* post *Ἐπαμινώνδας* fortasse fuit collocatum, id quod etiam c. XV. 584. c. de verbis: (*ἔφη ὁ Θεάνωρ*) suspicor. C. XX. 589. b. in verbis: *καθ' ὃν ἡ ψυχὴ νοήσασα ἐφέλκεται ταῖς ὁρμαῖς τὸν ὄγκον* videtur *ταῖς ὁρμαῖς* post *νοήσασα*

transponendum esse. Ib. 589. c. in verbis: *εἰ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ νοηθὲν ὑπὸ τῶν ἀμει* * *ὁ ἀὴρ τρεπόμενος δὲ εὐπαθειαν*, Reiskius legendum censet: *εἰ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ νοηθὲν ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων δεξάμενος ὁ ἀὴρ, τρεπόμενος δ. εὐπ.* Wyttenb. conjicit *ἀμεινόνων ψυχῶν ὁ ἀὴρ*, vel *δαιμόνων ὁ ἀὴρ*, vel *εἰ κατὰ τὸ αὐτὸ τὸ νοηθὲν ὑπὸ τῶν δαιμόνων ἀναλαβὼν ὁ ἀὴρ*. Turnebus tamen rectius solum *ἀμεινόνων* dedit, i. e. a melioribus scil. ingeniis, quod facile supplebitur e nexu. Ante *ἄξιον* autem in iis quae praecedunt c. Amiot. Reisk. et Wyttenb. *οὐκ* inseres. C. XXI. 590. a. in verbis: *νέος γὰρ ὢν κωμιδῇ ἐτελεύτησε* Ald. et Bas. omittunt *ἐτελεύτησε*, quod sane delendum et pro *κωμιδῇ* videtur *ἐκομίσθη* i. e. efferebatur, v. Soph. Aj. 1397. et Eur. Suppl. 25., scribendum esse. C. XXII. 591. b. in verbis: *τοῦ μὲν πρώτου Ἄτροπος, τοῦ δὲ δευτέρου Κλωθώ, τοῦ δὲ πρὸς Σελήνην Λάχεσις*, hiatus ut in enumeratione excusandus esse videtur. Ib. 591. c. in verbis: *αἷς εἰς καιρὸν ἡ τῆς γενέσεως τελευτὴ ἐνέπεσε*, Reiskius *τῆς γενέσεως ἡ τελευτὴ* conjecit, ut genitivus *τ. γεν.* a *καιρὸν* regatur. Quid enim hoc sibi vult: *ἡ τῆς γενέσεως τελευτὴ*? Bene vertit jam Xylander: quibus in tempus nascendi interitus incidit. Tu scribe paulo insolentiore verborum ordine *ἡ τελευτὴ τῆς γενέσεως*, unde facilius etiam explicari poterit, quomodo vulgatus ordo ortus sit. C. XXIII. 593. f. in verbis: *οὕτως ὦ* * *τοῦ δαιμονίου ὁ τρόπος.* * *ἡμᾶς κ. τ. λ.* Anon. Turn. et Vulc. praebent: *οὕτως, ὦ ξένε, τοῦ δαιμονίου ὁ τρόπος. ἐᾷ μὲν γὰρ ἡμᾶς*, Reisk. conjecit: *οὕτος, ὦ φίλε, τοῦ δαιμονίου ὁ τρόπος· ἀνέχεται* vel *ἐᾷ ὁρῶν ἡμᾶς*. At equidem suspicor: *οὕτως ὦ τὰν* (hoc Faehsius suppeditavit) *ὁ τοῦ δαιμονίου τρόπος, ἡμᾶς* ut sit: sic, quaeso, est genii ratio nos obrutos etc. ad portum venire. C. XXIV. (XXV.) 594. b. post *κἀγὼ* fortasse *ἔφην* est delendum. Ib. in verbis: *βούλεταί σοι διαλεχθῆναι οὑτοσὶ ὁ Θεόκριτος* pro *οὑτοσὶ* scribe *οὑτοσίν*, hiatum autem post *διαλεχθῆναι* feres. Sed c. XXVIII. (XXIX.) 596. b. pro *οὐ λήσεταί ὑμᾶς* scriptum fuisse liceat suspicari *οὐχ ὑμᾶς λήσεται*. C. XXXI. (XXXII.) 597. f. post *φεύγοντα* ante *Ὑπάτην* (ita enim, non *Ἰπ-*

πάτην, uti vulgo, scribendum esse vidit Xylander, probante Wyttenb. ad 596. c. ubi Plut. Pelop. 288. c. attulit) adde τὸν.

Videbantur igitur hoc in libro sedecim loci, in quibus vocalium concursus offendebat, emendandi esse idque ita, ut in quinque codices id suaderent, cf. I. IX. XI. XX. XXI., in quinque aliis de causis et ex usu Plutarchi mutatio commendaretur c. XII. bis. XXII. XXIII. XXV., in ceteris autem suspicio corruptelae ex hiatu exsisteret, veluti X. XIV. bis. XV. XXIV. et XXVIII.

In libro de exilio c. V. 601. a. in verbis: οὗτος τῆς πατρίδος ἡμῶν ὅροι εἰσὶ fortasse εἰσὶ est delendum. Copula enim etiam in iis quae sequuntur abest. C. VI. 601. d. in verbis: εἶγε δὴ ἀληθὲς videtur δὴ delendum esse. C. XII. 604. b. pro οὐδὲ νῦν μέλει ἡμῖν videtur οὐδὲ νῦν ἡμῖν μέλει esse scribendum. Quod autem Reisk. οὖν pro νῦν mavult et in Bas. μέλλοι est, non probo. C. XVI. 606. c. in verbis Diogenis excusabis hiatum ἀφῖχθαι αὐτοῦ. Non minus ib. in verbis: πρὸς Ἀντίοχον, βασιλέα ὄντα, φυγὰς ὤν fortasse ob oppositum hiatus est ferendus, uti certe XVII. 607. b. in verbis, quibus aliquis Antisthenem est allocutus: Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ non offendet.

Tres igitur hiatus solum in hoc Plutarchi scripto videntur esse tollendi.

In consolatione ad uxorem non haerebis in verbis initii: Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ πράττειν, neque c. II. 608. c. in καίτοι ante οὐδ' αὐτὸς posito, sed IV. 609. c. pro μηδὲν οἴεσθαι ἧττον scribas μηδὲν ἧττον οἴεσθαι et V. 609. e. pro τῷ σεαυτῆς ἐκεῖνον (ita Reisk. dari voluit deditque Wyttenb. ex Vind. cum Xyl. pro ἐκεῖνο) μασθῷ ἐξεύρεψας da ἐξεύρεψας μασθῷ. Quod si feceris, duos in hoc libro correxeris hiatus.

In Symposiacon Lib. I. Quaest. I. cap. IV. p. 614. c. verba: Πλάτων ἐν τῷ συμποσίῳ περὶ τέλους διαλεγόμενος καὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, non sunt mutanda, quia iis certa philosophorum materies continetur. Sed cap. V. 614. e. in verbis: ὧν ἡ μὲν ἕτνος τι λιπαρὸν

κατὰ λίθου πλατείας καταχεαμένη, ἐδέξατο τὴν γέρανον, ἀλλὰ γέλωτα πάσχουσαν, ἡνία· ἐξέφευγε γὰρ ὑγρότητι τὸ ἔτνος τὴν λεπτότητα τοῦ στόματος αὐτῆς. primum libri καταχεαμένην habent. Nominativum dant Anon. et Vulc., qui καὶ χεαμένη legit, et probaverunt cum Stephan. Witt. Wyttenb. et Hutt. Deinde ἐδέξατο τὴν γέρανον nullus tuetur liber, sed a Wyttenb. ex Witt. exempl. est receptum. Tum pro γελῶτα Vulc. suspicatur γελοῖα, addens, aliquid hic desiderari, et Steph. quid pro ἀλλὰ reponendum se non assequi conjectura fatetur. Denique ἡνία abest in Ald. et Bas., qua de causa Xyl. adscripsit locum esse vitiatum. Proposuit hoc verbum Vulc., sed post χεαμένη. Quo factum est ut Reiskius conjiceret: καταχεαμένη καὶ πεινῶσαν ἀποπέμψασα τὴν γέρανον, ἅμα τε γέλωτα παρασχοῦσαν. Wyttenb. καταχεαμένη ἡνία ἅμα γέλωτα παρέχουσαν et in Witt. exempl. legatur post καταχεαμένη ἐδέξατο τὴν γέρανον γέλωτα πάσχουσαν· ἐξέφ. γὰρ. Unde Hutt. locum sic dedit, uti supra eum descripsimus. At ego paucis quibusdam mutatis locum sic scriptum fuisse censeo: ὧν ἡ μὲν τὴν ἔτνος τε λιπαρὸν κατὰ λίθου πλατείας καταχεαμένην, ἀλλὰ γέλωτα πάσχουσαν ἡνία· ἐξέφευγε γὰρ ὑγρότητι τὸ ἔτνος τὴν λεπτότητα τοῦ στόματος αὐτῆς. Quorum verborum sententia haec erit: quarum (bestiarum) altera (vulpes) alteram quae pultem tenuem (a vulpe acceptam) in tabulam effundebat, sed risum patiebatur, vexavit. Effugit enim liquore suo pultis propter tenuitatem rostri ejus. Ibid. 615. a. pro καὶ καθύβριστai ὁ Διόνυσος fortasse καὶ ὁ Διόνυσος καθύβρισται fuit scriptum. In Quaest. II. c. II. 615. f. in verbis Aemilii Pauli hiatus τοῦ αὐτοῦ ἀνδρός ἐστι non offendit. Sed ib. 616. b. in verbis: οὐδὲ προπίεται ἑτέρῳ πρὸ ἑτέρου μᾶλλον ὁ ἑστιῶν, περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παρόψεται τὰς διαφορὰς, ne dubita quin post προπίεται addas μὲν, sequitur enim περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις. In Ald. et Bas. autem pro πρὸ ἑτέρου minus bene est προτέρου. C. III. 606. d. in verbis: τοὺς Θρασυμάχου ὑπερβάλλοντας ut in titulo operis, in quo, uti Xylander explicuit, de excellentia conti-

nebantur argumenta, non offendit. C. IV. 617. c. in verbis: *καίτοι φησὶ Τίμων οὐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαι ἑνὶ προσνέμοντα τὴν τιμήν. ὅπερ αὐτὸς ἔοικε ποιεῖν μᾶλλον.* Wyttenb. verba: *προσνέμοντα τὴν τιμήν. ὅπερ αὐτὸς ἔοικε* ex Palat. supplevit, cum vulgo post *Τίμων* legeretur: *οὐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαι τῶν ἄλλων ἑνὶ ποιεῖν μᾶλλον*, quod vitiosum esse sensit Xylander suspicatus: *τῶν ἄλλων τὸ κοινὸν, τῷ ἑνὶ ποιεῖν ἴδιον.* Stephan. docuerat pro *ἑνὶ ποιεῖν* quosdam (Turn. et Vulc.) reponere *ὃ ποιεῖ*, sed aliud mendum huic loco subesse videri. Reisk. legi voluerat: *καίτοι φησὶ Τίμων οὐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαί τινα τὸ αὐτῷ προσῆκον. αὐτὸς δὲ χαριζόμενος* (vel *προσνέμων*) *τὰ τῶν ἄλλων ἑνὶ, τοῦτο ἔοικε ποιεῖν μᾶλλον.* Hutten. denique recte secutus est Wyttenbachium, in eo tamen erravit, quod post *ἀφαιρεῖσθαι* omisit *τῶν ἄλλων*, quo vix carere possumus. Quod Wyttenb. pro *φησὶ* mavult *φήσει* minus videtur probabile esse. Sententia enim est: dicit vir qualis Timon est. C. V. 618. c. defenderim *ταχτικοῦ καὶ ἁρμονικοῦ ἀνδρὸς*, quia *ἁρμονικὸς ἀνὴρ* unum quodammodo est verbum. Quaest. III. 1. 619. b. in verbis: *ἐφ' οὗ κατακλίνεται ὁ βασιλεύς.* fortasse articulus est delendus, quia de Persarum rege sermo est, qui in medio accumbere soleat, cui nom. articulus non solet praefingi. In Quaest. IV. c. II. 620. e. in verbis: *οὐ γὰρ οἴνου μέν ἐστι πρὸς ὕδωρ ἑτέρου ἑτέρα μίξις*, vulgo legunt: *ἕτερον ἑτέρου*, sed in Ven. Pal. Vat. ap. Vulc. et Salm. Xyl. et Amiot. pro vulgato *ἑτέρου* exhibetur *ἑτέρα.* Pro *ἕτερον* autem Vulc. Salm. Xyl. et Am. scribi voluerunt *ἑτέρου*, quod Hutt. recepit; Reisk. voluit *ἑτέρα.* At ego unum verum habeo, quod Wyttenb. e codd. recepit: *ἕτερον ἑτέρα.* Antiqui enim in temperatione vini etiam naturam aquae spectaverunt. Sententia tum erit: Non enim vini quidem est ad aquam aliam alia contemperatio, hominis autem non singulare temperamentum; est potius utrique suum temperamentum. Miror quod Faehsius haec non intelligens pro *οὐ γὰρ οἴνου* aut *τοῦ γὰρ οἴνου* aut *οἴνου γὰρ μὲν* conjecit et verba: *ἀνθρώπου δὲ πρὸς—φυλάττειν* interrogationem habuit. Est nostrum: Haben doch nicht bloss Wein und Wasser ihr eignes

Mischungsverhältniss, Mensch und Wein aber nicht; ad quae verba quisque intelliget: sondern beide haben es. C. III. 621. d. in verbis: ἡ δὲ μίξις οἷς ἂν ἐν καιρῷ καὶ μετὰ μέτρου παραγένηται πράγμασιν, ἀφαιρεῖται αὐτὸ, καὶ βλάπτει τὰ ἡδέα καὶ λυπεῖ τὰ ὠφέλιμα. Stephanus primus αὐτὸ dedit, quod est ap. Anon. Libri habent ἄνω. Hinc Xyl. notat, locum esse vitiatum et pro οἷς ἂν ἐν κ. legit οἷς ἂν οὐκ ἐ. κ. Steph. suspicatur ἄνω perperam ex ἄφνω fuisse factum; neque tamen hoc, neque αὐτὸ sufficere loco restituendo. Wyttenb. conjecit: ἀφαιρεῖται αὐτῶν καὶ τὸ βλάπτειν τὰ ἡδέα, καὶ λυπεῖν τὰ ὠφέλιμα. Hutten. mavult: ἀφαιρεῖται πᾶν ὃ καὶ βλάπτειν ποιεῖ τὰ ἡδέα, καὶ λυπεῖν τὰ ὠφ. Mihi tamen Reiskii ratio optime placuit, qui ex ἄνω effici vult: σὺν ᾧ. ut sententia sit: tollit illud, quo praesente et taedio fiunt atque moerorem provocant jucunda et noxia evadunt utilia. Quaest. VI. c. I. 623. e. in verbis: ἀπεδείκνυε δ' αὐτοὺς φλυαροῦντας Φίλινος ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐφημερίδων, ἐν αἷς συνεχέστατα γέγραπται καὶ πλειστάκις, ὅτι τήνδε τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ πότου ἐκάθευδεν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἑφεξῆς. Ald. et Bas. praebent καθεύδων, quod probo. Ὅτι enim post γέγραπται ita est additum, ut non cum sequent. sit struendum, sed per se accipiendum. Scribebatur saepe veluti — dormiens. C. IV. 624. e. in verbis: φαίνεται δὲ καὶ τὰ διαπάσματα τῶν γυναικῶν, οἷς ἀναρπάζουσι τοὺς ἱδρῶτας, πικρὰ τῇ φύσει καὶ στυπτικά ὄντα σφοδρότητι τοῦ στρυφνοῦντος πικροῦ. recte quidem e Bas. cum Salm. Xyl. (cui etiam τῶν γυναικῶν suspectum est) Turn. Leonic. Schott. Mez. probante Reiskio a Wyttenb. διαπίσματα pro vulg. διασπάσματα receptum est, non recte autem a Stephano, quem ceteri editores sunt secuti, e Turn. exempl. τοῦ στρυφνοῦντος πικροῦ editum est pro vulgato τοῦ στρυφνοῦ τὸ πικρὸν. Sensit hoc Reisk. qui post πικροῦ deesse suspicatur ξηραίνειν, et Wyttenb. qui conjecit: σφόδρα, ταύτῃ καταῤῥοφεῖν τὸ ὑγρὸν. Xyl. omnino locum mutilum esse censet et Faehsius pro φαίνεται mavult ἀποφαίνεται et pro σφοδρότητι σφοδρότητα, uti pro γυναικῶν, quod verbum sibi non satis

probari fateor, non male γεγονεναι. At mihi strictandum esse videtur: φαίνεται — συστελλόμενα σφοδρότερα τοῦ στρογγύλου. ut deinde in nova sententia pergatur: Τῶν πικρῶν οὕτως οὖν κ. τ. λ. Amari enim notio post στρογγύλου repetita sane non videtur ferenda esse. Quaest. VII. 625. b. Stephanus e Turn. exempl. edidit: ἡ δὲ ἀφὴ πρὸς τὰ ἕλκη δυσπαθής· τραύματα γὰρ ἐνίοτε λαμβάνοντες οὐ μάλα πονοῦσιν. ὁμοιότατον δὲ γίνεται ἐπὶ τῆς ἀκοῆς· οἱ γὰρ μουσικοὶ κ. τ. λ., cum libri habeant: ἡ δὲ ἀφὴ τὰ ἕλκη δυσπα * τραύματα γὰρ * λαμβάνοντες * ἃ πονοῦσιν (ap. Hutt. est ποιοῦσιν), ὁ*τατον δὲ γίνεται τῆς ἀκοῆς. Quae equidem sic scripserim: ἡ δ' ἁφὴ (sensum) τὰ ἕλκη δυσπαθεῖ (structura eadem quae in ἀλγεῖ τὴν παραλήν, de cuj. v. vi potes Plut. Cic. 37. conferre). τραύματα γὰρ ἐνίοτε λαμβάνοντες οὐ μαλὰ πονοῦσιν. ἐγγύτατον δὲ γίνεται τῆς ἀκοῆς, i. e. proxime accedit ad auditum. Quaest. VIII. c. III. 626. c. in verbis: τὸ δ' ἐλλειπὲς καὶ θαρμὸν αὐτοῦ ὑπὸ λεπτότητος διασώζεται πρὸς τὴν αἴσθησιν pro αὐτοῦ scribendum est αὐτῶν i. e. ἀνθῶν. Quaest. IX. c. II. 627. a. in verbis: Ἀλλὰ τοῦτό γε (εἶπε) τῷ γεωδεῖ Ἀριστοτέλης πάλαι διαλέλυκεν, ὃ προβέβληκας ἡμῖν. καὶ γὰρ τῇ θαλάττῃ κ. τ. λ., in Ald. Bas. et Xyl. est: τῶν γεωδῶν Ἀριστοτέλης πάλαι διαλέλυκε. βέβληκας ἡμῖν * τῇ θαλάττῃ κ. τ. λ. quae jam Xyl. ita expleri voluit: διαλέλυκεν, ὃ προβέβληκας ἡμῖν. ὅτι τῇ κ. τ. λ. Uti supra, dedit locum Stephan., quocum partim [quatenus?] Wyttenbachio auctore codices consentiunt. Equidem lusum verborum his inesse censeo scripturus: τοῦτό γε τῷ τῶν γεωδῶν Ἀριστοτέλης πάλαι διαλέλυκεν, ὃ προβ. ἡμῖν. Hoc est: id quod tu nobis projecisti, diluit Aristoteles jactu sive motu rerum terrestrium scil. in mari, qua de re in iis quae sequuntur, pluribus disputat. Cap. IV. 627. f. pro μέχρι ἂν scribendum est μέχρις ἄν. Quaest. X. c. III. 628. d. in verbis: εἴ τι καλὸν πρὸς δόξαν αὐτῇ ὑπῆρχεν ἀναλεγόμενοι pro. αὐτῇ olim fortasse αὐτῆς fuit scriptum. Ib. 628. e. in verbis: ταῖς Αἰσχύλου εἰς τὴν μεθορίαν ἐλεγείαις ἐπιστοῦτο, ἡγωνισμένον τὴν μάχην ἐκείνην ἐπιφανῶς. ἔτι δὲ Stephanus εἰς post Αἰσχύ-

λαν eddidit, et pro vulgato πιστούμενος ἐπιστοῦτο edidit, in neutro assentientibus libris. Xylander corrigit *Αἰσχύλου μετὰ τὴν ἐξορίαν ἐλεγείαις* et ita reddidit. Amiotus vertit: elegiis in laudem hujus regionis factis. Reiskius τοῖς et ἐλεγείοις legi volens *Μεθουρίαν* insulam significari suspicatur. Kaltwasser. verba *εἰς τὴν μεθορίαν* vitiose esse data censet pro *εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας*. Wyttenb. denique opinatur *μεθορίαν* ab Aeschylo pro *μετοικίαν* usurpatum esse in titulo Elegiae factae in exilium Siciliense suum. Equidem censeo aliquid addendum fuisse, quod significaret, quo tempore illae elegiae compositae sint, id quod multum facit ad historicam earum fidem. Conjicio igitur scriptum fuisse *ταῖς μεθ' ὥραν* (post tempus scil. pugnae) factis elegiis. Deinde pro ἐπιστοῦτο retine id quod libri tuentur πιστούμενος, sed pro *ἔτι δὲ* scribe *ἐτίθη*, post quod verbum, non post ἐπιφανῶς plenius interpunge.

Quod igitur in quindecim hujus libri locis vocales ita concurrunt, ut offendere possint, in septem locis criticorum culpae est tribuendum, v. 614. e. 617. c. 620. e. 623. e. 625. b. 627. a. 628. e., in quatuor locis aperte librariorum, id quod inde potest concludi, quia aliis etiam de causis et ex usu Plutarchi mutatio probatur, v. 616. b. 621. d. 626. c. 627. f. In ceteris locis 615. a. 619. b. 624. e. 628. d. hiatus ipse maxime est offensioni.

Lib. II. Quaest. I. c. II. 630. d. pro *ἂν μὴ κελεύσῃ ἄλλος τις τῶν παρόντων* videtur post *κελεύσῃ τῶν παρόντων ἄλλος τις* scriptum fuisse. C. IV. 631. c. Stephanus locum ex Turnebo sic dedit: *καὶ καθόλου διαλέγεσθαι τοῖς δεινοῖς μᾶλλον, ἢ τοῖς φλυαροῦσι, χαλεπαίνομεν. δῆλον γὰρ, ὅτι ὅλως δῆγμά τι προσίσται αὐτῷ τῷ σκώμματι, λοιδόρημα δὲ, ὑβριστικὸν συμβαίνει εἶναι καὶ πεποιημένον ἐκ παρασκευῆς*. Libri omnes Ald. Bas. Xyl. E. H. Venet. Vat. Palat. contra haec praebent: *καὶ καθόλου διαλέγεσθαι τοῖς* ✻ *νοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς φλυαροῦσι χαλεπαίνομεν,* ✻ *ὅτι δ' ὅλως τὸ* ✻ *ματι προσίσται* ✻ *τὸ σκῶμμα λοιδόρημα δὲ* ✻ *εἶναι καὶ πεποιημένον ἐκ παρασκευῆς*. Wyt-

tenb. inde haec probabiliora esse censet: καὶ τοῖς διαλέγεσθαι δεινοῖς (ita τοῖς διαλ. δειν. etiam Reisk.) μᾶλλον ἢ τοῖς φλυαροῦσι χαλεπα λῶσιν ἐφ' ἡμῖν· ὅτι δὲ ὅλως τὸ τεχνικὸν καὶ pro δῆγμα est in Vulc. Turn. Mez.) τι πρόσεσ σκῶμμα, λοιδόρημα δὲ ὑβριστικὸν δοκεῖ εἶναι Scriptor autem demonstraturus est, cur salibus n conviciis exagitemur. Perge igitur post χαλεπα δῆλον δὲ· (ita est in Vulc.) ὅτε γὰρ δόλου σχῆμ ἴσται, δοκεῖ τὸ σκῶμμα λοιδορήματος δεινότερο (Vulc. inserit hic οὐ) πεποιημένον ἐκ παρασ 631. d. σε τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον est p dictio. C. VI. 632. e. in verbis: ἀντίστροφο γένος εἶναι εἰρωνείας τὸ περὶ τοὺς ἐπαίνους oli ante εἰρωνείας τῆς fuit additum. C. XIII. 634. f de salse dictis facetiisque, quae minus e re causa superbientis sint. Cujus rei exemplum fert: τὸ Τιμαγένους πρὸς τὸν ἄνδρα τῆς ἐμετικ γὰρ ἄρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰσάγων· καὶ (alter plum) πρὸς Ἀθηνόδωρον τὸν φιλόσοφον, εἰ φυ τὰ ἔκγονα φιλοστοργία. Videbis in priore dict esse scomma, quod ille verba: τήνδε Μοῦσαν i tiabat, quasi dictum esset: τήνδ' ἐμοῦσαν, l mentem, idque Xyl. et Stephan. legendum es nuerunt, uti omnino vulgo post Jannot. legitu γὰρ τήνδ' ἐμοῦσαν ἄρχεις εἰσάγων. Apud Athe etiam est κατάρχεις. Simile quid etiam in iis quuntur inesse debet. Libri autem habent: εἰ μ τὰ φιλοστοργία. Nam φυσικὴ pro μουσικὴ scrips bachius non codicum, sed Amiot. Anon. Steph (qui tamen dubius erat) auctoritate, ἡ post φυ addidit, ἔκγονα autem primus dedit Stephanus Turn. Amiot. Anon. Fachsius denique conjeci defendit tamen deinde etiam φυσικὴ ἡ loco Dio VII, 511. ubi legitur: φασὶ δὲ (Stoici) καὶ τ τέχνας φιλοστοργίαν φυσικὴν εἶναι αὐτοῖς καὶ ἐν εἶναι. Minime tamen in his mutationibus et co facetiarum quidquam reperies. Scribe potius:

πρὸς τὰς φιλοστοργίας et cogita: Athenodorum philosophum disputasse: an musica quid faciat ad amores excitandos, illum facetum hominem contra id ita pronuntiasse, quasi dictum fuisset: *εἰ μουσικὴ προστὰς φιλοστοργίας*, an musica prostibulum sit amoris et ita eum derisisse. Vid. Metam. crit. ad Plut. em. p. 11. Hiatus autem per se in his alius verbis non offendit. Quaest. III. c. II. 636. c. Wyttenb. edidit: *ὡς δὲ κάμπη γίνεται τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐκπαγεῖσα διὰ ξηρότητα καὶ περιῤῥαγεῖσα, ἕτερον πτερωθὲν δὶ αὐτῆς τὴν καλουμένην ψύχην μεθίησι.* Sic enim Xyl. locum esse scribendum monuit. *Ψύχην* tamen Turn. et Amiot. in *νύμφην* mutaverunt consentientibus Leonic. Schott. Anon., jure id improbante, Wyttenb. *ψύχη* enim est papilionis genus. Non male autem Wyttenb. pro *ἕτερον* mavult *ἔντομον* vel *ἔνταρον*. Tu scribe *τὸ ἔντερον*. Pro *μεθίησι* Xyl. conjecit *ἀνίησι*. C. III. 637. d. pro *ἐπιγενέσθαι ἔοικεν* fortasse *ἔοικεν ἐπιγενέσθαι* fuit scriptum. Ib. 637. f. in verbis: *δεῖ οὖν ὕστερον ἀνάγκῃ γεγονέναι τὸ θατέρου δεόμενον πρὸς γένεσιν.* Wyttenb. duas lectiones in unam confusas esse credit: *Διὸ ὕστερον ἀνάγκη γεγονέναι* et *δεῖ οὖν ὕστερον γεγονέναι*, nam quod Xyl. praebuerit *ἀνάγκῃ* pro cett. *ἀνάγκη*, difficultatem non solvere. Equidem conjecerim *δυεῖν οὖν ὕστερον*. Quaest. IV. 638. b. in verbis *τοῦ δὲ γυμνικοῦ ἀγῶνος ἐγγὺς ὄντος*, in hiatu minus offendo, quia *γυμνικὸς ἀγὼν* Pythiorum certaminum certa usitataque est significatio. Ib. 638. c. in *κρούματα αὐλήματα καλοῦσιν* bene Wyttenb. *τὰ αὐλ.* conjecit. Quaest. V, 1. 639. b. pro *ὅσα λανθάνει ἡμᾶς* verisimilius est Plutarchum dedisse *ὅσ' ἡμᾶς λανθάνει*. Quaest. VI. c. III. 641. a. in verbis: *ὥσπερ γὰρ οἱ πολυσαρκίᾳ κεχρημένοι καὶ ὄγκῳ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄτεκνοι* fortasse *καὶ* (etiam) ante *ὡς* est addendum. Quaest. VII. c. I. 641. b. in verbis: *ἦσαν μὲν οὖν οἱ καταγελῶντες τοῦ Χαιρημονιανοῦ, ὡς πλάσμα μυθῶδες παραδεδειγμένου καὶ ἄπιστον* scripsit fortasse Plutarchus *τὸν Χαιρημονιανὸν — παραδεδειγμένον*. Qua de structura v. Bernhard. Synt. graec. p. 243. Ib. in verbis: *καὶ ἄλλα πολλὰ ἀντιπαθόντα ἦν ἀκούειν* Wyttenb. *ἀντιπαθόντα* e Ven.

dedit, cum Stephanus ediderit ἀντιπαθόντων et ceteri libri cum Ald. et Bas. tueantur παθόντων. Reisk. aut ἀντιπαθόντα ἦν ἀκ. aut ἀντιπαθόντα θρυλλούντων ἦν ἀκούειν· οἷον, ὅτι etc. voluit. At tu scribe συμπαθόντων, non enim antipathiae, sed sympathiae exempla in iis quae sequuntur, sunt allata. C. II. 641. d. in verbis πολλὰ συμπτώματα ἔχοντα ἐπακολούθησιν articulum τὴν ante ἐπακολούθησιν insere. Sententia enim est: casus eam consecutionem (quam causae) habentes. In Ald. et Bas. est ἔχοντα * σιν. Pro συμπτώματα autem ede συμπτώματ'. Quaest. VIII. 643. a. in verbis: ταῦτα δὲ πλειόνων μαρτυρούντων αὐτῷ, ἀπορίαν αἰτίας παρεῖχε hiatum pausa excusa. Quaest. X. c. II. 644. c. in Tauchn. exempl. ὅπου ἴδιόν ἐστιν vitium typothet. pro ὅπου τὸ ἴδιόν ἐστιν est.

Ex novem igitur hiatibus, in quibus revera haerere possis, tres ut codicum auctoritate non probatos corriges, veluti 631. c. duos et 641. b., unum aliis de causis 637. f. et quinque vocalium concursus causa 630. d. 632. e. 637. d. 639. b. 641. a.

Lib. III. Quaest. I. cap. I. 645. e. in hiatu: τοῦ μαλοῦ Ἀγάθωνος ut in cognomine ei sine dubio jam ab aliis tributo ne offende. C. II. 646. b. verba ὡς δολερὰ εἴματα καὶ χρίσματα dictum continent regis cujusdam Aethiopum longaevorum, saepius et ab aliis et a Plutarcho, vid. interprett. ad h. l., commemoratum. C. III. 647. a. in verbis: ὡς ἧττον ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀνιῶντο olim fortasse ὡς ἧττον ἀνιῶνθ' ὑπ. τ. οἴν. erat scriptum. Ib. 647. d. in verbis: τὸ δὲ τῆς κίπρου ἄνθος Stephanus sine idonea causa κυπείρου reponendum censuit, v. Schneid. in Lex. s. h. v. Sed post κίπρου erit μὲν inserendum, quo haec respondeant verbis: ἐνίων δ' ἀνθῶν ὀσμαῖς. Quaest. II. cap. II. 649. d. in verbis: τὰ δὲ ὑδρευόμενα ἀεὶ διὰ τὴν τροφὴν διαρκῆ καὶ σύμμετρον ἀντέχει, καὶ παραμένει ἀγήρω καὶ χλοερά. διὰ receptum est e Turn. Vulc. et Anon. qui tamen ἀεὶ omisit, διαρκῆ autem quod jam Reisk. dari voluerat, Wyttenb. sumsit e Palat. Vat. et Mez. pro vulgat. διαρκεῖ. Quod autem idem vir doctus in ἀντέχει

ἀπέχει mutandum censuit, non probabis. Si enim c. Anon. ἀεὶ deles ejusque loco διὰ scribis, recte se habent verba: τὰ δ' ὑδρευόμενα διὰ τὴν τροφὴν διαρκῆ καὶ σύμμετρον ἀντέχει καὶ ἀγήρω παραμένει καὶ χλοερά, ubi ordinem e conjectura mea mutatum vides. Quaest. V. c. II. 652. b. in verbis: Ταῦτα, εἶπεν (ita e Turn. Vulc. et Xyl. vers. prob. Reisk. cum Wyttenb. ab Hutten. editum est pro vulg. εἶπων) ὁ Φλῶρος, ἀντικρυς εἰς τὸν Πύρρωνα διὰ τοῦ Πρωταγόρου φέρει ἡμᾶς, videtur ἡμᾶς delendum esse; neque minus ib. in verbis: ἀποδρασόμεθα τὸ λέγειν περὶ ἑκάστου, ὁποῖον φύσει ἐστὶ, fortasse olim τὸ περὶ ἑκάστου λέγειν ὁποῖόν ἐστι φύσει scriptum fuit. Ib. 652. c. in verbis: ὅμοιον ἦν (οἶμαι) χιόνι πῦρ, καὶ καρδίᾳ οἶνον προσφέρειν ἄκρατον erit οἶνον delendum. Ἄκρατος enim per se significat vinum, et legimus infra πέναντες πολὺν ἄκρατον et saep., ut Qu. IX. Ib. 652. d. pro αἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ὁμιλίαι αὐτῶν scriptum fortasse fuit: αἱ πρ. τ. γυν. αὐτῶν ὁμιλίαι, quod magis Plutarchi usui conveniet. Quaest. VI. c. IV, 654. e. in verbis: ἡ δὲ νύξ καὶ τὰ (Ald. et Bas. male κατὰ) πλεῖστα καὶ μανιωδέστερα τῶν ἔργων ἀφαιροῦσα, παράγει καὶ κατευνάζει τὴν φύσιν, οὐκ ἐξοκέλλουσα ὑπὸ πῆς ἄψεως εἰς ὕβριν non dubito quin pro ἐξοκέλλουσα scribendum sit ἐξοκέλλουσαν. Ib. 655. b. verba: οὔτε ταραχὴν ἀπεργάζεται μεγάλην διὰ τὸν ὄγκον κατά γε τὴν νύκτα ἡ ψυχὴ, ἢ μετάθεσις ἐξ ἕδρας ἀτόμων, ᾗ φησιν Ἐπίκουρος, τὴν αἰτίαν τῆς βλάβης αὐτῇ ἀποδούς· ἑαυτὸν δέ πως ἀποχαλάσας ἀναπληρώσει, νέας ἐπιῤῥοῆς τοῖς κενώμασι γινομένης. Stephanus sic dedit, libris repugnantibus, qui loci priora verba sic exhibent: διὰ τὸν ὄγκον ✲ τὰ γένη ψύξις ἢ μετάθεσις, quae Turn. c. Anon. et Mez. explevit διὰ τὸν ὄγκον κατά γε τὴν νύκτα ἡ ψύξις. Wyttenbachius, qui, si Stephanum sequaris, certe τῇ ψυχῇ ἢ μετάθεσιν legendum esse censet, conjecit: διὰ τὸν ὄγκον, οὔτε γέ τινα θλῖψιν ἢ μετάθεσιν, Reiskius autem suspicatus erat: περὶ τὸν ὄγκον, ἠρεμούσης κατά γε τὴν νύκτα τῆς ψυχῆς, ἢ μὴ μεταθείσης ἐξ ἕδρας ἀτόμους, ᾗ φησιν aut διὰ τὸ τὸν ὄγκον ἠρεμεῖν, ἠρεμούσης κατά γε τὴν νύκτα τῆς ψυχῆς. Hutten., equidem tale quid, inquit,

ad sententiam mihi struxi: *διὰ τὸν ὄγκον, οὔτε φορᾶς μὴ τις γένηται πλῆξις ἢ μετάθεσις.* Facilius denique proposuit *νὴ Δία τῷ ὄγκῳ κατά γε τὴν νύκτα ἡ ψύξις ἢ μετάθεσις ἐξ ἕδρας ἀτόμων.* Verba autem quae sequuntur et quae Stephan. Turnebi auctoritate ita edidit, cui proxime accedit Vulcob., qui pro *τὴν αἰτίαν αὐτῇ ἀποδοὺς*, quod Turn. habet, dedit *τὴν βλάβην αὐτῇ ἀποδοὺς*, in omnibus libris ita sunt scripta: *Ἐπίκουρος * ἀποδοὺς δέ πως ἀπογαλ. * ἀναπληρώσει.* Haec Wyttenb. ita expleri vult: *Ἐπίκουρος· ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον τῇ φύσει ἀποδούς, ἑαυτὸν δέ πως ἀπογαληνίσας* (Hutt. se simplex *γαληνίσας* malle dicit, cum *ἀπὸ* ex antecedenti *ἀποδοὺς* repetitum videatur); *ἀναπληρώσει.* Equidem locum sic scribendum esse censeo: *οὔτε ταραχὴν ἀπεργάζεται μεγάλην διὰ τὸν ὄγκον τῇ γεννήσει ψύξις ἢ μετάθεσις ἐξέδρους* (Ald. et Bas. habent *ἐξέδρας* quod fortasse ferri potest) *ἀτόμων, ἣ φησιν Ἐπίκουρος, ἀποδοῦσα· ἑαυτὸν δέ πως ἀπὸ γαλήνης* (Faehs. conjecit *ἀποχυλίσας* et pro *ἑαυτὸν* legi posse dicit *τὸν ὄγκον*) *ἀναπληρώσει νέας ἐπιῤῥοῆς τοῖς κενώμασι γινομένης.* Quorum verborum sententia haec erit: non turbas magnas excitat ob molem (humorem) corporis generationi refrigeratio aut trajectio alienas (et ea de causa non convenientes) atomorum reddens, ut ait Epicurus; se ipsum autem a quieto sive per quietem implebit novo affluxu etc. Quaest. VII. 655. e. pro *Τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνῃσι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχουσι*, scribe *Τὸν νέον οἶνον*, memor loci Hom. Odyss. III. 445. *Νέστωρ χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο*, coll. Kühn. Gr. gr. §. 512 n. 3. Post *μηνὸς* autem jure Xyl. et Wyttenb. nomen (*Ἀνθεστηριῶνος*) desideraverunt. Quaest. IX. c. I. 657. d. in verbis: *ἡ δὲ δυεῖν πρὸς τρία μουσικωτάτη, πᾶσα ὑπνοφόρος καὶ λαθικηδὴς* primum recte *μουσικωτάτη* e Turn. et Anon. probantibus Stephan. Reisk. et Wyttenb. ab Hutten. pro vulgat. *μουσικώτατα* est receptum. Debebat tamen is etiam Reiskium sequi jure in *πᾶσα* offendentem et *πασῶν* inde reddentem, commate post *μουσικωτάτη* delcto et post *πασῶν* posito. Xylander in versione omnino h. v. non expressit. C. II. 657. d. in ver-

bis: *Πρὸς ταῦτα τῷ Ἀρίστωνι ἀντεῖπεν οὐθείς*, scriptum fortasse fuit: *Πρὸς ταῦτα τὰ Ἀρίστωνος κ. τ. λ.*, id quod etiam Xylander in versione expressit: Adversus haec Aristonis dicta nemo dixit.

Quae cum ita sint, ex undecim hiatibus, qui minus facile excusari aut apostrophis tolli possint, duos corriges, quia omnino codicum auctoritate non nituntur p. 655. b, tres autem quia minus usui Plutarchi conveniunt aliisque de causis mutatio commendatur, v. 647. d. 652. c. et 652. d. Sex loci propter vocalium concursum erant suspecti, veluti 647. a. 649. d. 652. b. (duo) 655. e. 657. d.

Lib. IV. Quaest. I. cap. I. 660. e. in verbis: *Σώσαστρον ἡμῖν ὑποτρέφει ὁ Φιλῖνος*, in nomine *Σώσαστρον* offendit Reiskius, quod non graecum putat, suspicatur *Σώστρατον* aut *Σωσίστρατον*, prius vocabulum Xyl. in versione exprimit. Turn. Vulc. et Amiot. melius praebent *Ζωροάστριν*, non improbante Wyttenbachio. Ante *Φιλῖνος* autem articulus est delendus, uti etiam in iis quae sequuntur scriptum est: *Διαφθείρει σου Φιλῖνος*. Ib. 660. f. in verbis: *οὐκ ἄκραν ἀπόδειξιν ἔχει ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ λέγουσι, καθάπερ οἱ τέττιγες, σιτούμενον*, Reiskius *οὐκ* ante *ἄκραν* accipit pro *οὐχὶ* nonne? et suspicatur legendum esse *ἔχει τοῖς ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ — σιτεῖσθαι*, Wyttenb. contra locum corruptum ita refingendum esse dicit: *οὐ μικρὰν ἀπόδειξιν ἔξει τοῖς ἀέρι καὶ δρόσῳ αὐτὸν λέγουσι, καθάπερ οἱ τέττιγες, σιτούμενον*. Ego tamen facio cum Faehsio, qui hanc proposuit conjecturam satis probabilem: *οὐκ ἄκαιρον ἀπόδειξιν ἔχει τὸν ἀέρι καὶ δρόσῳ, ὡς λέγουσι, κ. οἱ τ., σιτούμενον*: exemplum haud intempestivum (suae nutritionis) habet eum, qui aere et rore, quod dicunt, more cicadarum, pascebatur. C. II. 661. d. in verbis: *ἐγὼ δ' ἐκεῖνο ἔχω εἰπεῖν* scripsisse suspicor Plutarchum *ἐγὼ δ' ἐκεῖνὸ εἰπεῖν ἔχω*, nam in eo quod *ὅτι* sequitur, non offendo. Ib. 661. f. in verbis: *ὥσπερ ὁ Ὑψιπύλης τρόφιμος ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἱρόμενος ἄγρευμα ἀνθέων ἡδομένῳ ψυχῇ, τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων* libri exhibent: *ὥσπερ πύλης τρόφιμος *νος ἕτε-*

ρου ἀφ' ἑτέρου λείμενος ἄγρευμα ἂν συνηδομένη ψυχῇ * μὴ πίον ἄπληστος ἐὼν et in ind. var. e Turn. et Vulc. haec notantur: ὥσπερ ὑφιπύλης τρόφιμος δρεπόμενος, ἕτερον ἀφ' ἑτέρου αἰρόμενος ἄγρευμα ἂν συνηδομένη ψυχῇ vel ἀνθέων ἡδομένῳ ψυχῇ νήπιος ἄπληστος ἐὼν ἐ. π. Vulgatam autem dedit Stephanus ex Turn. exempl., in quo hic locus ex alio Plutarcheo loco de amicor. multit., ubi Euripidis dictio integrior est servata, emendatur. Hiatus in verbis Euripidis non offendit. Ib. 662. a. pro πορρώτερον ἐξάγει scribe πορρώτερον ἐξάγει. C. III. 662. d. verba: εἰ μὴ τὰ ἰστία ἑκάτερα ἑκφράμενοι τὴν ἡδονὴν φεύγομεν proverbialiter sunt dicta; qua de causa in hiatibus ne offende. Pro ἑκάτερα Xyl. e. Jun. mavult ἑκατέρᾳ i. e. ambabus manibus. Ib. 663. a. in verbis: * δὲ καὶ ἄλλου ἐπὶ πρόσφορον μένοντος τῇ θερμότητι ἐν τῷ πνεύματι τοῦ μίγματος σκεδασθέντος Vulc. lacunam sic supplet, ut scribat: εὖ δὲ καὶ ἄλλου. Reiskius autem: οὕτω δὲ καὶ ἄλλων ἐπὶ τὸ πρόσφορον ἑκάστῳ ῥεπόντων, τῇ θερμότητι τῇ ἐν, Wyttenb.: καὶ ἄλλου ἄλλῳ τινὶ προσφόρου μέρει ὄντος, τῇ θερμότητι δὲ καὶ τῷ πνεύματι τοῦ μίγματος σκεδασθέντος, Facsius: εἴτε καὶ ἄλλου (f. excidit τινος) ἐπιφόρου μένοντος τῇ θερμ. κ. τ. λ. Equidem scripserim: ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλου τινὸς προσφόρου μένοντος, τῇ θερμότητι καὶ τῷ πνεύματι τοῦ μίγματος σκεδασθέντος, τὰ οἰκεῖα τοῖς συγγενέσιν ἕπεται. Dicit enim in iis quae praecedunt, cuique corporis parti id accidere, quod ei conducat, dulciaque se dulcibus applicare, acria acribus, tristia amaris, et pergit, dum autem alii etiam aliud quod ei conducat maneat, mixtura per calorem et spiritum dissoluta, cognata cognatis applicari. Quaest. II. c. II. 664. d. pro ἐγὼ ἔφην scribe ut in sexcentis aliis locis ἔφην ἐγώ. Ibid. 664. f. pro ἄνευ ὕδατος scribe ἄνευ τοῦ ὕδατος, itemque articulum inserendum esse duco c. IV. 666. c. in verbis: αὐτῷ τῷ δεῖσαι ἀποθανεῖν ἀπέθανον et scribendum τὸ ἀποθανεῖν. Quaest. IV. c. II. 668. a. in verbis: ἀλλὰ τοὺς περὶ τὰ ἰχθυοπώλια ἀναδιδόντας ἑκάστοτε vulgo legitur περὶ τὴν (Ald. vitiose τὸν) ἰχθυοπωλίαν. Τὰ ἰχθυοπώλια Hutten. e Bas. Reiskio probante recepit. Deinde pro ἀναδιδόντας Turn. et

exempl. Turn. praebet διατρίβοντας, Wyttenb. conjecit ἀναλίσκοντας et Hutt. suspicatur ἀναδινῶντας aut ἀναδινοῦντας. At mihi ἀναδίδοντας verum esse videtur, modo scribatur ἕκαστο pro ἑκάστοτε, ut sit: quidque distribuentes, de sumtu enim in piscibus emendis facto est sermo. Retinebis autem vulgatum τὴν ἰχθυοπωλίαν. Ib. 668. d. in verbis τῷ ζωγράφῳ Ἀνδροπύδῃ ut in titulo ne offende. C. III. 668. e. verba: ὡς γὰρ τὰ χρώματα φωτὸς, οὕτως οἱ χυμοὶ ἁλὸς δέονται πρὸς τὸ κινῆσαι τὴν αἴσθησιν Turn. Vulc. Amiot. Xyl. Steph. Mez. Reisk. et Wyttenb. sic exhibent (Steph. tamen pro κινῆσαι etiam ἧσαι, Reisk. ξῦσαι, Turn. autem et Vulc. simul τῖσαι proposuerunt), cum libri habeant: ὡς γὰρ τὰ χρώματα * τος, οἵτως οἱ χυμοὶ * λος δέονται πρὸς το * σαι τὴν αἴσθησιν. Ego supplementa horum virorum probans tamen ante φωτὸς et ἁλὸς articulum τοῦ addi velim. Ib. 669. b. demonstraturus est scriptor sententiam: οὐ μόνον πρὸς τὴν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πότον ὄψον εἰσὶν οἱ ἅλες. Affert igitur: τὰ δὲ (scr. δ') ὑφαλμυρίζοντα μετρίως τῶν στιόων δι' εὐστομίαν πᾶν μὲν οἴνου γένος ἡδὺ τῇ γεύσει καὶ λεῖον ἐπάγει, πᾶν δὲ ὑδὼρ προσφιλὲς παρέχεται ἄλκιμον. Ultima verba autem: πᾶν δὲ ὑδὼρ —ἄλκιμον ita scripta intelligi nequeunt, quod Xyl. Steph. et Reisk. jam intellexerunt, dubii, quid reponendum sit. Turneb. et Vulc. igitur dederunt ἄλκιμα, quo nil lucramur. Wyttenbachius conjecit aut ἄχυμον aut παρέχει· καὶ μὴν ἀηδίας γε κ. τ. λ. Melius denique Faehsius: παρέχεται καὶ πότιμον. At si praecedentia spectas, in quibus dixit, se esse demonstraturum, quatenus sales potum gratum reddant, si porro spectas, eum primum vinum attulisse, quod mediocriter salsis cibis gratius reddatur, quidnam aliud spectabis, quam ut idem de aquae potu affirmetur? Omnia igitur bene habent, si scribis: πᾶν δ' ὕδωρ προσφιλὲς παρέχει τὸ ἄλιμον. Omnem autem aquam acceptam reddit salsum sive id quod salsum est. Vid. Metam. critt. p. 10. et 11. Quaest. V. c. I. 669. f. pro ἔφη ὁ Πολυκράτης scribe ὁ Πολυκράτης ἔφη, quod saepissime ita legitur. C. III. 770. e. legis haec: Οὐδ' * ὁ Λαμπρίας ὑπολαβών· Ἀλλὰ

τοῦ μὲν λαγωοῦ ἀπέχοντα (scil. Ἰουδαῖοι) διὰ τὴν πρὸς τὸν ὄνον ὑπ' αὐτῶν μυσττα θηρίον ἐμφερέστατον. ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους ἕνεκα καὶ τάχους ἐν δεινοῖς εἶναι. καὶ γὰρ ἡ χρόα, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τῶν ὀμμάτων ἡ λιπαρότης, καὶ τὸ ἁλμυρὸν ἔοικε θαυμασίως· ὥστε μηδὲν οὕτω μηδὲ μικρὸν μεγάλῳ τὴν μορφὴν ὅμοιον γεγονέναι. Jure autem miraberis mecum, quod hic asinus lepori simillimum esse dicatur animal, ut nullum fere aliud alii similius sit magnitudine, celeritate, colore, auribus, oculis. In magnitudine et celeritate quidem etiam Reiskius, Wyttenbachius et Faehsius offenderunt, hic conjiciens: οὐ γὰρ ὁ λαγὼς μεγέθους ἕνεκα ἔοικε καὶ τάχους ἐν δεινοῖς εἶναι, Reiskius: ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους μὲν ἕνεκα καὶ τάχους οὐδὲν ἔοικε τοῖς ὄνοις ὅμοιος εἶναι. ἡ δὲ χρόα κ. τ. λ. Wyttenbachius: ὁ γὰρ λαγὼς μεγέθους ἐκτὸς καὶ τάχους ὀνοειδὴς ἐστι. At neque colorem leporis neque oculorum nitorem et salsam naturam adhuc in asinis reperire potui. Quod autem rei natura improbatur, hoc num librorum auctoritate probatur? Minime. Nam unus Stephani liber ὄνον habet, in Ald. et Bas. contra legitur μένον et apud Vulc. πρὸς τὸν μένον ὑπ' αὐτῶν μὴν ἁπάντων φησὶ μάλιστα θηρίων. E Turn. autem affertur πρὸς τὸν μιζούμενον, unde Reisk. fecit: μισούμενον μάλιστα θηρίον, ἐμφέρειαν, Faehsius: ἀπέχονται διὰ τὴν μορφὴν πρὸς τὸν ὄνον ἁπάντων μάλιστα θηρίων ἐμφερεστάτου, et Wyttenbachius: διὰ τὴν πρὸς τὸν ὄνον, ὑπ' αὐτῶν μυσαχθέντα μάλιστα θηρίων, ἐμφέρειαν. Sed si quaerimus, quale fuerit animal illud Judaeorum impurum, quod Plutarchus per λαγωὸς et Hebraeus (Levitic. c. XI. v. 6.) per אַרְנֶבֶת expressit, septuaginta autem viri per χοιρογρύλλιον et Lutherus per Hase, id Hieronymus ita explicat: esse animal non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, unde et in Palaestina ἀρκτομῦς dicatur. Bochartus igitur idem esse animal dicit, quod nostrum: Springhase, neque aliter septem viri in lexico, quod Basil. 1568. prodiit, λαγωὸς interpretantur. Scribunt enim λαγωὸν esse erinaceum, leporem terrestrem et marinum. Arabes iis vesci docuit jam, ut recentiores omittam, Michaelis de Jure Mosaico T. IV.

p. 190. qui his animalibus nomen Bergmaus tribuit. Similimos autem esse hos lepores, sive lagomyn (Mäusehase) in Asia sive dipodes (Springhasen) intelligas, muribus, disces ex descriptione eorum in libris de historia animalium scriptis, uti in Thienemanni libro, qui Lehrbuch d. Zoologie inscribitur, p. 588—591. Inde recte concludes, Vulcobium, qui μῦν, sed alieno loco habet, verum vidisse verbaque ita scribes: Οὐ δῆτα (sic e Reiskii conjectura satis probabili, praelata etiam ab Wyttenbachio alteri ab Amioto et Scaligero Epist. CCXXXII. propositae: Οὐδ' ἀπὸ τρόπου τόδ' ἐστιν, quae ferri nequit, cum Lamprias praecedentem ritus explicationem aperte improbet aliamque proferat. Erraverunt non minus Turneb. et Vulcob. Οὐδ' ἀλόγως conjicientes, id quod ex ipsa particula ἀλλὰ, quae haec verba excipit, intelligere poterant) ὁ Λαμπρίας ὑπολαβών· (Reisk. Amiot. Scalig. l. commem. Turn. et Vulc. addunt ante ὁ Λαμπρίας verbum ἔφη, quod abesse potest et saepius abest eodem jure quo latinorum inquit in sermonibus). Ἀλλὰ τοῦ μὲν λαγωοῦ βδελύττονται (Libri omnes habent * ται, unde Stephan. quem ceteri editores sunt secuti, e conject. dedit ἀπέχονται. Equidem conjeci βδελύττονται, quo verbo Plutarchus in antecedentibus usus est scribens: ἐβδελύττοντο τὴν ὗν, nec putaverim scriptorem eandem locutionem τοῦ λαγωοῦ — ἀπέχεσθαι, quae proxime praecedit, a Lampria repetitam fingere) δὴ τὸ (pro librorum διὰ τὴν, quod propter sequens: ἐμφερέστατον ferri nequit) πρὸς τὴν μῦν (ita pro vulg. πρὸς τὸν ὄνον et pro libror. plur. πρὸς τὸν μένον) ὑπ' αὐτῶν μυσταχθὲν μάλιστα (Scaliger jam ex libror. μυ*στα fecit μυσταχθέντα μάλιστα, quod ceteri probaverunt) θηρίον (Scaliger probante Wyttenbachio mavult θηρίων, quam correctionem nequaquam necessariam esse duco) ἐμφερέστατον (Scaliger conjicit ἐμφέρειαν, quia supra διὰ τὴν legitur. Mihi facilior videbatur emendatio verborum διὰ τὴν in δὴ τὸ). Quorum verborum sententia erit haec: Nequaquam, Lamprias sermonem excipiens. Sed leporis abominantur sane naturam proxime acceden-

tem (τὸ—ἀμφιφόστατον) ad murem, animal ille fastidiosissimum. Judaeos autem murem revera maxime fastidivisse, disces ex Michaelis libr. nominat. IV. p. 201. Lamprias deinde pergit: Ὁ γὰρ λαγωὸς (ita enim, non λαγὼς scribendum esse ex antecedentibus, ubi bis λαγωὸς est scriptum, concludi potest) μεγέθους ἔοικε καὶ τάχους ἐν ἐκεῖνοις (ita pro δεινοῖς scribendum esse censeo, quam certe multo faciliorem Wyttenbachiana supra allata dices mutationem) εἶναι, ut sententia sit: Est enim lepus simili magnitudine et celeritate in illis scil. animalibus. De structura verborum autem ἔοικε μεγέθους καὶ τάχους εἶναι confer Aristot. Meteor. IV, 10. καὶ τὸ ἤλεκτρον δὲ τούτου τοῦ γένους ἔοικε. Vide Bernhard. Synt. graec. p. 166. Cetera, in quibus Faehsius μηδὲ post οὕτω delet, retine. Quaest. VI. c. II. 672. b. in verbis: ταῦτα γὰρ οὐδενὶ δήπουθεν ἄλλῳ θεῷ ἢ Διονύσῳ προσήκει. pro προσήκει quod e Reisk. conject., consentiente Mez. neque spernente Wyttenb., receptum est loco vulgati προσήκειν e Flor. auctore, Wyttenb. erit edendum προσέοικεν. Sed pro ἄλλῳ θεῷ scripserim ἄλλων θεῶν. Ib. in verbis: ἔτι τοίνυν μέλι [μὲν] οὐ προσφέρουσι ταῖς ἱερουργίαις ne dele cum Wyttenb. μὲν. Respondent enim in iis quae sequuntur: τοὺς δὲ (scr. δ') οὕτω κολα et ea quae desunt. Ib. pro τὴν γλυκύτητα οἰνώδεσι ῥίζαις καὶ αὐστηραῖς fortasse ῥίζαις οἰνώδεσι fuit scriptum.

Quae igitur in quatuordecim hujus libri locis legebantur ejusmodi vitia partim omnino ex corruptela majore locorum originem ducere videbantur, uti 660. f. 663. a. bis. 668. e. 669. b. 670. e., partim ex usu scriptoris et libris aliisque de causis erant tollenda, veluti 662. a. 664. d. 666. c. 672. b., partim solo hiatu offendebant 660. e. 661. d. 669. f. 672. b.

Lib. V. Quaest. I. c. II. 673. d. πραττόμενοι ante οἰκείως in exempl. Hutten. et Tauchn. pro πραττόμενον, vitium est typoth. Quaest. II. 675. b. in verbis: καὶ τοῦτο μέν, ἔφην, τὸ ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ ἐστί· pro ἐν μέσῳ olim ἐμμέσων scriptum fuisse videtur. Quaest.

III. c. I. 675. c. καὶ γὰρ ἦν τὸ δεῖπνον ἐν Κορίνθῳ Ἰσθμίων ἀγομένων legitur, ubi τῶν Ἰσθμίων scribes, uti cap. 2., quamquam hiatus pausa poterit defendi. Ib. Reisk. et Wyttenb. cum iisque Hutten. dederunt: κοινῶς δὲ (scr. δ') ὑπὸ πολλῶν λεγομένου, ὡς ἰδιόν ἐστιν, in quibus hiatus quidem excusari poterit, videtur tamen non uti vulgo λεγομένων, sed quod in Ald. Bas. et Xyl. est λεγόμενον scribendum esse, ut ὡς ἰδιόν ἐστιν subjectum sit, ad quod hoc participium sit additum et quod deinde excipiatur a verbis: αὐτὸ τοῦτο παρεῖχεν. Minus offendo c. II. 676. d. in hiatu verborum Ἰσθμίᾳ (Ald. et Bas. male Ἰσθμια praebent) ἐπωνομάσθη ut in appellatione sic neque aliter afferenda. C. III. 677. b. in verbis: ὕστερον δὲ τοῦ ἀγῶνος ἱεροῦ γενομένου, ἐκ τῆς Νεμεακῆς πανηγύρεως μετήνεγκεν ἐνταῦθα τὸν τοῦ σελίνου στέφανον, videtur praepositio ἐκ delenda esse propter sequ. ἐνταῦθα. Genitivi Νεμεακῆς πανηγύρεως tum ab ἀγῶνος regentur. Hiatus tamen per se excusari poterit. Quaest. V. c. I. 678. d. verba Platonis: ἐφάνη μοι τὸ λεγόμενον ὑπὸ Πλάτωνος αὐξομένη πόλει, οὐ πόλιν συμπόσια δεδόσθαι. corrupta esse dixit jam Xyl. Turn. et Vulc. locum ita legunt: αὐξανομένην πόλιν τελευτῶσαν οὐδὲ πόλιν εἶναι καὶ μέγεθός τι δεδόσθαι, vel αὐξομένη πόλις οὐδὲ τέλος πόλις. Iidem cum Anon. et Mez. etiam: αὐξανομένην πόλιν τελευτῶσαν οὐδὲ πόλιν εἶναι, καὶ τέλος τι συμποσίῳ δεδόσθαι. Reiskius suspicatur: αὐξομένην πόλιν, οὐ πόλιν, συμπόσια δὲ δοκεῖν εἶναι ὀρθῶς λέγεσθαι vel εἰρῆσθαι. Kaltw. e Plat. de Rep. IV. 333. ed. Bip. locum ita refingendum putat: ὑπὸ Πλάτωνος, μέχρις οὗ ἂν ἐτέλοι αὐξανομένη πόλις εἶναι μία, μέχρι τούτου αὔξειν, εἰς συμπόσια λέγεσθαι. Wyttenb. conjecit: ἐπ' αὐξομένῃ πόλει, οὐκ ἐπὶ πόλει μᾶλλον ἢ συμποσίῳ λελέχθαι vel δεδόχθαι. Συμποσίῳ autem est in Palat. Faehsio denique legendum esse visum est: αὐξομένην πόλιν οὐ πόλιν, συμπόσια δὲ δεδόχθαι. At tu scribe: ἐφάνη μοι τὸ λεγόμενον ὑπὸ Πλάτωνος „αὐξομένην πόλιν οὐ πόλιν“ συμποσίῳ δεδόσθαι, ut sententia sit: videbatur mihi dictum Platonis: (nimis) auctam civitatem non esse (amplius)

civitatem (scil. unam) (etiam), convivio (cujus plures quam par participes sunt) dici. Hiatus tamen per se ut in dicto Platonis non offenderet. Ib. pro ἄχρι οὗ scribe, quod etiam Faehsius qui Lib. VI. qu. I. fin. conferri jubet, vult, ἄχρις οὗ. C. II. 678. f. in verbis: ὅτι δ' ἄρτου μὲν καὶ οἴνου ἐπιλεπόντων, fortasse μὲν post οἴνου est collocandum. Verba 679. e. autem φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται poëtae esse videntur. Quaest. VII. c. III. 681. d. in verbis: πάσχουσα ἡ ψυχὴ videtur ἡ delendum esse, ut sit nostrum: eine leidende Seele. Quaest. IX. c. I. 684. d. pro ἐπεὶ ὅτι γε scribe ἐπεί γ' ὅτι. Quaest. X. c. IV. 685. d. interpretes offenderunt in verbis: εἴπερ ἄρχει ὁ θεὸς πάντων et Reisk. suspicatur εἴπερ ἄρχει, καθάπερ ὁ θεὸς, πάντων, ut sententia sit: si semen, pariter atque deus, rerum omnium principium est. Wyttenb. c. Amiot. et Mez. mavult ἀρχή, et Faehsius bene proposuit: εἴπερ ἄρχει θεὸς ὡς πάντων.

Itaque tres tantum hoc in libro hiatus ita sunt comparati, ut neque excusari neque apostropho ponendo removeri possint, ex quibus qui 685. d. legitur, aliis de causis jam a Faehsio conjectura est remotus. Ceteri erant 675. b. et 678. f.

Lib. VI. in Prooemio 686. c. pro καίτοι εἰ fortasse καίτοι γ' εἰ est scribendum, poteris tamen etiam hiatum ut in particulis excusare. Quaest. II. c. II. 688. c. in verbis: οὐ γὰρ ἁπλήστου ὑγροῦ τὸ δίψος, ἀλλὰ τοῦ κατὰ φύσιν καὶ οἰκείου Mez. et Reisk. probante Wyttenb. voluerunt: οὐ γὰρ ἁπλῶς τοῦ ὑγροῦ, ut sententia sit: non enim, dum sitimus, quidquid humectet, id omne absque discrimine appetimus, sed tantummodo illud humidum, quod naturae nostrae congruit. Defendit quidem Faehsius vulgatum loco huj. libr. Quaest. III. τοῦ μετρίου καὶ ἀρκοῦντος ἔνδειαν, at non demonstravit, quis sit insatiabilis humor, neque quomodo verba illa: ἀλλὰ τοῦ κατὰ φύσιν καὶ οἰκείου huic sint opposita. Qua de causa illam conjecturam probo. Quaest. III. c. II. 690. b. ἄχρι ἂν cum Faehsio in ἄχρις ἂν erit mutandum, quamquam hiatus ante ἂν minus offen-

dit. Quaest. IV. c. I. 690. d. in verbis: ὅταν οὖν ὑποπλάσθῃ, ὑπὸ τῆς πηγῆς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἀέρι προθερμαθὲν Stephano, qui etiam πληγῆς pro πηγῆς mavult, verbum ὑποπλάσθη, jure est suspectum. Turn. et Vulc. praebent ὑποπιασθῇ Turn. etiam ὑποβρασθῇ. Reisk. suspicatur: ὅταν οὖν ἐπιλασθῇ (vel ὑποχλιασθῇ) ὑπὸ τῆς πηγῆς, ἐν τῷ ἀέρι τὸ ὕδωρ προθερμανθὲν. Mez. autem probante Wyttenb. ἀποσπασθῇ ἀπὸ τῆς πηγῆς, quod mihi quoque placet, modo ἀπὸ omittatur, ἀποσπᾶν enim cum genitivo struitur. Quaest. V. cap. I. 690. f. verba: εἰ μὴ διαφύγοι ὁ λόγος ἡμᾶς, nisi aliud quid in iis latet vitium, ita collocata velim: εἰ μὴ ὁ λόγος ἡμᾶς διαφύγοι. Quaest. VI. c. II. 691. e. in verbis: ἅμα δ' ἀπειργοντα τὸ κρύος καὶ τὸν ἔξω ἀέρα τοῦ σώματος pro ἔξω scribe ἔξωθεν et confer ib. ἔξωθεν ἀὴρ et Qu. V. ὑπὸ τοῦ ἀέρος τὸ ὕδωρ ἔξωθεν ἐμπίπτοντος. Quaest. VII. c. I. 692. b. in verbis: τὸν οἶνον ἔφη δεῖν ἐγχεῖσθαι ἠθημένον pro ἠἰθημένον scribe διηθημένον, uti etiam infra dicitur. Sed pro ἐγχεῖσθαι, quod Hutten. Reiskio jubente jure suo e Turn. Vulc. Bong. recepit, vulgo legitur ἐκχεῖσθαι, in Ald. ἐλέγχεσθαι, in Bas. ἐνέγκεσθαι. Ib. 692. e. in verbis: καὶ διατρύγιόν που Ὅμηρος εἴρηκεν, αὐτὸν δὲ τὸν οἶνον αἶθοπα καὶ ἐρυθρὸν εἰώθε καλεῖν, offendes, quia non additum est, quid Homerus διατρύγιον vocaverit. Τὸν οἶνον enim eum non ita vocasse tum ex Hom. Odyss. XXIV., 342. tum ex verbis: αὐτὸν δὲ τὸν οἶνον apparet. Scribendum igitur esse videtur διατρύγιον τόπον, Ὅμηρος κ. τ. λ. Homerus enim ὄρχους ita vocavit. Cap. II. 692. f. verbo: ἐλαφρὸς καὶ ἄνευ ὀργῆς ἀναμίγνυται ἡμῖν, exitum continent hexametri. Ib. 693. a. in verbis: οὕτως ἡμᾶς ἐφ' ἑτέρους ἂν ψέγοιτε μᾶλλον οἱ σοφοὶ ὑμεῖς, Reisk. non recte post ἡμᾶς deesse opinatur τοὺς πολλοὺς vel τοὺς ἰδιώτας vel ἀμαθεῖς, tu tamen ὑμεῖς dele et pro οἱ σοφοὶ scribe ὦ σοφοί. Ib. 693. c. in verbis: καὶ τὰ διηκριβωμένα τέχνῃ ἐλλόβια fortasse olim καὶ τὰ ἐλλόβια διηκ. τ. fuit scriptum. Quaest. VIII. cap. I. 693. e. in verbis: καλεῖται δὲ βουλίμου ἐξέλασις minus offendo, quia hic nomen rei solemne, quod non facile mutari poterat, affer-

tur. Ib. 694. a. verba: *οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα, πάλαι ὀνομάζομεν* Wyttenb. ita correxit, modo ut *ὀνομάζομεν* vellet. Vulgo legitur: *οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πολύλιμον οἷον πολύνον πάλιν ὀνομάζ.* Xyl. habet: *οὐ γὰρ β. ἀλλὰ πούλυμον, οἷον πολύλιμον πάλαι ὀνομ.* idemque Stephanus excepto *πάλιν*, quod retinet. E Turn. et Vulc. affertur: *πούλιμον οἷον πολύλιμον* et ex Palat. *πολὺν ὄντα* pro vulg. *πολύνον*. Reisk. igitur conjecit: *ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα λιμὸν, ὀνομ.* Tu scribe: *οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πολύλιμον* (vult dicere: ita antea nomen sonabat, postea in *πούλιμον* conflatum) *οἷον πολὺν ὄντα λίμον* (*πάλιν* enim quod vulgo legitur, ortum est ex *τὰ λίμ*) *ὀνομάζομεν*. Ib. in verbis: *ἐκ τῶν Μητροδώρου Ἰωνικῶν* hiatus poterit excusari, quia certus notusque operis titulus affertur. C. II. 694. c. in verbis: *Ἐπεὶ δὲ δὴ ἡπτόμεθα* in Tauchn. exempl. vitiose est scr. *ἠττόμεθα*, pro *Ἐπεὶ δὲ δὴ* autem edendum erit: *Ἐπειδὴ δ'*. Cap. VI. 695. d. ordo verborum: *ὅτι δὲ τὸ ἐκψύχεσθαι οὐ πήγνυσι μόνον*, fortasse olim fuit: *ὅτι δ' οὐ πήγνυσι μόνον τὸ ἐκψύχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τήκει τὰ σώματα*. Quaest. X. cap. I. 697. a. in verbis: *τεκμήριον δὲ καὶ τὸ ἄχρηστον γλυκὺ εἶναι τὸν ὀπὸν, ἀλλὰ πομάτων φαυλότατον* jure offenderunt viri docti et Turn. Vulc. Bong. voluerunt: *καί τοι ἄχρηστον γλυκὺ εἶναι τοῦ ὀποῦ*, Reisk. *καὶ τὸ οὐ χρηστὸν, οὐδὲ γλυκὺν εἶναι τὸν ὀπὸν*, Wyttenb. *ἄχρηστον γλυκὺν εἶναι τὸν ὀπὸν καὶ τὸ γάλα ποιεῖν πόμα φαυλότατον*. Equidem conjicio: *τεκμήριον δὲ καὶ* (rei tractatae) *τὸ ἄχρηστον* (pro adverbio inutiliter i. e. frustra) *γλυκὺν εἶναι τὸν ὀπὸν, ἀλλὰ πομάτων φαυλότατον*. Quorum verborum sententia est: Argumento autem etiam est, quod succus inutiliter sive frustra dulcis, sed potus pessimus est.

Quod si in iis quae de hiatibus in hoc libro obviis disputata sunt, me sequeris, corriges multos (VI.) hiatus ita, ut simul locum aliis etiam vitiis liberaturus sis, veluti 688. c. 690. d. 692. e. 693. a. 694. c. 697. a., alios (tres) ita ut usum Plutarchi magis observes, veluti 690. b. 691. e. 692. b., unum codicum auctoritate 694.

a., ceteros (tres), v. 690. f. 693. c. 695. E, quia in sola vocalium concursione offenderis.

Lib. VII. Prooem. 697. d. in verbis: τὸ πῦρ ἥδιστον εἶναι ἡδυσμάτων videtur hiatus ut in alius sententia ferendus esse. Ib. verba ὅτι ἐπὶ ante τὰ πλεῖστα μιγνύμενος bene Wyttenb. ex ὅτι, quod alii libri ὅτι, alii ἐπεὶ exhibebant, orta esse videntur. Dele igitur ὅτι et ede ἐπεὶ. Quaest. I. c. III. 698. f. in verbis: χωρὶς εἰ μὴ τὸν κύκλωπα φήσει τις, ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἔχει ἕνα, καὶ πόρον τροφῆς καὶ φωνῆς τὸν αὐτὸν· bene et Reiskius qui ὀφθαλμὸν, σχεῖν ἕνα καὶ π. et Wyttenb. qui εἶχεν mavult, viderunt, ἔχει ferri non posse. Mihi autem ἔχειν scribendum esse videtur, qui infinitivus a φήσει pendeat neque accusativum ὀφθαλμὸν ἕνα solum, sed etiam πόρον τὸν αὐτὸν regat. Ib. 699. f. in verbis: ἀμφοτέροις εἰς ταὐτὸ διὰ ταὐτοῦ εἰσκομιζομένοις videtur διεισκομιζομένοις (quod eodem jure quo διεισδύνειν et sim. dici poterit) olim scriptum fuisse. Quaest. II. cap. II. 700. f. in verbis: οἷον ἐδόκει τὸ περὶ τὴν χάλαζαν εἶναι τὴν ὑπὸ χαλαζοφυλάκων αἵματι ἀσπάλακος ἢ ῥακίοις γυναικείοις ἀποτρεπομένην Ald. exhibet: αἱμά τις παλακὸς ἡρακίοις, unde tu scribe: αἵματι σπαλακὸς ἢ ῥακίοις. C. III. 701. a. in verbis: δοκεῖ δή μοι ἡ ψυχρότης κ. τ. λ. post μοι inserendum esse videtur μὲν, ut haec sequentibus respondeant: ἡ δὲ θερμότης εὐδιάλυτον, ubi etiam ante εὐδιάλυτον, articulus τὸ qui in praecedd. recte ante ἀτέραμον additum est, erit addendum. Quod autem μὲν tum non post ἡ ψυχρότης collocatum est, in Plutarcho, qui hanc particulam praesertim si ad totam pertinet sententiam, non semper eo quo exspectatur loco posuit, minus offendet. Ib. 701. b. in verbis: ὅσα τοίνυν ἐκ τῆς χειρὸς εὐθὺς εἰς τὴν γῆν ἀφιγμένα ἐμπίπτει τῶν σπερμάτων Wyttenb. legi vult ἀφειμένα pro ἀφιγμένα et dicendum fuisse monet: ἐκ τῆς χειρὸς ἀφειμένα, εὐθὺς εἰς γῆν ἐμπίπτει. Mihi tamen ἀφιγμένα πίπτει praeferendum esse videtur: quae semina ex manu statim in terram venientia cadunt. Ib. 701. c. in verbis: οἱ δὲ (scr. δ') ὑπαιθροι καὶ γυμνοὶ διὰ ψύχος ἀντίτυποι καὶ δυσμετάβλητοι

καὶ ἀτέραμνοι ἀπαντῶσι τοῖς ἔργοις rectius cum Ald. et Bas. ἀτεράμνοις edes pro ἀτέραμνοι i. e. etiam duris operibus sive laboribus resistunt. Ib. 701. d. nunc e conjectura Reisk. a Wyttenb. probata editum est: δηλονότι τοῖς μὲν ἥττοσι, τοῖς δὲ μᾶλλον, ἢ πνεύματος ψυχροῦ ἐκπιέσαντος, ἢ ὕδατος pro vulgato: πιέσαντος. In Ald. est πισόντος et Reisk. conjecit etiam ἐμπισόντος. Si quid in vulgato mutandum, ego ut in re mala, περιπισόντος malim. Quaest. III. c. I. 701. e. in verbis: ὁ δ' ἂν ἐκέλευε τὸν ἐν μέσῳ οἶνον, exspectaverim ἐκέλευεν ἐν μέσῳ τὸν οἶνον, jussit nos vinum in medio dolio sinere i. e. nostrum: es befahl, dass man den Wein in der Mitte lassen solle. Quaest. IV. c. I. 702. d. in verbis: ἀεὶ τῶν ἐδωδίμων ἐπ' αὐτῇ ὑπέλειπε, pro ἐπ' αὐτῇ scribes ἐπ' αὐτῆς. Quaeritur enim, ubi ea reliquerit, v. Matth. Gr. gr. §. 584. C. VI. 704. a. pro: οὐ πράγματα εἶχε τοῦ Τηλεμάχου ἐπιφανέντος scribes: οὐ πράγματ' εἶχεν ἐπὶ τοῦ Τηλεμάχου φανέντος. C. VII. 704. b. in verbis: ἐδόκει καὶ μίμημα τῆς γῆς ἡ τράπεζα εἶναι fortasse olim ἡ τράπεζα post καὶ collocatum fuit. Quaest. V. c. II. 705. b. in verbis: καὶ τὸ μετὰ πολλῶν θιάσασθαί τι καὶ ἀκοῦσαι, ἐπιτερπέστερόν ἐστι καὶ σεμνότερον, ante ἐπιτερπέστερον καὶ addiderim, uti etiam supra dixit: καὶ στάδια ταύταις καὶ θέατρα ποιεῖται. C. III. 705. b. Hutten. e conj. Mez. et Reisk., probata a Wyttenb., edidit: Ταῦτα τοῦ Καλλιστράτου εἰπόντος, cum vulgo ἐπιόντος legeretur. Ego conjicio Plutarchum διεξιόντος scripsisse. Quaest. VI. c. III. 708. a. in verbis: οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἐστὶ δὴ ἐπιεικὲς dele δὴ et scribe ἐστὶν. Ib. 709. a. in verbis: οὓς ἂν καὶ ἤθελεν αὐτὸς ἑλέσθαι ὁ δειπνίζων, ordo verborum fortasse ὁ δειπνίζων ἑλέσθαι fuit. Quaest. VIII. c. II. 711. d. in verbis Platonis (Phaedr. 243. d.) hiatus λόγῳ ἁλμυρὰν non offendit. C. IV. 713. d. pro ἀβέλτεροί εἰσιν conjicio εἰσὶν ἀβέλτεροι. Quaest. IX. 714. c. defenderim hiatum in verbis: οἱ δὲ πάμπαν ἀρχαῖοι ὡς οὐδὲ τοῦ Ἑρμοῦ δεόμενον τὸν Διόνυσον αὐτὸν, Εὐβουλῆ, καὶ τὴν νύκτα δι' ἐκεῖνον Εὐφρόνην προσεῖπον, quia post ἀρχαῖοι pausa est in loquendo. Quaest. X. c. II. 716. a. in verbis:

ἄοινος ἀεὶ μέθη καὶ σπυθρωπὴ ταῖς τῶν ἀπαιδεύτων ἐνοικεῖ ψυχαῖς, ἐπιταραττομένη ὑπ' ὀργῆς τινος, ἢ δυσμενείας, ἢ φιλονεικίας, ἢ ἀνελευθερίας. offendit ἐπιταραττομένη. Nam non tam ebrietas potest ab ira perturbari dici, quam animus. Scribendum igitur est ἐπιταραττομέναις.

Quodsi igitur hoc in libro tres hiatus librorum ope 700. f. et 701. c. et 701. d., octo aliis de causis 698. f. 701. a. 701. e. 702. d. 704. a. 705. b. 708. a. 716. a. et sex hiatus ipsius causa 697. d. 699. f. 704. b. 705. b. 709. a. 713. d. correxeris, liber his vitiis liberatus erit.

Lib. VIII. Prooem. 716. f. pro οὕτω ante ἀηδὲς est οὕτως scribendum. Quaest. II. c. I. 718. c. in verbis: τίνα λαβὼν γνώμην ἀπεφήνατο ἀεὶ γεωμετρεῖν τὸν θεόν; e conj. Mez. et Reisk. et versione Xyl. ἀεὶ quod in libris non est, Hutt. recepit. At in infin. praes. γεωμετρεῖν inest notio solere, unde additamentum minus necessarium esse videtur. C. IV. 720. b. in verbis: πρόβλημα δοῦσα αὐτῷ Wyttenb. conjecit πρόβλ. λύσας αὐτὸς, Faehsius εἴδους αὐτοῦ, ego nil mutaverim nisi δοῦσα in δοὺς et αὐτῷ in ἑαυτῷ: problema sibi hoc proponens. Quaest. III. c. I. 720. e. in verbis: τοῦτο τοῦ φυσικοῦ ἴδιόν ἐστιν, fortasse τὸ ἴδιόν olim fuit scriptum. Sequitur autem ἡ — πραγματεία. C. II. 721. a. verba: καὶ πολλὴν αἱ ἄτομοι ἐγκατεσπαρμένην χώραν ἐπέχουσιν. Wyttenb. ita e Palat. edidit, nisi quod hic κατεσπαρμένην praebet. Idem habent An. Turn. Vulc., nisi quod αἱ ante ἄτομοι ibi abest. Vulgo legitur πολὺν, loco asteriscis notato. Hinc Xyl. notat, se nescire, an aliquid desit, si πολλὴν legas. Stephano teste haec lectio a quibusdam affertur: πολὺν ἄτομοι ἐγκατεσπαρμέναι. Reiskius autem conjecit: οὐ πολλὴν κατεσπαρμένα χώραν ἀπέχει et Wyttenb. censet vitium in antecedentibus inesse corrigitque ea: ὑπὸ μαινότητος μακρὰ καὶ πλατέα τὰ μεταξὺ pro μικρὰ καὶ λεπτὰ. At id minime probandum. Nam si spatium diffunditur, sane atomi id non implent, sed inter particulas istas spatia parva et tenuia manent vacua. Pergit autem deinde: πολλὴν αἱ ἄτομοι κατεσπαρμέναι (ita enim est scribendum) χώραν ἐπέχουσιν: atomi dispersae multum

spatii tenent. C. V. 722. d. in ὁ Ἀμφιτρύων υἱός erit hiatus excusandus, quamvis υἱός abesse possit. Quaest. IV. c. IV. 724. b. pro πυγμῇ ἀμιλλώμενος (in Tauchn. ex. vitios. ἀμιλλόμενος) scribendum esse videtur: πυξὶ ἅν ἀμιλλώμενος, ita enim in Homeri versibus, qui sequuntur, legitur. Quaest. VI. c. V. 726. d. in verbis: Ὑβριστὴς δ' ἂν καὶ φιλόγελως φύσει ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν; Ἀμπρίας, ἔφη, potest hiatus pausa post φύσει excusari. Ib. 726. f. in verbis: τίς οὐκ ἂν εἴποι ἐπὶ κῶμον Ἑλληνικῶς Κωμεσσάτον λέγεσθαι pro ἐπὶ κῶμον quod ferri nequit, Ald. habet ἐπὶ βωμὸν, Bas. ἐπὶ κωμὸν, Turn. ἐπίκωμον, et pro Κωμεσσάτον Ald. κωμίσαιτο, Bas. non male κωμίσσατον, Turn. κωμισσάτως. Tu cetera retinens pro ἐπὶ κῶμον scribe τὸν κῶμον. Non offendes autem ib. 727. a. in Ἀάβρα, τὰ χείλη, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν δι' αὐτῶν. Quaest. VII. c. III. 727. f. pro καίτοι ὄγε fortasse καίτοιγ' ὁ scribendum. Quaest. VIII. c. II. 729. c. verborum: οὐκ ἐπιτήδεια καταμίγνυσθαι εἰς αἷμα καὶ πνεῦμα νομίζουσιν αὐτῶν ordo fortasse olim fuit: οὐκ ἐπ. καταμ. νομίζουσιν αὐτῶν εἰς αἷμ. κ. πν. C. III. 729. f. ferri poterit καίτοι, ἵνα, sed ib. 730. a. in verbis: ἐπίκειται δίκη ὁ θάνατος dele articulum et cf. Plat. de Legg. VIII, 838. c. Ib. 730. d. in ἀποχὴ ἰχθύων ut in certo ritus solennis nomine non offendo, sed c. IV. 730. d. in verbis: ὅτι ἀεὶ οἱ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερεῖς, οὕς ἱερομνήμονας καλοῦμεν, ἰχθῖς οὐκ ἐσθίουσιν jure Reiskius, qui ὅτι οἱ ἀεὶ et Wyttenb. qui ὅτι δὴ οἱ legi vult, offenderunt. Tu dele omnino ἀεὶ. Quaest. IX. c. III. 734. c. in verbis: οὐδὲν οὖν, (ἔφην) ὦ Διογενιανὲ, δεῖται ὁ λόγος αἰτιῶν ἐπεισοδίων ἔξωθεν, οὐδὲ μετακοσμίων· ἀλλ' αὐτόθεν ἡ περὶ τὴν δίαιταν μεταβολή, τὰ μὲν οὖν γενῷζν, τὰ δ' ἀφανίζειν τῶν νοσημάτων, οὐκ ἀδύνατός ἐστι. mihi pro ὁ λόγος antiquitus νόσος scriptum fuisse videtur. Quaest. X. c. I. 734. f. pro ἄχρι ante ἂν scribe ἄχρις. C. III. 735. e. in verbis: γλεύκους δὲ ζέοντος ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. recte quidem a Stephano probant. Xyl. Mez. Reisk. γλεύκους est propositum et a Wyttenb. atque Hutt. receptum pro γλεύκου, non ita autem

est probandum, quod Wyttenb. pro ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι mavult ἀμφορεῖσθαι, Mez. ἀπαρύεσθαι, quod Xyl. vertendo expressit. Reisk. melius pro ἀεὶ, quod sane ferri nequit, mav. ἅτε. At tu omnino ἀεὶ dele et ἀφαιρεῖσθαι, quod cur mutetur non est causa, rétine. Ib. 735. f. in verbis: ἔστε μὲν οὖν καὶ φυτοῖς ὑγρότητι ἢ θερμότητι τεθηλέναι καὶ αὐξάνεσθαι e Turn. Vulc. Bong. ede καὶ pro ἢ et 736. b. pro μέχρι οὗ scribe μέχρις οὗ.

Quum igitur in quatuordecim locis vocales ita in hoc libro concurrant, ut gravior neque facile excusandus inde exsistat hiatus, duos locos veterum librorum et codicum ope sanabis p. 721. a. et 735. f., undecim aliis de causis et ex usu Plutarchi 716. f. 720. e. 724. b. 726. f. 727. f. 730. a. 730. d. 734. c. 734. f. 735. e. 736. b., ita ut unus tantum restet solius hiatus causa corrigendus 729. c.

Lib. IX. Quaest. I. c. II. 737. a. in verbis: πάντας ἀφεῖναι ἐλευθέρους τοὺς τῷ παιδὶ προσήκοντας articulus τοὺς ante ἐλευθέρους erit addendus. Uti enim ex iis quae praecedunt apparet, tantum de liberis liberaliterque educatis pueris sermo est, quos dimisit. C. III. 734. c. in verbis: Κασσίῳ δὲ Δογγίνῳ λόγου προσπεσόντος ἀδεσπότου, τὸν υἱὸν ἐπὶ ξένης τεθνᾶναι, καὶ τὸ ἀληθὲς οὐκ ἔχοντι εἰπεῖν, οὐδ' ἀνελεῖν τὸ ὕποπτον, Wyttenb. pro εἰπεῖν suspicatus est εὑρεῖν vel ἑλεῖν. Sed cum in Ald. et Bas. sit: καὶ τἀληθὲς ἔχοντος εἰπεῖν, tu quidem cum Xyl. particulam negantem addes, cetera tamen retinebis et scribes: καὶ τἀληθὲς οὐδ' ἔχοντος εἰπεῖν. Reiskius conjecit: καὶ οὐδενὸς οὐδὲ τἀληθὲς ἔχοντος εἰπεῖν. Quaest. II. c. II. 737. f. pro ἐθέλει ante ὁμολογεῖν scribe ἐθέλειν, est enim oratio obliqua. Ib. 738. a. in verbis: τὰ μὲν πολλὰ τῷ φωνάεν εἶναι, τὰ δ' αὖ φωνάεντα ἐν τῷ δίχρονον cum Turn. scribe τ. μ. π. τῷ φωνῆεν εἶναι, τὰ δὲ (hic δ' retine) αὖ φωνήεντα τῷ δίχρονον. (ap. Hutt. vit. δίχρονον). Quaest. IV. c. I. 739. b. in verbis: Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν μὲν Ἑρμείαν, βουλόμενόν τι προβαλεῖν τῷ Ζωπυρίωνι, ἀπεκωλύσαμεν, hiatus pausa poterit excusari. Quaest. XIII. c. I. 742. a. pro τὴν δίκην ταύτην ἰδόντανα εἴποι τις cum

Mez. scribe διέποι τις. C. II. 742. c. in verbis: καὶ οὐκ ἂν (οἶμαι) φαίημεν, Ἀχιλλέα ἥττω γεγονέναι διὰ τὸν θάνατον, οὐδὲ νίκην, ἀλλ' ἄδικον εὐτυχίαν, τοῦ βάλλοντος, pro Ἀχιλλέα in Ald. Bas. et Turn. est Ἀχιλλεὺς, et pro ἥττω in Ald. ἧττον, in Bas. et Turn. ἧτταν, uti etiam διὰ ab Ald. et Bas. abest. Scribe igitur: καὶ οὐκ ἂν, οἶμαι, φαίη μὲν Ἀχιλλεὺς ἧτταν γεγονέναι διὰ τὸν θάνατον, οὐδὲ νίκην, ἀλλ' ἄδικον εὐτυχίαν τοῦ βάλλοντος. Pergitur deinde ἀλλ' ὁ Ἕκτωρ. Ib. 742. c. haec leguntur: ἔπειτα (scr. ἔπειθ') ὁ Ζεὺς τῷ Μενελάῳ τῆς μάχης (in Ald. et Bas. est minus bene τῇ μάχῃ) τὸ βραβεῖον ἀπέδωκεν, εἰπών: Νίκη μὲν δὴ φαίνετ' ἀρηϊφίλου Μενελάου. γελοῖον γὰρ, εἰ τὸν μὲν πόδα ἐνίκησε πόῤῥωθεν ἀκοντίσας μὴ προσδοκήσαντα, μηδὲ φυλαξάμενον, τοῦ δ' ἀπειπαμένου καὶ δραπετεύσαντος καὶ καταδύντος εἰς τοὺς κόλπους τῆς γυναικὸς ἐσκυλευμένου ζῶντος, οὐκ ἄξιος ἦν τὰ νικητήρια φέρεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόκλησιν ἐκείνου κρείττων φανεὶς καὶ περιγενόμενος. Demonstraturus est scriptor, eum, qui fugiat, ipsum concedere, se esse victum et adversarium esse victorem, ad quod confirmandum exemplo utitur Menelai et Paridis. Jupiter, inquit, tum ipse Menelaum victorem praedicavit. Haec autem verba ejusmodi fere sententia excipiet: ridiculum igitur esse, si Paris, qui sane Menelaum eminus vulneravisset, victor diceretur, cum fugisset. Verba ipsa tamen plura habent, quibus jure offendas. Primum verba πόῤῥωθεν ἀκοντίσας ad Paridem esse referenda, ex Homero constat. Paris tamen cum non sit nominatus in antecedentibus, sed cum solius Menelai nomen sit allatum, si grammaticam rationem sequimur, quo ea referamus, non habemus. Atque si hunc hominem ut adversarium Menelai satis notum fuisse dices, hoc certe non negabis, articulum ὁ ante πόῤῥωθεν ἀκοντίσας fuisse addendum. Sed si Paris subjectum est, uti esse debet, ad ἄξιος ἦν subjectum deest, quod, cum ad τοῦ ἀπειπαμένου sit Πάριδος supplendum, Menelaus erit. Deinde recte jam vidit Xylander τὸν μὲν πόδα ἐνίκησε— ἀκοντίσας inepte esse dictum, qua de causa Turn. et Vulc. verba sic ordinant: τὸν μὲν ἐνίκησε πόδα et Vulc. prae-

terea τῶν pro τὸν habet. Palati autem prò πόδα praebet Πάριν, uti pro φυλαξάμενον, quod in Bas. et Xyl. est, ceteri tuentur φυλαξόμενον, in quibus etiam pro ἄξιος, quod item in Bas. et Xyl. est, ἄξιον legitur. Wyttenbachius igitur locum ita voluit corrigi: εἰ τὸν μὲν πόδα πόρρωθεν ἀκοντίσας Πάρις ἐνίκησε μὴ προσδοκήσαντα μηδὲ φυλαξάμενον, αὐτοῦ δὲ ἀπειπαμένου — οὐκ ἄξιος ἦν τὰ νικητήρια φέρεσθαι ὁ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόκλησιν περιγενόμενος. Equidem faciliore medela locum ita sanum reddiderim: γελοῖον γάρ, εἰ τὸν μὲν (scil. Μενέλαον) Πάρις (sic pro Pal. Πάριν) ἐνίκησε — μηδὲ φυλαξάμενον — οὐκ ἄξιος ἦν — ἐκεῖνος (pro cett. ἐκείνου, intellige Menelaum) κρειττων φανεὶς κ. τ. λ. Vid. Metam. crit. p. 11 et 12. C. III. 742. d. pro οὐχὶ ante ἥττων scribe οὐχ. Ib. 743. b. pro τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων fortasse scribendum: τῶν εἰρημένων ὑπ' αὐτοῦ. Quaest. XIV. c. I. 743. c. non offendes in τῷ Μουσηγέτῃ Ἀπόλλωνι. C. VI. 745. d. in verbis: αἵ γε μὲν δὴ Ὁμήρου Σειρῆνες οὐ κατὰ λόγον ἡμᾶς τῷ μύθῳ φοβοῦσιν, Bas. habet: αἱ δὲ Ὅμ. Ald. ἄγομεν δὲ. Ricard. pro Ὁμήρου legi vult et vertit Πλάτωνος, Kaltw. tamen recte tuetur vulgatam ex Hom. Odyss. XII, 41. sqq. Est tamen certe δὴ delendum. C. VII. 746. f. in verbis: ἡ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἡδονὴ εἶδος jure id offendit, quod aurium sensus non est commemoratus. Xyl. igitur legi vult: ἡ δὲ τῶν ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν, quod Amiot. et Kaltw. ita vertendo supplent. Wyttenb. dicit: „Forte corrigendum τελευταῖον (ex anteced. τελευτώσης) τὸ δι' ὠτῶν ὀφθαλμῶν τε ἡδονῆς εἶδος.“ Faehsius incidit in: τὴν δὲ τῶν ὠτῶν ὀφθαλμῶν τε ἡδονὴν καὶ (τὸ) γῆθος εἴτε τ. λ. In Ald. autem legitur: οἱ δὲ καὶ ὀφθαλμῶν ἡδονὴν εἶδος et in Turn. οὐδὲ pro οἵ δε. Tu scribe: τὴν δὲ τῶν ὠτῶν ἡδονὴν καὶ τὸ εἶδος (adspectum), unde simul patet, cur in iis quae sequuntur: τὴν μὲν et τὸ δὲ scriptor dixerit, quod alioquin explicari nequit. Quaest. XV. c. II. 748. d. in verbis: τῆς δ' οὐρανίας ἐκπεσοῦσα ἐκείνης pro vulgato ἐκείνη ex Ald. Bas. Xyl. Venet. Vat. Mez. Wyttenb. dedit ἐκείνης, quod tu muta in κείνης. Pro ἐκπεσοῦσα in Ald. est ἐμπεσοῦσα.

Quae cum ita sint, ex octo in hoc libro obviis gravioribus hiatibus tres corriges librorum auctoritate 737, c. 742. a. 745, d., quatuor aliis de causis 737, a. 737, f. 742. d. et 746. f., unum hiatus ipsius causa 743. b.

In Amatorio c. I. 749. b. pro *ἴλεω εἶναι* scribe c. E. B. *ἵλεω παρεῖναι*, uti Winckelmannus edidit. C. II. 749. c. pro *ἔτι ὢν—ἐτ' ὤν*. Ib. 749. f. in verbis: *παρεχώρησε μὲν (Βάκχων) τῷ Πεισίᾳ καὶ τῷ Ἀνθεμίωνι βουλεύσασθαι τὸ συμφέρον, ὧν ὁ μὲν ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἦν βρασβύτερος, ὁ δὲ Πεισίας αὐστηρότατος τῶν ἐρώντων* recte quidem Wyttenb. ex codd. B. E. Bas. *μὲν* quod vulgo abest, recepit, non recte autem Reiskius *πρεσβύτατος* pro *πρεσβύτερος* conjecit, pejus etiam Xylander censuit ad *αὐστηρότατος* deesse *ἀντίδικος* aut tale quid, quod impugnationem designet. Tantum enim abest, ut Pisias inimicus amoris esse dicatur, ut acerrimus etiam amator (puerorum) esse fingatur, qui hac de causa puerum allquem amatoribus a feminis detrahi nolebat, id quod Anthemio ei vitio vertit in iis, quae haec excipiunt: *ὁ δὲ* (scr. *δ'* i. e. *Ἀνθεμίων*) *ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς ἔλεγε πρωὶν* — usque ad *παλαίστρας*. Quibus addas, quae ipse Pisias c. VI. dicit, se nolle amorem e gymnasiis et ambulationibus traduci in macella et cultellos mullerum. Quare locum ita explico: quorum alter avunculus ejus senior, alter Pisias autem amatorum ejus acerrimus. Pro *αὐτοῦ ἦν* tamen scribendum esse duco *ἦν αὐτοῦ*. C. V. 751. b. hiatus excusari poterit in *τοῦ ἐρωτικοῦ ἀνδρός*, non ita c. VIII. 753. b. in *καθὸ αἴσθηται ὀφρῦς*, ubi Wyttenb. conjecit: *καθείσθω ἡ ὀφρύς*, Xyl. *ὀφρῦς ἀράτω*, ut sit: vult eam simulare amantis contemtum, Reisk. *καὶ καθαιρεῖν τὰς ὀφρῦς καὶ παύσασθαι τρυφῶσα*, Winckelmannus: *καὶ καθέσθω τὰς ὀφρῦς*, afferens adv. Stoic. 1062. f. idemque fere conjecerat eundem locum afferens Faehsius. Voluit enim *καταθέσθω τὰς ὀφρῦς*, quod illi loco magis etiam convenit. Sententia enim est: deponat aut demittat supercilia i. e. desinat superbire. C. IX. 753. d. in verbis: *αὐλητρίδες δὲ Σάμιαι καὶ ὀρχηστρίδες, Ἀριστονίκη καὶ τύμπανον ἔχουσα Οἰνάνθη καὶ Ἀγαθοκλείᾳ*

διαδήμασιν βασιλέων ἐκόσμησαν jure offendit Reiskius in verbo Ἀριστονίκια (uti pro vulg. Ἀριστονίοια dedit, et Wyttenb. e B. E. Vyl. Mez. recepit) sic nude posito conjecitque καὶ ὀρχηστρίδες Ἀριστονίκαι. Bene tamen Winckelmannus memor Athen. XIII. 576. c. suspicatus est Στρατονίκια, uti pro Ἀγαθοκλεία, quod Wyttenb. e Xyl. pro vulg. Ἀγαθοκλία dedit, vidit Ἀγαθόκλεια esse scribendum. Ego locum ita refingendum esse duco: αὐλ. δὲ Σάμ. καὶ ὀρχ. καὶ τύμπανον ἔχουσα Στρατονίκα καὶ Οἰν. καὶ Ἀγαθόκλεια κ. τ. λ. Ib. 754. a. e conj. Wyttenb. editum est: ὥσπερ δακτύλιον δακτύλου ἰσχνοῦ, μὴ παραῤῥυῇ δεδιὼς, cum vulgo: ὥσπερ δακτύλιον, ἴχνος; ὡς μὴ π. legatur. Reiskio suspectum est ἴχνος et redundat ὡς. Winckelm. dedit: δακτυλίους δακτύλων ἰσχνῶν μὴ, quod postea ipse improbavit. In B. E. Ald. est: δακτύλων ἴχνος ὢν μὴ, in Bas. δακτύλιον ἴσχνος ὢν μὴ. Tu scribe: ὥσπερ δακτύλιον ἰσχνος (ut annulum gracilis i. e. homo) ὡς (quasi) μὴ περιῤῥυῇ δεδιὼς. Περιῤῥυῇ jam dedit Winckelm. ex B. E. Ald. Bas. pro vulg. παραῤῥυῇ. C. X. 754. e. in verbis: ἐλθεῖν τοῦ Πεισίου ἑταῖρον vulgo τοῦ Πεισία legitur, quod Wyttenb. correxit. Reisk. conjecerat τῷ Πεισίᾳ quod probo, si deinde scribitur τὸν ἑταῖρον. Ib. 755. c. in verbis: προάγοντος οὖν τοῦ Πεισίου, ὁ μὲν Πρωτογένης οὐκ ἀπελείπετο hiatus poterit excusari. Ib. 755. d. pro ὑπονόει ἐπὶ Βάκχωνος suspicor olim ὑπονόει τοῦ Βάκχωνος scriptum fuisse, qua de structura cf. Thuc. I, 68. C. XI. 756. a. in verbis: νυνὶ δ' ἀπηλλαγμένος Πεισίου, ἡδέως ἂν ὑμῶν ἀκούσαιμι velim γ' post Πεισίου addi. C. XIII. 757. a. scriptor demonstraturus est sententiam: Ἂν οὖν τὸν Ἔρωτα τῶν νενομισμένων τιμῶν ἐκβάλλωμεν, οὐδὲ τῆς Ἀφροδίτης κατὰ χώραν μενοῦσιν. Pergit igitur: Οὐδὲ γὰρ τοῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι τῷ μὲν Ἔρωτι λοιδοροῦνταί τινες, ἀλλ' ἀπέχονται ἐκείνης. Debet autem potius contrarium dici et affirmari: hoc dici non posse, nonnullos quidem Amorem conviciis agitare, sed Veneri esse deditos. Nam qui Amori inimicus, idem etiam ex Plutarchi sententia Veneri est inimicus. Scribe igitur: ἀλλ' ἀντέχονται κἀκείνης, sed adhaerescunt illi.

De structura hujus verbi cf. Eurip. Iphig. Aul. v. 1367. ἀντίχου θυγατρός. C. XVI. (Tauchn. XV.) 758. d. in verbis: μόνον δὲ τὸ ἐρωτικὸν, ὥσπερ δυσιερούντι (ap. Tauchn. est δυσιερούντι) ἄνομον καὶ ἀδέσποτον ἀφεῖται, Hutten. videtur cum Wyttenb. δυσιεροῦν pro vulg. δυσιέρους ex E. dare voluisse. In B. verbum ita est scriptum, ut non satis dignosci possit, utrum scriba dare voluerit δυσιεροῦς an δυσιεροῦν. Reisk. non male conjecit ὥσπερ δυσιέρους homo cui sacris interdictum est. Probo tamen c. Wyttenb. Hutt. et Winckelm. δυσιεροῦν et in sequ., ubi Wyttenb. ἄνομον e conj. pro vulg. ἄνοσον dedit, cum Reisk. et Winckelm. scribes ἀνόσιον. Ib. 758. f. in verbis ex Platon. Phaedr. 245. a. desumtis non offendes in λαβοῦσα ἁπαλὴν. Sed ib. non cum Wyttenb. et Winckelm. facio, qui pro ὅτι τῷ θεῷ ἀντῆται scribi volunt ὅτῳ θεῷ ἀν. Equidem potius τὸν θεὸν legendum esse censeo, ut sit: quod deum (scil. Martem) dimittit (nostrum: entsendet). Aristoteles certe etiam hoc verbo active pro dimittere, solvere usus est. Vid. Lexic. sept. vir. s. h. v. Tum aptissime sequuntur accusativi illi: ἄχαριν, ἀκίθαριν. Ib. 760. c. non offendes in hiatu: λέγεται καὶ Ἀλέξανδρος ἐπιστεῖλαι Θεοδώρῳ, Πρωτέου ἀδελφῷ. Sed c. XVII. 760. e. pro ἔφη ὁ πατὴρ scribe uti supra c. XV. ὁ πατὴρ ἔφη. Ib. 761. b. in verbis: παρ' ἡμῖν (scr. c. Winckelm. ex B. E. ὑμῖν) δὲ, ὦ Πεμπτίδη τοῖς Θηβαίοις, οὐ πανοπλίᾳ ὁ ἐραστὴς ἐδωρεῖτο (E. habet ἐδώρει) τὸν ἐρώμενον post πανοπλίᾳ insere μὲν, sequitur enim ἄλλαξε δὲ. Ib. 762. b. haec leguntur: διὸ ταῦτα μὲν ἐῶμεν, μετὰ δὲ τὴν ἰσχὺν τοῦ Ἔρωτος οὖσαν τοσαύτην, ἤδη τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὐμένειαν καὶ χάριν ἐπισκοπῶμεν, οὐκ εἰ πολλὰ τοῖς χρωμένοις ἀγαθὰ περιποιεῖ (δῆλα γὰρ ἐστι ταῦτά γε πᾶσιν) ἀλλ' εἰ πλείονα καὶ μείζονα τοὺς ἐρῶντας αὐτοῦ ὀνίνησιν. Hic Winckelmannus ἐπισκοπῶμεν quidem ex E. Ald. Bas. et B. (in quo est ἐπισκοπῶν) recte mutavit in ἐπισκοπῶ, de ceteris tamen tacuit, quae aperte non ita a Plutarcho sunt scripta, qui gratiam et benignitatem Amoris erga homines consideraturus ejusque beneficia est enumeraturus. Potestne igitur apte dicere:

se non ea bona esse allaturum, quae Amor tribuat iis qui ipso utantur, quia haec aperta sint, sed plura et majora, quae ipsum amantibus ferat? Nonne enim amantes Amorem iidem sunt atque Amore utentes? Recte igitur Meziriacus pro τοῖς χρωμένοις maluit τοῖς ἐρωμένοις, ut ii qui amantur discernantur ab amantibus, idemque pro αὐτοῦ post ἐρῶντας bene conjecit αὐτούς, probante etiam Wyttenbachio. Quid enim hoc sibi vult: amantes Amorem? Hoc potius dicit: amantibus ipsis, non solum amatis multa afferre commoda Amorem. V. Metam. crit. p. 15 et 16. C. XVIII. 762. e. in verbis: ψυχὴν δὲ μετρίαν καὶ ταπεινὴν καὶ ἀγεννῆ ὁρῶντες videtur post ἀγεννῆ, quod in Ald. et Bas. ἀγενῆ scriptum est, μὲν, quod sequ. ἐκεῖνο δὲ respondeat, additum fuisse. C. XIX. 764. b. pro ἔφη ὁ πατὴρ erit ὁ πατὴρ ἔφη, uti saepius legitur, scribendum. Ib. 765. a. Hutten. e conj. Reisk. et Wyttenb. recepit ὃ ἀσπάσασθαι, cum vulgo ὃ non legatur. Recte Winckelm. ὃ iterum deleyit monens ad ἀσπάσασθαι αὐτὸ i. e. τὸ κάλλος esse supplendum. C. XX. 765. f. pro ὡς ἐν τῷ νέφει ὄντος, scriptum fortasse fuit ὡς ὄντος ἐν τῷ νέφει. Ib. 766. d. in verbis: ἐκ δὲ λαμπρῶν εἰς ταπεινὰ πράγματα καὶ εὐτελῆ ἀφιγμένος post εὐτελῆ desidero μὲν, quod sequ. ὅμως respondeat. C. XXII. πεῖρα ante οὐκ vitium est typoth. in ex, Tauchn. pro πεῖραν. C. XXV. 771. c. libri variant in verbis βασιλεύοντα ἐκεῖνον, Ald. habet βασιλεύων ἐκείνων ὡς. cod. B. βασιλεύων ἐκείνᾶς, idem E, sed non superscripto ϱ. Turn. Vulc. Bong. ἢ βασιλευόντων ἐκείνων. Inde Winckelm. recte edidit βασιλεύων ἐκεῖνος, conferri jubens Matth. Gr. gr. p. 841.

Ex viginti igitur hujus libri gravioribus hiatibus quinque codicum auctoritate tolles, v. 749. b. 754. a. 758. d. 765. a. 771. c., novem aliis de causis 753. b. 753. d. 754. e. 757. a. 758. f. 761. b. 762. b. 762. e. 766. d. et ceteros sex solius hiatus gratia 749. f. 755. d. 756. a. 760. e. 764. b. 765. f.

Alia tamen orationis conformatio eaque talis, quae minime etiam gravissimis hiatibus abstinuerit, reperitur in amatoriis narrationibus, in quarum cap. I. legi-

De structura hujus verbi cf. Eurip. Iphig. Aul. v. 1267. ἀντίχου θυγατρός. C. XVI. (Tauchn. XV.) 758. d. in verbis: μόνον δὲ τὸ ἐρωτικὸν, ὥσπερ δυσιερούντι (ap. Tauchn. est δυσιερούντι) ἄνομον καὶ ἀδέσποτον ἀφεῖται, Hutten. videtur cum Wyttenb. δυσιερῶν pro vulg. δυσιέρους ex E. dare voluisse. In B. verbum ita est scriptum, ut non satis dignosci possit, utrum scriba dare voluerit δυσιερούς an δυσιερῶν. Reisk. non male conjecit ὥσπερ δυσιέρους homo cui sacris interdictum est. Probo tamen c. Wyttenb. Hutt. et Winckelm. δυσιερῶν et in sequ., ubi Wyttenb. ἄνομον e conj. pro vulg. ἄνοσον dedit, cum Reisk. et Winckelm. scribes ἀνόσιον. Ib. 758. f. in verbis ex Platon. Phaedr. 245. a. desumtis non offendes in λαβοῦσα ἀπαλὴν. Sed ib. non cum Wyttenb. et Winckelm. facio, qui pro ὅτι τῷ θεῷ ἀνῆται scribi volunt ὅτῳ θεῷ ἀν. Equidem potius τὸν θεὸν legendum esse censeo, ut sit: quod deum (scil. Martem) dimittit (nostrum: entsendet). Aristoteles certe etiam hoc verbo active pro dimittere, solvere usus est. Vid. Lexic. sept. vir. s. h. v. Tum aptissime sequuntur accusativi illi: ἄχαριν, ἀκίθαριν. Ib. 760. c. non offendes in hiatu: λέγεται καὶ Ἀλέξανδρος ἐπιστεῖλαι Θεοδώρῳ, Πρωτέου ἀδελφῷ. Sed c. XVII. 760. e. pro ἔφη ὁ πατὴρ scribe uti supra c. XV. ὁ πατὴρ ἔφη. Ib. 761. b. in verbis: παρ' ἡμῖν (scr. c. Winckelm. ex B. E. ὑμῖν) δὲ, ὦ Πεμπτίδη τοῖς Θηβαίοις, οὐ πανοπλίᾳ ὁ ἱραστὴς ἐδωρεῖτο (E. habet ἐδώρει) τὸν ἱρώμενον post πανοπλίᾳ insere μὲν, sequitur enim ἤλλαξε δὲ. Ib. 762. b. haec leguntur: διὸ ταῦτα μὲν ἐῶμεν, μετὰ δὲ τὴν ἰσχὺν τοῦ Ἔρωτος οὖσαν τοσαύτην, ἤδη τὴν πρὸς ἀνθρώπους εὐμένειαν καὶ χάριν ἐπισκοπῶμεν, οὐκ εἰ πολλὰ τοῖς χρωμένοις ἀγαθὰ περιποιεῖ (δῆλα γὰρ ἐστι ταῦτά γε πᾶσιν) ἀλλ' εἰ πλείονα καὶ μείζονα τοὺς ἱρῶντας αὐτοῦ ὀνίνησιν. Hic Winckelmannus ἐπισκοπῶμεν quidem ex E. Ald. Bas. et B. (in quo est ἐπισκοπῶν) recte mutavit in ἐπισκοπῶ, de ceteris tamen tacuit, quae aperte non ita a Plutarcho sunt scripta, qui gratiam et benignitatem Amoris erga homines consideraturus ejusque beneficia est enumeraturus. Potestne igitur apte dicere:

se non ea bona esse allaturum, quae Amor tribuat iis, qui ipso utantur, quia haec aperta sint, sed plura et majora, quae ipsum amantibus ferat? Nonne enim amantes Amorem iidem sunt atque Amore ptentes? Recte igitur Meziriacus pro τοῖς χρωμένοις maluit τοῖς ἐρωμένοις, ut ii qui amantur discernantur ab amantibus, idemque pro αὐτοῦ post ἐρῶντας bene conjecit αὐτούς, probante etiam Wyttenbachio. Quid enim hoc sibi vult: amantes Amorem? Hoc potius dicit: amantibus ipsis, non solum amatis multa afferre commoda Amorem. V. Metam. crit. p. 15 et 16. C. XVIII. 762. e. in verbis: ψυχὴν δὲ μεγαλὴν καὶ ταπεινὴν καὶ ἀγεννῆ ὁρῶντες videtur post ἀγεννῆ, quod in Ald. et Bas. ἀγενῆ scriptum est, μὲν, quod sequ. ἐκεῖνο δὲ respondeat, additum fuisse. C. XIX. 764. b. pro ἔφη ὁ πατὴρ erit ὁ πατὴρ ἔφη, uti saepius legitur, scribendum. Ib. 765. a. Hutten. e conj. Reisk. et Wyttenb. recepit ὃ ἀσπάσασθαι, cum vulgo ὃ non legatur. Recte Winckelm. ὃ iterum delevit monens ad ἀσπάσασθαι αὐτὸ i. e. τὸ κάλλος esse supplendum. C. XX. 765. f. pro ὡς ἐν τῷ νέφει ὄντος, scriptum fortasse fuit ὡς ὄντος ἐν τῷ νέφει. Ib. 766. d. in verbis: ἐκ δὲ λαμπρῶν εἰς ταπεινὰ πράγματα καὶ εὐτελῆ ἀφιγμένος post εὐτελῆ desidero μὲν, quod sequ. ὅμως respondeat. C. XXII. πεῖρα ante οὐκ vitium est typoth. in ex. Tauchn. pro πεῖραν. C. XXV. 771. c. libri variant in verbis βασιλεύοντα ἐκεῖνον, Ald. habet βασιλεύων ἐκείνων ὡς. cod. B. βασιλεύων ἐκείνως, idem E, sed non superscripto ο. Turn. Vulc. Bong. ἢ βασιλευόντων ἐκείνων. Inde Winckelm. recte edidit βασιλεύων ἐκεῖνος, conferri jubens Matth. Gr. gr. p. 841.

Ex viginti igitur hujus libri gravioribus hiatibus quinque codicum auctoritate tolles, v. 749. b. 754. a. 758. d. 765. a. 771. c., novem aliis de causis 753. b. 753. d. 754. e. 757. a. 758. f. 761. b. 762. b. 762. e. 766. d. et ceteros sex solius hiatus gratia 749. f. 755. d. 756. a. 760. e. 764. b. 765. f.

Alia tamen orationis conformatio eaque talis, quae minime etiam gravissimis hiatibus abstinuerit, reperitur in amatoriis narrationibus, in quarum cap. I. legi-

tur: διαπρέπουσα, ὄνομα Ἀριστόκλεια — παρθένου ἡττημένος — πράγματι ὁ — Τραφωνίῳ ἐπιτρέψαι — παρθένου οἰκετῶν — ἠξίου ἐπ' — Καλλισθένει, ἀξιῶν — γάμου ἐφθονήθη ὑπὸ — πάτρια ἐπὶ. C. II. Δεξάνδρου, ἔφρασεν — φεύγει εἰς — Μολίσσου υἱὸς — ῥίπτει ἑαυτὸν. C. III. προὔκειτο ἡ — Σκεδάσου οἰκίᾳ — αὐτοῦ ὑπὸ — καταληφθέντα εὑρίσκει — πράγματι ἠπόρει — αὐτοῦ εἰς — νεκρὰ οὕτως — ἀπῄει εἰς — πριουμένου ἀκούσας — ἐπεχείρει ὑβρίσαι — ποιήσονται οἱ — παρεκάλει αὐτὸν — ὑποστρέψαντα εἰς — Θηβαῖοι ἐπὶ τὰ Λεῦκτρα, αἰσιούμενοι — Πελοπίδῃ, ἐνὶ. C. IV. εὐδοκιμώτατοι ἐν — ἠξίου ἐπὶ — θορύβῳ ἡ — φυγοῦσα ἴετο — γεωργοὶ ἐν — διασωθεῖσα, ἐφύλαξε — ἐλθοῦσα, ἱκέτις καθέζεται ἐπὶ — ἑκάστου ὄνομα — πυθόμενοι, εἰς — ὑποδέχονται αὐτοὺς — Θηβαῖοι ἐξαιτοῦντες — κώμῃ ἐξηνδραποδίσαντο — Φώκου εἴη — ἐπανιόντι, ἀγγελθῆναι. C. V. ἐφθονήθη ὑπὸ — τἀνδρὶ ἐκώλυον — αὐτοῦ ἐδήμευσαν — περιελαυνομένη, ἐτήρησε.

Verum igitur hic quoque sensit Wyttenbachius, quo erat subtili et acuto judicio, qui hunc librum sibi non a Plutarcho profectum esse videri est professus. Winckelmannus autem, qui dicit, se non exputare, quibus rationibus ductus Wyttenbachius negaverit libellum esse Plutarchi, fortasse ex hac ipsa Plutarcho aliena orationis conformatione concedet, eundem scriptorem non sibi ipsi tam dissimilem esse posse.

Librum philosophandum esse cum principibus Xylander quidem Plutarcho tribuendum esse negat, Reiskius tamen cum Kaltwassero eum mutilum esse concedens Plutarcho non abjudicandum esse censet, neque in ipsa libelli conditione quidquam inest, quod nos cogat cum Xylandro facere. Quod enim cap. I. 776. b legitur: Σίμων εἰ γένωμαι ὁ σκυτοτόμος ἢ Διονύσιος ὁ γραμματιστὴς, ἐκ Περικλέους ἢ Κάτωνος, ἵνα μοι προσδιαλέγηται καὶ προσκαθίζῃ ὁ Σωκράτης ὡς ἐκείνοις, aperte vitiosum est. Verba optantis sunt ex homine in republ. principe philosophum fieri, ut audire possit virum egregium ejusmodi, qualis Socrates erat. Scribendum igitur erit pro εἰ γένωμαι εἰ γενοίμην, et in iis quae sequuntur, vulgatum: ὡς ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος, quod Xylandro in ver-

sione praeeunte et Wyttenbachio probante ab Huttenio e conj. mutatum est, restituendum est, quo facto post προσκαθίζῃ adde τις. Ib. 776. d. pro δὴ in ἀκούομεν δὴ Ὁμήρου scribe δ'. In iis autem, quae sequuntur, hiatus θεοῦ ὀαριστὴν, ut in verbis Homeri non offendit. Sed cap. II. 777. b. jam Mez. et Wyttenb. quaedam excidisse viderunt. Quod si est totus liber excerptum quoddam, minus etiam offendit, uti etiam tum hiatus init. c. II. 777. b. ὁ δὲ λέγειν, ὅτι δύο λόγοι εἰσὶν, poterit facile explicari, quia haec eclogarius, ut quae sequuntur, intelligantur, ex iis quae omisit, in brevius contracta addidit. Ib. 778. a. suspicor in verbis: οὐ μὴν οὐδὲ φεύγει ταῦτα προσόντα μετρίῳ ἤθει, pluralem μετρίοις ἤθεσι, cum de pluribus sit sermo, a Plutarcho scriptum fuisse. Ib. 778. b. in verbis: ὁ μὲν οὖν ἀπράγμων φιλόσοφος οὐ φεύξεται τοὺς τοιούτους, ὁ δὲ πολιτικὸς καὶ περιέξεται αὐτῶν, ἄκουσι μὲν οὐκ ἐνοχλῶν, οὐδ' ἐπισταθμεύων τὰ ὦτα διαλέξεσιν ἀκαίροις καὶ σοφιστικαῖς, βουλομένοις δὲ χαίρων καὶ διαλεγόμενος καὶ σχολάζων καὶ συνὼν προθύμως. vulgo post περιέξεται legitur αὐτῶν ἀκούειν, οὐδ', quod Hutten. Mez. Reiskio et Wyttenbachio suadentibus in αὐτῶν, ἄκουσι μὲν mutavit. Ego facio cum Faehsio, qui ἀκοίων conjecit et deinde βουλευομένοις, quo facto αὐτῶν ad ἀκοίων refero et post περιέξεται interpungo. C. III. 778. c. in verbis: ἥδιον ἂν ἔσπειρε τὴν τοσούτους τρέφειν δυναμένην, ἢ τὸ Ἀντισθένους ἐκεῖνο χωρίδιον, ἣν μόλις αὐτῷ αὖ πάλιν ἀνῄρηκας· dicit Reisk. ante ἣν lacunam esse et se hunc cum sequente versum non intelligere fatetur. E Turn. et Vulc. notatur: ἣν αὐτῷ μόλις οὖν πάλιν ἀνείρηκας. Wyttenb. corrigit: ὃ μόλις Αὐτολύκῳ ἐμπαλαίειν ἤρκεσε, Faehsius ἣν deleto μόλις αὐτῷ παντελῶς ἀπάρκεσαν. Mihi tamen cetera, uti a Turn. et Vulc. exhibentur, ferri posse videntur, modo ἀνεύρηκας scribatur: quam igitur (regionem magnam) vix ei iterum reperisti ut colendam. Nostrum: welche du nun ihm kaum wieder aufgefunden hast, quod idem erit, atque auffinden kannst. Ib. 778. d. pro τῷ πάσχειν εὖ ante αἰσχύνονται fortasse τῷ εὖ πάσχειν, uti supra, fuit scriptum. C. IV. 779. b.

in verbis: καὶ τεκτονικὸς οὐκ ἂν οὕτω κατασκευάσαι, ἄροτρον προθύμως ἢ ἅμαξαν malim προθύμως potius post κατασκευάσαι neque tam remote ab οὕτω legatur.

Quae cum ita sint, hiatus istos novem, qui hoc in excerpto reperiuntur aut corriges librorum auctoritate, veluti 776. b. 778. b. 778. c. aut aliis de causis 776. b. 776. d. 778. a. 778. d. 779. b. aut excusabis, veluti 777. b.

In libro ad principem ineruditum c. IV. 781. b. in verbis: οἱ παλαιοὶ οὕτω λέγουσι κ. τ. λ. videtur οἱ παλαιοί γ' antiqui quidem scriptum fuisse, desideratur enim particula aliqua, qua haec cum antecedentibus cohaerere indicetur. C. V. 781. f. in verbis: ἀλλ' ἡμῖν ἄνω που περὶ τὴν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ οὕτω φύσιν ἔχουσαν ἱδρυμένος ἐν βάθροις ἁγίοις, ᾗ φησι Πλάτων εὐθέα περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· οἷον δὲ ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἐσόπτρου εἴδωλον ἀναφαίνεται τοῖς ἐκεῖνον ἐνορᾷν δι' αὐτοῦ δυνατοῖς, οὕτω κ. τ. λ. primum pro οὕτω ante φύσιν Reisk. suspicatus est ὡσαύτως, et Wyttenb. legit: ἀλλ' ὁ μὲν ἄνω που περὶ τὴν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως, at equidem nil mutaverim nisi ταὐτὰ in ταὐτὸν, ut sententia sit: sed nobis supra alicubi juxta naturam quae se erga idem semper ita praebet (uti se praebet) collocatus in sacris gradibus, uti Plato dicit, recta secundum naturam circumiens perpetrat, ita ut conjectura Reiskii εὐθεία aut εὐθεῖαν pro εὐθέα non opus sit. Deinde pergas: οἷον δὲ δι' ἥλιον ἐν οὐρανῷ μίμημα τὸ περικαλλὲς αὐτοῦ δι' ἔσοπτρον εἴδωλον ἀναφαίνεται, uti per solem autem in coelo tamquam sui imitationem pulcherrimam ipsius per speculum (conspiciendam) imaginem praebet etc. Reiskius contra conjecit: ἐν οὐρανῷ καταστήσας μίμημα τὸ περικαλλέστατον ἑαυτοῦ, δι' ἐσόπτου (vel δι' εὐσυνόπτου) εἰδώλου—ἐκεῖνον συνορᾷν διὰ τούτου δυναμένοις, οὕτως τοῦ ἐν πόλεσι φέγγους εὐδικίας κ. τ. λ. C. VI. 182. c. ne dubita quin in verbis: καὶ τοῦ Διονυσίου ἀληθές ἐστιν e Pet. pro ἀληθές ἐστιν recipias πρόχειρόν ἐστιν.

Quatuor igitur hiatus in hoc fragmento tum codicum

ope 782. c. cum aliis de causis 781. b. et 781. f. corriges. Recte autem et Meziriacus et Wyttenb. hunc libellum non integrum esse judicaverunt.

In libri: **an seni sit gerenda respublica** cap. XV. 791. f. pro ἄχρι ante ἑξήκοντα scribe ἄχρις. C. XXIII. 795. b. in verbis: Τοὐτου δὲ πολιτικώτερον, μὴ μόνον ἐμφανῶς μηδὲ δημοσίᾳ ὀνειδίζειν Wyttenb. structuram turbidam nominat et ita restituendam: πολιτικώτερος ὁ μὴ μόνον—ὀνειδίζων, et Reisk. suspicatur: πολιτικώτερον scil. ποιεῖ, vel πολιτικώτερός ἐστιν, ὁ μὴ μόνον μὴ ἐμφ.—ὀνειδίζων. At cum nominativi in iis quae sequuntur, non offendant, v. Bernhard. Synt. gr. 367., has conjecturas non probo. Sed cum ἰδίᾳ in sequ. habeat quid sibi sit oppositum, dico ἐμφανῶς, illud τοῖς εὖ πεφυκόσι non minus videtur oppositum quid desiderare. Plutarchus igitur pro μηδὲ δημοσίᾳ scripsisse videtur: μηδὲ δημοσίοις ne publicis quidem servis. C. XXVII. 797. b. verba Thucydidis sunt V, 65. κακὸν κακῷ ἰάσασθαι. Hunc igitur librum duobus locis correctis hiatibus paucis illis (c. XV. et XXIII.) liberabis.

In reipublicae gerendae praeceptis c. III. 799. d. in verbis: οὐκ Ἀλκιβιάδῃ, ὄρτυγος ἐν τῷ λέγειν διαφυγόντος ἐκ τοῦ ἱματίου, φιλοτίμως συνθηρεύσαντες ἀπέδωκαν, bene conjecit R. ἀπέδωκαν ἄν, sed non minus cod. Pet. sequere et pro Ἀλκιβιάδῃ Ἀλκιβιάδην commate ante ὄρτυγος deleto scribe, ut accus. a διαφυγόντος regatur. C. IV. 801. a. pro τί οὖν δὴ ante οὐχὶ Turn. Vulc. B. habent τί δ' οὖν δή, tu scribe τί δ' οὖν deleto δή. C. V. 801. e. in verbis: οὐδὲ Διὸς Βουλαίου μόνου ἔχρῃζον, in Ald. et Bas. male est βουλέου, Turn. Vulc. B. habent βουλέως βασιλέως, Pet. βολαίου pro Βουλαίου. Pro μόνου autem ede μόνον. Idem suaserim ib. 802. c. in verbis: οὐκ αὐτῷ μόνῳ ἐκείνῳ, ubi non minus μόνον scripserim. C. X. 805. a. in verbis: αἱ δίκαι γε λείπονται αἱ δημόσιαι, καὶ πρεσβεῖαι πρὸς αὐτοκράτορα, ἀνδρὸς διαπύρου καὶ θάρσος ἅμα καὶ νοῦν ἔχοντος δεόμεναι. Reiskius articulum αἱ ante δίκαι delendum esse censet et in τε mutandum. At mihi potius alter articulus ante δημο-

σίαι delendus esse videtur, ut sententia sit: die Gerichte wenigstens sind noch übrig als öffentliche und Gesandtschaften zum Kaiser, welche u. s. x. Unde perspicies post *αὐτοκράτορα* pausam esse. C. XI. 805. e. in verbis: *προσδραμὼν ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ, ἔτι νέος, καὶ ἄδοξος ἐνδόξῳ* scribe *νέος ἔτι καὶ ἄδοξος ἐνδ.* ut *ἔτι* ad utrumque referri possit. C. XI. 806. a. in verbis: *συμβαίνει ἐνὶ χαρίζεσθαι καὶ πολλοῖς*, in Turn. V. Bong. est *συμβαίνειν*. Pet. post *συμβαίνει* indit *ἐν* et pro *καὶ* post *χαρίζεσθαι* habet *τε*. Ald. et Argent. exhibent: *συμβαίνειν ἐν ἐνὶ χαρίζεσθαί τε πολλοῖς*. Conjicio igitur olim *συμβαίνειν ἔνι χαρίζεσθαί τε πολλοῖς* scriptum fuisse i. e. simul ad gloriam cum illis ire licet et gratum se praebere multis. C. XII. ad fin. in ex. Tauchn. vitiose *οὐ* pro *οὖν* ante *ἔχεσθαι* legitur. C. XIV. 809. c. in verbis: *ἀνδρὶ οὐ δυνατῷ, φιλοτίμῳ δὲ καὶ λαμπρῷ τὴν ψυχὴν*, insere *μὲν* post *ἀνδρὶ*. *Δύνατος* autem hoc in loco non est potens, quemadmodum Xylander est interpretatus, sed idoneus ad res gerendas. Ib. 809. d. *πατρίδα ἐμὴν* verba poëtae sunt, quae *πατρίδ' ἐμὴν* scribes. C. XVII. 814. d. in verbis: *Φρύνιχον, τραγῳδίᾳ διδάξαντα τὴν Μιλήτου ἅλωσιν* non male Pet. articulum *τὴν* omittit. Est enim titulus tragoediae *Μιλήτου ἅλωσις*, in quo hiatus etiam non offendit. C. XXV. 819. a. pro *μέχρι* ante *ἐτῶν* scribe ex usu Plut. *μέχρις*. Ib. in verbis: *ἢ γὰρ ἀναδυόμενοι αὐτοὶ τὴν πρᾶξιν διαλύειν δόξουσιν* videtur antiquitus *τὴν πρᾶξιν αὐτοὶ* scriptum fuisse. C. XXXII. 825. d. pro *ὀλίγου* ante *ἐδέησεν* videtur *ὀλίγον* scriptum fuisse. Plutarchum enim utraque dicendi ratione usum esse supra docuimus.

Toto igitur hoc libro novem deprehendes graviores hiatus, ex quibus duos c. III. et XI. codicum ope, ceteros autem plerumque aliis etiam de causis corriges.

Libellum de unius in republica dominatione et initio et fine mutilum esse recte sensit Wyttenbachius. Non recte autem Kaltwasser. suspicatur, quia in Lampriae opp. Plut. catalogo non notetur, non esse Plutarchi. Videntur enim haec fragmenta majoris de republica ope-

ria esse. Quod igitur c. III. 826. e. legitur: δοκοῦσι γενικώτατοι εἶναι, a Plutarcho fortasse δοκοῦσιν εἶναι γενικ. scriptum fuit. Ib. 827. a. post ἐντίκῃ ante ἀνυπεύθυνον articulum τὸ esse inserendum jam vidit Wyttenbachius. Sequitur enim τὸ αὐθαδες et τὸ ἀνόητον.

At librum de vitando aere alieno non crediderim Plutarchi esse. Legis enim in eo c. I. δὴ ἔδει (vulg. δέδεικται)—τινὰ ἑαυτοῖς—ὅτι ἔχει. C. II. ἐκπώματα ἔχεις —καλὴ Αὐλὶς—καίτοι ὄγε—χρυσίου ἀπέφθου. C. III. Πυθίῳ Ἀπόλλωνι—τραχὺ ἱμάτιον. C. V. κινηγεῖται ὑπ'. C. VI. με οἴεσθε—πρᾶγμα αἰσχύνην—κακὰ ἔχοντι. C. VII. ποιᾶ ἕνεκα—ἐλεύθεροι ὦμεν. C. VIII. γενοῦ ἄδουλος—κτῆμα ἐς—σπλάγχνα ἐκβάλλειν—σπλάγχνα ἐκβάλλεις—ἄρτι ἐσπαράττομεν—πωλεῖ ἕκαστος—χεῖρα ὁ—ἐσθῆτα ἡ.

Apertius autem etiam est, libros de placitis philosophorum non esse a Plutarcho confectos. Bene enim jam Wyttenbachius judicavit, rationem et orationem prorsus abhorrere a Plutarchi ingenio, et in materia si quid sit Plutarchei, hoc e perditis quibusdam germanis libris compilatum esse. Neque minus Beckius in epistola ad Harlesium exempl. suo Lips. 1787. edito praefixa demonstravit: „prodiisse plures antiquitus libellos de philosophorum decretis atque historia exponentes, qui compilati fuerint ex operibus et gravioribus et majoribus; ea vero, quae Noster et Pseudo-Galenus et Stobaeus congesserint, habere communem, unde ducta sint, fontem. Ut vero putaret fontem istum fuisse librum Plutarchi Chaeronensis, efficere non solum inscriptionem nostri libelli et Lampriae, si qua sit, auctoritas, sed etiam auctoritatem veterum, qui inter philosophicae historiae scriptores Plutarchum nominent (Theodoretus, Cyrillus, Eusebius et Eunapius) et fragmenta stromatum, quae Eusebius servaverit. V. p. XXVII. et XXVIII. Idemque p. XIII. haec scripsit: „Orationis vero universae is est habitus, ea simplicitas, brevitas, incuria, negligentia, ut vel Reiskio assentiri cogaris, qui Plutarchum non nisi memoriae suae juvandae causa libellum hunc conscripsisse censuit, vel statuere debeas, auctorem majus quoddam

opus nunc servatis, nunc paullulum immutatis verbis, in epitomen redegisse." At ex iis ipsis, quae Idem vir doctus his addit: „In eam autem et singulorum verborum et junctorum oratio propius accedit ad ingenium latinae linguae, cujus non imperitum fuisse auctorem facile patet" potest concludi, verba non paullulum, sed valde esse mutata, si omnino ex Plutarcheo majore opere desumta sint, idque magis etiam patebit ex hiatibus, quos enumerabo. Legis enim in Lib. I. prooem. ἡγούμεθα εὐθὺς—Στωϊκοὶ ἔφασαν—θεωρεῖται ἢ—ζητεῖται ὁμοίως, εἰ ἄπειρος—καὶ εἰ ἔξω τι τοῦ κόσμου ἐστί. C. I. πρόκειται ἡμῖν. II. διαφέρει ἀρχὴ—ἡγοῦνται ἀρχὴν—νομίζει ἀρχὴν—διαφέρει ἀλλήλων—στοιχεῖα ἐστὶ—εἶναι οὔτε—ἐπεὶ οὐκ ἔσται ἀρχὴ—ὕλη, ἄμορφος—ἁμαρτάνει οὖν. III. αὐτοῦ ἡ Ἰωνικὴ αἵρεσις—Λίγύπτῳ ἦλθεν—ἡ γονὴ ἀρχή ἐστιν, ὑγρὰ οὖσα—φυτὰ ὑγρῷ—γεννᾶσθαι ἄπειρους—φθείρεσθαι εἰς—λέγει οὖν—ἐλλείπει ἡ—ἁμαρτάνει οὖν—ὕλη ἐστίν—ὕλη εἶναι ἐν—ἀέρα ἀπεφήνατο—ἡμετέρα, ἀὴρ—συγκρατεῖ ἡμᾶς—χρὴ ὑποτιθέναι—αὐτῷ ἀπορώτατον—γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι εἰς—προσφερόμεθα ἁπλῆν—ὅτι ἐν—ἐκείνῃ ἐστὶ—μόρια αἵματος—ἃ ἦν—ὅτι ἄρτος—μέρη εἶναι ἐν—δυάδα ἐν—βάρβαροι ἀριθμοῦσιν—θείη ἐν—πληρώσει ἄριθμον—μονάδα ἐν—ἐφθέγγοντο οἱ—μεγίστου ὄρκου ὄντος—λογικοὶ ἐσμέν—ᾧ οὐθεὶς—ἑκάστου αὐτῶν—ἐπιστήμῃ εἰκότως—ἀποδείκνυται ἕτερον—διὸ εἴη ὂν—αὐτοῦ εἰς—φύσει ὕδωρ—σώματα ὑπὸ—ἀναλοῦσθαι ἐν—ὅτι ἐκ—κινεῖσθαι ἐν—σώματα ἄπειρα—ἐπεὶ οὐ—σχήματα εὐθρανστά ἐστιν—ἄτομοι, ἀπαθεῖς—εἴρηται ἄτομος—ὅτι ἐστὶν—ὅτι οὐ—εἴκῃ ἄτομον—στοιχεῖα ἀεὶ ὄντα—οὐσία ἀσώματος—ἤτοι εἶδος—σῶμα αἰθέριον et sic per reliquum librum. Lib. II. c. I. αὐτοῦ, ἕνα—κενῷ ἄπειρον—αὐτὸ εἶναι. C. III. ἄτομα εἰσηγοῦνται—τινι ἀλόγῳ. V. τρέφεται ὁ—τρέφεται ὁ. VI. στοιχείου ἤρξατο—φυσικοὶ ἀπὸ. VII. ᾧ ὕδωρ—αἰθέρα ἀπιέναι. VIII. αὐτομάτου εἰς—ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι—βόρεια ὑγρωθῆναι. IX. *Πυθαγόρου*, ἐκτὸς—ὃ ἀναπνεῖ ὁ et sic per reliquum librum. Lib. III. Prooem. τρέψομαι ἐν. C. I. Φαέθοντα ἐμπρησμοῦ. C. V. ἔχοντα ὑπόστασιν—γίνεται ἶρις—βραχὺ εἰς—γένηται εἰς—ὅτι ἡ—ἀνακλωμένη, ἐρυθρὸν—ἡλίου ἀκτίνων λάβῃ ὕδωρ—διακόψαι ἐπισυνισταμένας—αὐτο

ἑστίρος. VII. πνεῦμα ἀέρος—ἡλίου, ἀπηλιώτην—γίνεσθαι ὁρμήν. C. IX. οὐσία αὐτῆς et sic reliqua. Lib. IV. c. I. Νείλου ἀναβάσεως—Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους—Αἰγύπτου ἐξατμίζειν—οἱονεὶ ἐξιδροῦν. C. II. φυσικοῦ ὀργανικοῦ. C. III. σῶμα ἡ—οὐσία αὐτῆς—προτεταγμένοι ἀσώματον—φυσικοῦ ὀργανικοῦ—Ἀναξαγόρου ἀεροειδῆ ἔλεγον—σύγκριμα ἐκ—σῶμα εἶναι—κρᾶμα ἐκ—ποιοῦ ἀεροῦδους—ὃ ἦν αὐτῷ αἰσθητικὸν—αὐτῷ ὑγρῶν. C. IV. Στωϊκοὶ, ἐξ—ὁγδόου αὐτοῦ—διότι ἀεὶ. C. V. τινι ἐστιν—καρδίᾳ, ἡ. VII. Στωϊκοὶ, ἐξιοῦσαν—θεοῦ ὑπάρχειν. C. VIII. Στωϊκοὶ ὁρίζονται οὕτω—αἰσθητηρίου, ἡ—λέγεται ἡ—φαντασία ἡ—νοερὰ, ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ—γίνεσθαι, εἰδώλων. C. IX. ἑκάστῃ ἁρμόζοντος et sic reliqua. Lib. V. c. I. εἶναι οὐ. C. III. Σπέρμα ἐστὶ—ἑαυτῷ εἰς—χρηστοτάτου αἵματος—νωτιαίου ἀπόῤῥοιαν. C. IV. εἶναι ἀπόσπασμα. C. VI. καθαροῦ αἵματος. C. VII. καταβάλλεσθαι εἰς—μέμνηται Ἀριστοτέλης. C. IX. γυνὴ ἡ—συνουσιάζουσα οὐ—ἀραιοτέρα ἢ et sic reliqua.

Recte igitur quidem Wyttenbachius, Beckius et Kaltwasser. statuerunt, hos libros non esse Plutarchi, id quod antea jam viderant Xylander, Meiners (Hist. liter. I. 155) et Jonsius de Script. Hist. Phil. 3, 6, 6. p. 24., non tamen id probandum, excerptos esse eos e veris Plutarchi libris. Tum enim genus scribendi non tantopere a Plutarchi scribendi genere recederet. Si quid ejusmodi concedendum est, ego id solum concesserim scriptorem hic illic fortasse auctoritatem Plutarchi, non verba ejus esse secutum. Libros hos autem esse saeculo quarto antiquiores, statimque, ubi apparuerint, Plutarcho tributos, demonstravit Beckius l. all. p. XVIII; quod non factum esset, si ex veris Plutarchi libris tantummodo essent excerpti, illique adhuc essent lecti.

In libro, cui nomen est: **quaestiones naturales** c. I. 911. d. in verbis: ζῶον γὰρ ἔγγειον τὸ φυτὸν εἶναι, οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον οἴονται· fortasse olim εἶναι τὸ φυτὸν fuit scriptum. Ib. autem in verbis: οὐδὲ γὰρ ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις ὑπὸ πάχους, οὔτ' ἀναφέρεται ὑπὸ τοῦ βάρους suspicor post ἀναφέρεται verbum ejusmodi, quale τοῖς τέρχνεσι excidisse, quod opposi-

tum sit τοῦ ῥέζειν. C. II. 912. a. verba: ἔτερα γοῦν ἐπιῤῥεῖ ὕδατα fortasse uti quae praecedunt, Heracliti sunt. C. III. 912. e. in verbis: Ἀπολλώνιος ὁ Ἡροφίλου ἀκόλουθος videtur post Ἡροφίλου verbum μαθητὴς excidisse. C. V. 913. b. in quaestione proposita minus offendo in verbis: γένει ὄντων et VII. 913. f. in quaestionis verbis: θαλάττης οὐ. Sed ib. 914. a. in verbis: μαλακὴ γὰρ ἔοικεν εἶναι, ἡ πύκνωσις et Xylander jam offendit, qui μαλακία maluit et Wyttenbachius, qui scriptum fuisse suspicatur: μάλαξις γὰρ ἔοικεν εἶναι ἡ θερμότης, ἡ ψυχρότης δὲ πύκνωσις. Equidem conjicio: μαλακὴ γὰρ ἔοικεν εἶναι μᾶλλον ἢ πυκνώσεως, qua de structura cf. Kühner. Gr. gr. 751. C. X. 914. d. in verbis: Πότερον ἡ θερμότης βοηθεῖ πρὸς τὴν περίψυξιν; ἢ αὐτὴ ἐξίστησι μάλιστα τὸν οἶνον ἀποσβεννύουσα καὶ φθείρουσα τὴν δύναμιν; ferri nequit αὐτὴ, sed e Bas. Ald. Pet. recipiendum est αὐτῆς i. e. ex ea (scil. refrigeratione) eximit vinum vim (refrigerationis) perdens. C. XIX. 916. b. haec leguntur: τοῦτο δὴ καὶ τοὺς πανουργίᾳ καὶ δεινότητι ὑπερφέροντας ἔχειν τὸ ἐπιτήδευμα λέγουσιν, ὡς ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, καὶ διαφυγεῖν τοὺς πλησίον, ἑαυτοὺς ἀεὶ ἀπεικάζειν πολύποδι· ἢ καθάπερ ἐσθῆτι τῇ χροιᾷ νομίζουσι χρῆσθαι, ῥᾳδίως οὕτως, ἢ βούλεται, μετενδυόμενον. ubi verba τοῦτο δὴ—πολύποδι non a Plutarcho, sed ab alio quodam adjecta esse censeo, non solum quia sententia ipsa nexui verborum non satis convenit neque apte et Plutarchi more est expressa, quo duos hiatus etiam referre poteris, sed etiam quia verba ἢ καθάπερ — μετενδυόμενον plura habent, quibus offendant. Ita ἢ καθάπερ et sequ. de polypode dicta non per ἢ sed pro ὃν, quod Men. et Wyttenb. legi voluerunt, annecti debebant, cum Turn. et Vulc. ἢν βούλονται μετενδυομένους legant, et sic de hominibus improbis istis intelligant. At quatenus ii dici poterunt cute, ut veste, uti? Sin autem ὃν legis, hoc quoque non bene dicetur: homines improbi similes fieri studere polypodi, quem putent cutem ut vestem variare posse. Nam non quod vestem, sed quod vultus moresque mutent isti homines, polypodi sunt similes. C. XXIII. 917. e. in ver-

bis: τῶν ὑλημάτων ὀσμαί, ὑπὲρ τὴν ἄνθησιν ὑπερχεόμεναι καὶ περαννύμεναι, περιποτῶσι καὶ διαπλανῶσι τὰς πύνας Turn. V. Amiot. recte legunt post ὀσμαί, αἵπερ τὴν ἄνθησιν — περιαπατῶσι. Wyttenbachius dicit quidem esse hoc aliquanto melius vulgato (quod omnino ferri nequit) nec tamen ita, ut recipiendum videretur. At si quae lectio, haec placet. C. XXV. 918. b. in verbis: ἀλλ' ἀεὶ ἐγγύθεν ἔχη νέμεσθαι dele ἀεὶ et ib. verba: ὁ γὰρ ἀὴρ πηγνύμενος ἵστησι τὰς ὀσμὰς ἐν αὑτῷ, καὶ οὐκ ἐᾷ ἀναδίδοσθαι, suspecta sunt non solum quia minus ex usu Plutarchi dicta sunt, sed etiam quia idem paulo ante legimus: ἡ δ' ἄγαν περίψυξις πηγνύουσα τὰς ὀσμᾶς, οὐκ ἐᾷ ῥεῖν. C. XXVI. 918. e. pro ἱστορεῖ οὖν scribe ἱστορεῖ δ' οὖν. C. XXVIII. 919. a. pro verbis: σώζεται * αμὴ καὶ δέοι ἡ τῶν ὀδόντων, in B. legitur: σώζεται καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐσθίει τοῖς ὀδοῦσιν, quod, inquit Wyttenb., vereor ne sit a correctore, neque recepi. Conjicit igitur: σώζεται πρὸς ἃ δὴ καὶ δεῖ ἧττον ὀδόντων. Nam pro ἡ τῶν Leon. Schott. Coll. Mur. T. V. habent ἧττον. Melius Xyl. suspicatur ἵνα μὴ καὶ δέοι τῶν ὀδ. Ego conjicio: εἰ μὴ καὶ δέοι τ. ὀδ. C. XXX. 919. b. in quaestione proposita pro: Διὰ τί τῶν ἀμπέλων τὰς ἀπάρπους * μωσι * νεῦτο ἀστραγαν * μέν; Wyttenb. legi voluit: Διὰ τί τῶν ἀμπέλων τὰς ἀκάρπους, τοῖς δὲ ἀκρέμοσι καὶ ἔρνεσιν εὐτροφούσας τραγᾷν λέγομεν, commemor. Aristot. Gener. Animal. I, 18. At simplicius et melius in cod. Pet. haec sunt scripta: Διὰ τί τῶν ἀμπέλων ἀκάρπους καὶ μόσχευμα τραγᾷν vel τῶν τράγων λέγουσι; unde ego fecerim Διὰ τί τι ἀμ. τὰς ἀκάρπ. καὶ μοσχεύματα τῶν τράγων λέγομεν;.

Ita in hoc libro unum hiatum (c. X.) e libris et alterum ex antiqu. correct. c. XXIII. tolles, alios ita feres, ut dicas verba non esse Plutarchi c. II. c. XIX. (duos) et c. XXV., alios e conjecturis aliis etiam de causis probabilibus removebis, c. I. III. VII. XXVIII., alios ut in quaestione ex aliorum mente proposita excusabis c. V. et VII. alios denique hiatus ipsius causa corriges c. I. XXV. XXV. et XXVI.

In libro de facie in orbe lunae c. IV. 921. c. in

verbis: αἱ τῶν φατεινῶν ἐπιβολαὶ τοῖς σκοτεινοῖς ὕψους (In Ald. Bas. Xyl. B. E. est ὕφους, ὕψους Steph. e Leon. et Schott. dedit) εἰκόνα καὶ βάθους (id recepit Wyttenb., e Leon. et Schott. pro libr. βάθος) λαμβάνουσαι τὰς περὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰ χείλη εἰκόνας φαινομένας ὁμοιότατα διετύπωσαν. conjicio concinnius scriptum fuisse τὰς περὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰ χείλη φαινομένας ὁμοιότητας διετύπωσαν. C. V. 922. d. pro: ἀλλὰ ἐπιπολῆς δηλονότι τῇ κυρτότητι ἐπικείμενον scriptum velim ἀλλὰ τῇ ἐπιπολῇ δηλονότι τῆς κυρτότητος ἐπικ., quia aër non tam curvitati in superficie incumbit, quam superficiei curvi corporis. Ib. 922. e. pro ταὐτὸ ante οὖν scribe ταὐτὸν. C. VI. 923. e. pro: γῆν δὲ φατὲ ὑμεῖς ἄνευ βάσεως καὶ ῥίζης διαμένειν fortasse γῆν δ' ὑμεῖς φατὲ καὶ ἄνευ κ. τ. λ. scriptum fuit. C. VII. 924. c. in verbis: καὶ τὴν κεφαλὴν ἄνω, καὶ τοὺς πόδας ἄνω ἔχειν τὸν αὐτὸν, fortasse alterum ἄνω delendum est. Ib. in verbis: ἀνακύπτον αὐτοῦ τὸ * εἶναι καὶ κάτω ἄνωθεν ἕλκεσθαι τὸν ἀνασκαπτόμενον Wyttenb. dicit: hujusmodi quid requiri: αὐτοῦ τὸ σῶμα ἄνω ἰέναι. Turn. et Vulc. supplent τὸ μέρος ἄνω et Emperius in Act. Soc. Graec. Vol. I, fasc. II. 355. vult ἀνακύπτειν αὐτοῦ τὸ σῶμα, et deinde τὸ ἀνασκαπτόμενον: scil. τὸν χοῦν legi, ubi Wyttenb. τὸν in αὐτὸν vel in αὐτὸ scil. σῶμα mutandum esse censuit. Equidem scripserim: ἀνακύπτον αὐτοῦ ταὐτὸν εἶναι καὶ κάτω: i. e. eandem ejus corporis partem quae sursum sit elata, esse etiam deorsum, si ex adversa terrae parte spectetur. Deinde pergit: καὶ ἄνωθεν ἕλκεσθαι τὸ ἀνασκαπτόμενον et effossum a superiore parte (oppositae terrae regionis) deorsum trahi, quum effossum soleat alioquin deorsum trahi. C. VIII. 924. d. in verbis: οὐχ ὡς μέσον οὖσα τοῦ παντὸς ἡ γῆ μᾶλλον, ἢ ὡς ὅλον, οἰκειώσεται μέρη αὐτῆς ὄντα τὰ βάρη pro μέρη scribe μέρεσιν et cf. in iis quae sequuntur: ἡ γῆ τὸν λίθον δέχεται—ὅθεν ἑνοῦται τῷ χρόνῳ. C. X. 925. c. in verbis: τὸ τοῦ ἡλίου ἀπόστημα τοῦ ἀποστήματος τῆς σελήνης scribe τὸ ἀπόστημα τοῦ ἡλίου. Ib. pro καίτοι ὁ fortasse καίτοι γ' ὁ est scribendum. Ib. 925. d. pro ἀπέχει ὁ ἥλιος scribe ἀπέχειν τὸν ἥλιον, ut oratio, uti debet, a συλλογιζομένους pendeat. C. XI. 926. a. pro ἄνω ἐστὶν fortasse ἐστιν

olim fuit scriptum. C. XII. 927. a. in verbis: *μεταστῆναι* * *ἁρμονίαν* Xyl. judice nil deest. Wyttenb. excidisse opinatur *ἀρξάμενα*, aut interpungendum esse post *μεταστῆναι*. Equidem *τήν* ante *ἁρμονίαν* addendum esse censeo. C. XIII. 927. d. in verbis: *ἀλλά ποτ' ἐκεῖνα δυνάμει καὶ ταῦτα μετακοσμήσας, ἐχρήσατο τῇ φύσει αὐτῶν ἐπὶ τὸ βέλτιον.* Wyttenb. pro *ἀλλά ποτ'* conjecit *ἀλλὰ τῇ αὐτῇ*. Emperius: *ἀλλ' ᾗ ποτ' ἐκεῖνα*. Ego scripserim: *ἀλλά ποτ' ἐκείνῃ δυνάμει καὶ ταῦτα μετακοσμήσας ἐτρέψατο τὴν φύσιν αὐτῶν ἐπὶ τὸ βέλτιον*. C. XV. 928. a. offendo in verbis: *οὐδὲ* (scr. *οὐδ'*) *ἡ καρδία τῷ βάρει ὀλισθοῦσα πέπτωκεν εἰς τὸ στῆθος*. Nam gravia non solent defluentia (herabschlüpfend) cadere, suspicorque hoc verbum aut cum alio nescio quo esse permutatum aut omnino insertum. Ib. 928. d. in verbis: *ἀλλ' ἔτι πολλῷ ἐν τῷ περὶ αὐτὴν ἐμφερομένην* pro *πολλῷ* in Turn. et Vule. est *πολλήν*. Tu scribe *πολλῷ μὲν τῷ*, ut magis respondeant haec sequ.: *πολλὴν δὲ* (ubi *δ'* scr.). C. XVII. 929. f. pro *ἔφη ὁ Λεύκιος* scribe *ὁ Λεύκιος ἔφη*, et 930. a. in verbis: *πλασθεῖσα πρὸς ἴσα, ἐπὶ θάτερον ἐκπεσεῖται πέρας*, scribe *πρὸς ἴσας* i. e. *γωνίας* et cf. Bernhard. Synt. gr. p. 189. C. XVIII. 931. a. in verbis: *νῦν δ' ἀνιστάμενον πρὸς ὀρθὰς, ὥστε τέμνειν ἐκεῖνα ὑπ' ἐκείνης τε τέμνεσθαι ἄλλαις κλίσεσι καὶ σχέσεσι τοῦ λαμπροῦ πρὸς τὸ σκιερὸν, ἀμφικύρτους καὶ μηνοειδεῖς ἀποδιδόντα μορφὰς ἐν αὐτῇ*, in Ald. et Bas. est: *ὥστε τέμνειν ἐκεῖν ὑπ' ἐκείνου τὸ τέμνεσθαι ἄλλαις*. T. V. B. habent: *ἐκείνας τε ὑπ' ἐκείνου*. B. et E. autem omittunt *τὸ* ante *τέμνεσθαι*, quod vulgo legitur, et Wyttenb. legendum esse censet: *τέμνεσθαι, τότε δ' ἄλλαις*. Tu scribe: *ὥστε τέμνειν ἐκείνην, ὑπ' ἐκείνης τε τέμνεσθαι τὸν ἄλλαις — ἀποδιδόντα*, ut sententia sit: Quem enim sol circulum circumiens circa lunam describit modo incidentem in lineam, quae lunae visibilem partem ab invisibili distinguit, modo ad rectos insistentem angulos, ita ut eam (i. e. lunam) dividat et ipse ab illa (luna) dividatur, quippe qui aliis inclinationibus et proportionibus splendidae partis ad umbrosam formas utrinque curvas aut falcatas in illa (luna) exhi-

beat, is igitur circulus ostendit etc. C. XX. 932. d. locus: *Τὴν αὐτὴν (ἕφην) ἐλάμβανεν ἡ σελήνη ἔκλειψιν*, quanus necne sit, Wyttenb. non statuit. Vertit eum: eandem luna defectus causam accepit. At in antecedentibus non solum de solis et terrae, sed simul de lunae defectu sermo erat. Quomodo igitur ad interrogationem: *τί δὴ μετὰ τοῦτο τεκμηρίων ἐλέχθη;* ita responderi potest? Qua de causa ego suspicor scriptum fuisse: *τὴν αὐτὴν (ἕφην) ἐλ. γῆ σελήνης ἔκλειψιν.* Hac enim de re imprimis erat disputandum, quia inde demonstraturus erat, similem esse lunam terrae. Ib. 933. b. pro *αὐτὸ τοῦτο* post *ταπεινὴ* scribe *ταὐτὸ τοῦτο.* C. XXI. 935. a. in verbis: *εἴτε δὴ ταύτην αἰνιττόμενος, εἴτε δὴ ἄλλην τινὰ διηγούμενος*, pro altero *δὴ* scribe *καὶ.* C. XXII. 935. d. in verbis: *δυνατὸν εἶναι δοκεῖ ὑμῖν* videtur *ὑμῖν* delendum esse, quod pro vulg. *ἡμῖν* Wyttenb. ex E. dedit et Xyl. vertit. Ib. pro *τουτὶ εἶπω* scribe *τοῦτ' εἶπω.* C. XXIV. 938. b. in verbis: *στεῖσθαι αὐτοὺς θεοὺς* Wyttenb. probante Huttenio bene conjecit *στ. τοὺς θεούς*, et minus probabiliter etiam *αὐτοὺς τοὺς θεούς.* C. XXVI. 941. c. in: *ὁ τοῦ Κρόνου ἀστὴρ* ut in significatione certa minus offendo. C. XXVII. 942. e. in verbis: *ὅπου γὰρ ἡ σκιὰ ἐπινεμομένη παύεται* velim *νεμομένη* scriptum sit. C. XXVIII. 943. c. in verbis: *τὰς δ' ἐπιεικεῖς, ὅσον ἀφαγνεῦσαι καὶ ἀποπνεῦσαι ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ αἰτίου πονηροῦ, μασμοὺς* Wyttenb., suspicatus est *μασμῶν*, probabilior autem est Emperii conjectura: *ἀποπνεῦσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἀτμοῦ πονηροῦ, μασμούς.* C. XXIX. 944. a. in verbis Xenocratis non offendit hiatus *τοῦ ἰδίου ἀέρος.* Ib. pro *μεῖζον πολλῷ ἐστι* Ald. et Bas. exhibent *μεῖζον πολλάκις*, ego *πολλοῖς* conjicio. C. XXX. 944. c. *διατρίβουσιν ἐπ' αὐτῇ οἱ δαίμονες* ex conject. Wyttenb. pro cett. *ἐπ' αὐτὴν* editum est. At vulgatum retinendum esse intelliges ex iis, quae Matth. Gr. gr. 586. c. docuit. Ib. 944. e. in verbis: *καὶ γὰρ αὐτὴν τὴν σελήνην ἔρωτι τοῦ ἡλίου περιπολεῖν καὶ συγγίνεσθαι, ὀργομένην ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον.* non recte Wyttenb. legendum esse videtur: *περιπολεῖν ἀεὶ, συγγίνεσθαι ὀργ-*

γομένης καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον λαμβάνειν, neque probo Emperii conjecturam τῷ γονιμωτάτῳ, sed δρεγομένην. sane interpunctione a ceteris est distinguendum: et explicandum: sibi arripientem. Ib. 944. f. in verbis: ὅταν ἔρημος καὶ μόνη τοῦ νοῦ ἀπαλλαττομένη γένηται scripserim καὶ μόνη καὶ ἀπαλλαττομένη τοῦ νοῦ. Ib. 945. b. in verbis: χρόνῳ δὲ κἀκείνας κατεδέξατο εἰς αὐτὴν ἡ σελήνη καὶ κατεκόσμησεν Wyttenb. κατεδέξατο recepit e Turn. V. B. Leon. Schott. Anon. cum vulgo: κἀκείνας δεξαμένη εἰς αὐτὴν ἡ σελήνη κατεκόσμησεν habeant. In Ald. cod. B. et E. autem est κατέδειξεν, et in Bas. et Xyl. κατέδεξεν, uti etiam in Bas. Xyl. et cod. B. καὶ ante κατεσκόσμησεν est. Equidem κατέδειξεν probaverim, quod est introducere, nostrum: einweisen. Ib. 945. d. in verbis: τοῦτον ἄρα πρὸς ἥλιον ἔχουσα τὸν λόγον, ὃν ἡ γῆ ἔχει πρὸς σελήνην. ab Ald. absunt ὃν ἡ γῆ, et in Bas. abest art. ἡ. Mihi autem ἔχει delendum esse videtur.

Ita in viginti quinque hujus libri locis, in quibus vocales ita concurrunt, ut qui inde exsistat hiatus, neque excusari neque apostropho tolli possit, in quatuor codices variant c. XV. XXIX. XXX. bis., in sedecim etiam aliis de causis mutatio commendatur c. IV. V. VII. VIII. X. bis. XII. XIII. XV. XVIII. XX. bis. XXI. XXIV. XXVIII. XXX., in ceteris quinque hiatus solus offendit c. VI. VII. XI. XVII. XXII.

In libro de primo frigido c. XIV. 951. a. in verbis: εἰ γὰρ αἰτία εἰς ὃ μεταβάλλει τὸ φθειρόμενον ἐναντίον ἐστὶ, τί μᾶλλον κ. τ. λ. Wyttenb. legi vult: εἰ δ' ἄρ' αὐτὸ εἰς ὃ μεταβάλλει, τῷ φθειρομένῳ ἐναντίον ἐστὶ, τί μᾶλλον. Jannot. praebet αὐτὸ, Xyl. quaerit, an legendum εἰ γὰρ ἀεὶ τὸ, Turn. et V. habent εἰ γάρ ἐστιν vel ἔνεστιν. Deinde vulgo abest τί, quod Wyttenb. ex Venet. dedit adnotans, E. habere simpliciter τί pro ἐστί; pro τί addere οὐ Jann. T. V. Mez. e conjectura, deterius etiam esse ejusdem T. V. ἐναντίον ὁτιοῦν μᾶλλον. Tu scribe εἰ γὰρ διὰ καὶ εἰς ὃ κ. τ. λ. et deinde τί μᾶλλον. Ib. post φάναι ante ὕδωρ adde articulum τὸ. C. XX. 954. b. pro γῆς φυγαί εἰσιν fortasse φυγαί τῆς (c. Pol.)

γῆς est scribendum. C. XXI. 954. C. pro φλόγα ante ἐναδίδωσι ede φλόγας. Ex quatuor igitur h. l. hiatibus unum cod. auctor. c. XXI. duos e conjectura aliis de causis probabili c. XIV. bis et unum propter vocalium concursum (c. XX.) corriges.

In libello, quo aquae et ignis comparatio est instituta, c. I. 955. e. Wyttenb. ex Pol. Jann. Mez. ἑκατέρῳ ante ἴσον pro vulg. ἑκάτερον dedit. In Ven. Coll. Nov. est ἑκάτερος, ita ut ἑκατέρως conjici possit. C. II. minus offendas in hiatu in verbis: οὐκ ἄνευ ὕδατος, non male tamen aliis de causis lectio Turn. est: βίος ἄνευ πυρὸς, οὐκ ἄνευ δὲ (scr. δ') ὕδατος. Reiskius ante βίος etiam ὅτε ὁ addi voluit et Wyttenb. omnino ἐπορίσθη vel simile quid requirit, quibus additamentis si Turnebum sequimur, carere possumus. Sunt tamen alia in hoc libello, quibus jure offendas, veluti c. I. ἑαυτὸ ἐκλαμβάνειν, ubi Reisk. aut ὑπολαμβάνειν aut ἐκλύειν maluit. C. III. λοιπὰ ἀπύροις et ἄνευ ἵσταται. C. IV. παρέχεται αὐξανόμενα et καταριθμεῖσθαι οἶνον. C. VI. μετριότηται, ἤ, ubi ἤ in Ald. et Bas. abest, sed a Xyl. jure desideratur. Ib. φύσει, ὠφέλιμον. C. VII. θάλαττα ἦν. C. IX. τι, ἤ, ubi Turn. pro ἤ habet πλέον. Ib. οὐχὶ ἤ et θερμὴ ὑγρότης. C. XI. γενέσθαι ὁ ἄνθρωπος. C. XIII. φύσει οὐδεμία et ἕξαμμα (Xyl. Ms. ἕξαλμα) οὖσα.

Quae cum ita sint, non poteris non cum Wyttenbachio facere, qui quidem hunc libellum Plutarcheum esse censeat, sed excerptum e majore et integro. Quod enim Reiskius, cui Kaltwasser. assensit, statuit, forsitan id, quod habeamus hujus libelli, tantummodo fuisse depositam in adversariis nudam rudimentorum delineationem et adumbrationem, qua latius diducenda et explicanda Plutarchus voluerit argumentum in hoc libello majore cura elaborando et sermone copiosiore atque oratione exsequi, id propter ipsam libri conditionem, in qua minime solam delineationem reperies, minus videtur probabile esse. Non magis autem assentiam Meziriaco, cui omnino hic liber non Plutarchi esse videtur et Xylandro, qui suspicatur, esse potius προγύμνασμα alicujus eruditi hominis,

quam scriptum Plutarchi. Nam scriptorem curam quandam in hiatu evitando posuisse non potest negari, et quamquam inde non sequitur, Plutarchum neque alium quendam hunc confecisse librum, illud tamen eo verisimilius est, quo rarius in aliis ejusmodi studium reperimus. Huc accedit, quod reliqua libri conditio, qua singula saepe non satis cohaerent atque etiam hiatus isti optime ita explicantur, ut dicamus, librum e majore opere esse excerptum.

In libro de solertia animalium c. III. 961. f. minus offendit ὡσανεὶ ἀκούειν. C. IV. 962. a. Wyttenb. dedit: μηδένα ἐμφαινόμενον στοχασμὸν, et quidem ἐμφαινόμενον e B. et μηδένα e conj. Xyl. In Ald. et Bas. enim est μηδὲν ἐμφήνῃ, in Pet. μηδὲν ἐφήνῃ, in Xyl. ms. μηδὲν ἐμφαίνειν. Equidem probo quidem ἐμφαινόμενον, sed scripserim μηδέν. Ib. 962. f. in verbis: καίτοι διὰ τί δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμαθέστερον scribe δένδρου δένδρον, sequitur enim: ὡς κυνὸς πρόβατον; C. VII. 964. f. in verbis: ὧν ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς δοῦναι ἡμῖν φησιν, Wyttenb. pro ὧν legi maluit ἃ probante Huttenio. At genitivus regitur a verbis Aeschyli: Ἀντίδουλα κ.τ.λ. Sed pro ἡμῖν φησιν suspicor φησιν ἡμῖν scriptum fuisse. C. X. 966. c. in verbis: οὐ γὰρ ῥᾳδίως εὑρίσκεται ὄνυχος λεοντείου σημεῖον, videtur articulus τὸ post εὑρίσκεται excidisse. Ib. 967. c. verba poëtae esse videntur: τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς καὶ κραταιῷ περιβαλὼν βραχίονι. Ib. pro τοῦ πρώτου ὑπονοήσαντος scribe τοῦ πρῶτον ὑπον. C. XIII. 969. d. in verbis: ἐξέδραμε μετὰ φωνῆς καὶ θυμοῦ ἐπ' αὐτούς, fortasse ἐπ' αὐτοὺς olim post ἐξέδραμεν fuit collocatum. Ib. 969. f. in verbis: πάλιν ἐπηκολούθει ἀναστὰς, illud ἀναστὰς prorsus superfluum est. Quis enim alterum sequi potest, nisi surrexit? Desidero autem potius tale quid, eum e longinquo (petitus enim fuerat antea lapidibus) secutum esse. Qua de causa pro ἀναστὰς suspicor scriptum fuisse διαστὰς. C. XIV. 970. e. in πρόσω ἰέσθαι minus offendo, quia una est notio unumque quodammodo verbum, cui ἀποφεύγειν oppositum est. Sed c. XV. 970. f. post ἐλέφου ante ἀφειμένου non dubito,

quin μὲν inserendum sit, sequitur enim ὀρθότερος δὲ λόγος. Ib. autem post ἄριστον ante ψυχίαν pausa est. Ib. 971. a. in verbis: φανερὸν εἶναι αὐτοῦ πειρώμενον ἀντιγωνιστήν desidero pronomen τοῦτον post εἶναι. C. XXIII. 975. d. in verbis: σχολὴ μὲν γὰρ πολλὴ ἐστιν ὑμῖν ἀργούντων, fortasse ἦρη vel tale quid excidit. Incipit enim hic disputationis nova pars. C. XXXII. 981. c. in verbis: οὐ γὰρ τρέφει πήτη ἄλλ' ἢ φώκην ἀραιὰν καὶ θαλφθεὶς μικρόν videtur ἀλλ' ἢ esse scribendum, quo facto post πήτη pausa erit. C. XXXV. 983. d. Hutten. e. Wyttenb. auctor. E. scripsit: προμήκει τῷ σχήματι, ἁλιευτικῷ κύρτῳ παραπλήσιον, cum vulgo προμήκει τοῦ σχήματος legeretur, quod minime est spernendum, est enim προμηκὴς substantive dictum. Reiskius voluit εὐήρετμον (pro libr. ἐνήρεμον, cujus loco Steph. ex Jann. dedit εὐήρεμον, et Harl. εὐήμερον, et Mez. τὸ ἔργον) πρόμηκες, ἀπὸ τοῦ σχήματος. Si quid mutandum, ego τῷ προμήκει conjicerem. Ib. 983. e. in loco corruptissimo et Wyttenb. et Faehsius pro γενώσκοντα ante Ἀφροδίτην conjecerunt γινώσκοντες, uti ib. paulo ante pro μηδένα ante ὑμῶν μηδέν' est scribendum. C. XXXVI. 984. c. pro καθὸ ante ἄνθρωπος poterit καθὼς conjici. Ib. 984. d. in verbis: ἴδοι δὲ τὸν κύνα αἰτησάμενον pro αἰτησάμενον, quod ferri nequit, Xyl. mavult αἰτιασάμενον, Mez. αἰνησάμενον, Reisk. ἐπαινέσαντα aut παραγαγόντα. Melius Faehsius εἰσηγησάμενον. Ego malim μνησάμενον.

Quae cum ita sint in uno loco c. XXXV. codices secutus hiatum evitabis, in septem aliis de causis scriptorem emendabis c. IV. X. XIII. XV. bis. XXIII. XXXII., et in tribus hiatus causa offendes c. VII. X. XIII.

Librum Gryllum inscriptum majore sui parte curtatum esse recte intellexerunt et scripserunt Xylander, Meziriacus et Wyttenbachius. Non igitur est mirum, quod in eo paulo plures reperiuntur hiatus, quam in aliis integris Plutarchi libris. Leges igitur c. I. 985. c. ὡς συμφορά ἐστι. At hoc aperte falsum est. Nam Circe contenderat perniciosam esse Ulyxis voluntatem, qua feras istas iterum in homines qui fuerint, mutari cupiat. Id

Ulyxes miratus dicit: ὑποφαρμάττεις, ἐμὲ γοῦν ἀτεχνῶς ποιοῦσα θηρίον, εἰ πείσομαί σοι, ὡς συμφορά ἐστιν, ἄνθρωπον ἐκ θηρίου γενέσθαι. At dicere potius debet: εἰ σύμφορόν ἐστι, hoc enim se nunquam esse crediturum profitetur. C. II. 986. b. pro ἀλλὰ καὶ κάλει αὐτὸν, exspectaverim: ἀλλὰ κάλει καὶ αὐτὸν. Non enim sententia est: sed etiam voca eum. Vult potius: sed eum potes etiam vocare, si ita vis et ib. in ἐγὼ δ' ἐκστήσομαι ὑμῖν fortasse νῦν ante ὑμῖν additum erat, uti 986. c. post βούλει ante ἐρωτᾷν μ'. Ib. autem pro Ἐγὼ γινώσκω ὑμᾶς, quod Wyttenb. ex Ald. Bas. Xyl. E. Harl. dedit, vulgo post Stephanum, qui id a Pol. Schott. Jann. sumsit, rectius legitur γιγνώσκων, ut cum οἰκτείρω conjungatur. Quod si legis post γεγονότας interpunctionem delebis. Ib. autem pro ὅσοι ante Ἕλληνες ὄντες velim ὅσον quatenus scriptum sit. C. III. 987. b. pro Ἤδη οὖν conjicio Ἤδη δ' οὖν. C. IV. 988. a. hiatum τὴν Σφίγγα ἐκείνην poteris apostropho tollere, sed etiam κείνην suspicari, uti 988. b. post Λάκαινα ante οὖσα, fortasse non Λάκαιν', sed Λάκαινά γ' scriptum fuit. Ib. 988. c. in verbis: οὕτως δ' ἀναφαίνεται ὑμῖν ἡ μὲν ἀνδρεία, δειλία φρόνιμος οὖσα, vulgo legitur ἀναφαίνει, quod Reisk. vel in ἀναφαίνεται vel in ἀνεφάνη mutari voluit. Ἀναφαίνεται autem Wyttenb. e marg. Venet. et Jann. recepit. Deinde in Pet. deest ἡ μὲν, unde conjicio a Plutarcho scriptum fuisse: οὕτως δ' ἀναφαίνεται μὲν ὑμῶν ἡ ἀνδρεία, non enim hominibus fortitudo ita apparet, sed ceteris accuratius rem considerantibus animantibus hominum fortitudo ita apparet. Ib. 988. d. neque in verbis: συὶ ἰκέλους ut in poëtae (Homeri) verbis, neque in iis quae sequuntur, ἀνδρὶ εἴκελον, de quibus idem dici potest, offendes. Sed c. V. 989. a. in verbis: ὧν ἑκάστης ἂν ἀποθάνῃ ὁ ἄῤῥην, primum pro ἑκάστης c. Wyttenb. est ἑκάστη scribendum, deinde verba ita collocanda: ἂν ὁ ἄῤῥην ἀποθάνῃ.

Erant igitur hoc quoque in libro plerique loci, in quibus gravior est hiatus, ita comparati, ut aliis de causis mutatio commendaretur, v. c. I. II. (quatuor) c. IV. In ceteris tribus locis c. I. III. V. sane dubium est, num

quid in hoc curtato libro mutandum sit, cum vocalium concursus etiam facile ex singulorum verborum et totarum sententiarum omissione oriri potuerit.

